Digitized by Google

4° Reg 109

Digitized by Google

~~Geogr. Belg.~~

Christophorus Otto Comes et Dñs in Schallen-
-berg &c. Præpositus Constantiensis ab aº.
1693, Canonicus Augustanus ab aº 1672,
ejusdemq; Ecclesiæ Decanus ab aº 1721.
natus aº. 1656. 6ª Junii, horâ 8ª matuti-
-nâ in Hagen prope Lintzium Austriæ Su-
-perioris. Patre, Comite Cristophoro Ernesto &c.
Matre, Cristinâ, natâ Baroniſsâ Schiſerin,
denatus aº. 17.....

Lindenius.

DAVIDIS LINDANI GANDAVENSIS DE TENERAE MONDA LIBRI TRES:

AD

SERENISSIMVM PRINCIPEM

ALBERTVM

ARCHIDVCEM AVSTRIÆ
DVCEM BVRGVNDIÆ
PRINCIPEM BELGARVM.

ANTVERPIÆ,
Ex Typographeio HIERONYMI VERDVSSI.
cIↃ. IↃc. XII.

ANTVERPIÆ,
Ex Officina Plantiniana Balthasaris Moreti.
M. DC. LXX.

SERENISS. PRINCIPI

ALBERTO

ARCHIDVCI AVSTRIÆ

DVCI BVRGVNDIÆ

PRINCIPI BELGARVM

PIO PACIFICO

PATRIÆ PATRI.

ILle ego, SERENISSIME PRINCEPS, qui puer pro REGE CATHOLICO exsulavi, jam adultus fidi in PRINCIPEM obsequii pignus hunc librum defero. Primùm ut quam tum observantiam Parentum secutus fata ignarus præstiti, eam adultâ ætate, destinato judicio, volens nuncupem: Dein quia palàm est inter melioris eruditionis mystas, non mediocriter ingeniorum monimentis TVAM CELSITVDINEM delectari; iis præsertim, quæ BELGICARVM urbium origines, progressus, ornamenta complectuntur. Laudandum hercule in PRINCIPE studium: unâ enim hâc viâ & ingenia excitantur, quę ad invidiam totius Europæ tua BELGICA produxit, & producit; & simul præstantissimarum urbium, regionumque Nobilitas diffunditur. Hoc in genere stilus noster versatus, primigenium hunc

Bayerische Staatsbibliothek München

laborem CELSITVDINI TVÆ dicat, ut olim messor primas segetes Cereri, Baccho uvas. Argumentum est TENERÆMONDA: haut maxima fateor urbium; sed tamen PROPRIVM SERENISSIMÆ TVÆ CELSITVDINIS DOMINIVM, quod à multis retro sæculis, nec Imperialis, nec Gallicæ Clientelæ, solis Dynastis paruit: qui sui juris, limitaneam hanc Brabantiæ Flandriæque ditionem, summo Imperio gubernarunt. Quâ conditione mansit, donec primùm conjugio, dein aut munificentiâ Galli, aut transactione, tribus circiter abhinc sæculis, ad Flandriæ Comites migravit: qui ipsi interdum non dedignati sunt TENERÆMONDÆ titulum inter ceteros adscribere. Exinde paullatim illi provinciæ accenseri cœpit & dici FLANDRIA PROPRIETARIA: Imò existimari etiam corpotis Flandrici. Quam Popularium externorumque opinionem, cùm in opidi ditionisq; damnum emergere videret immortalis Princeps PHILIPPVS BVRGVNDVS (ille cui morum integritas BONI nomen comparavit) sacro diplomate quantum potuit occurrit edixitque conceptis verbis: *Hoc opidum & Dominium de* TENREMONDE, *non esse, nec umquam fuisse de Comitatu Flandriæ, neque de tenemēto illius Comitatus; nec etiam de Castellania Gandensi, sed semper fuisse, & adhuc esse prædictum opidum & Dominium de* TENREMONDE *purè vicinum nostro dicto opido & Castellaniæ Gandensi.* Idque fecit, nè hujus Dominii incolæ obsequii sui mercedem, damnum pro hostimento ferrent. Etenim propria huic urbi laus est, studuisse Principibus, & quieti, quantumcumque adversi Boreæ turbarent: quod abundè testantur civilia bella sub LVDOVICO CRESSIACO, LVDOVICO MALEANO, PHILIPPO

LIPPO AVDACE, PHILIPPO BONO, ut alia taceam; quibus toties summis viribus petita, toties summâ pro Principe constantiâ defensa est: ut non immeritò CAROLI V. CÆSARIS MAXIMI ET FORTISSIMI hoc exstet elogium: *Hanc urbem semper bonam fidamq; fuisse, erga se & suos Majores Flandriæ Comites, neque ullum exstare contrarium exemplum.* Verum est illud Xenophōtis: *Quales Principes tales Cives:* ut enim in magnâ hac mundi republicâ, nemo est quantumvis animi dejecti, qui non interdum oculos attollat in cœlum, ac solem, hujusque lumen in ipso usurpet; ita nemo ferè tam ultimæ vilitatis, qui non de PRINCIPVM moribus libenter inquirat, iisque sese quantum natura fert accommodet. Itaque nihil mirum, si quos commendo Cives, semper eâ fuerunt fide, quum prisci hujus urbis DYNASTÆ, ejusque stirpis heroës, tantâ fuerint animi moderatione, ut nulla iis umquam cum vicinis controversia intercesserit. Fuêre inter illos magni consilii, qualis ille DANIEL cui Flandria excussum *Normanni* jugum, & legitimum Comitem *Alsatium* debet: Fuêre templorum conditores, quales RINGOTVS & ADELWIDIS, à quibus sua primordia Canonici hujus urbis habent: Abbatiarū fundatores, qualis MACHTILDIS quam sui Cœnobii fundatricē Svvivecanæ agnoscunt: Legum latores qualis ROBERTVS, cui suas leges in omne ævum hæc Civitas acceptas feret: Bellatores, qualis PHILIPPVS *Roberti* ex filia nepos, qui acie fusis, fugatisque Gallis, Rege vulnerato, Flamulâ convulsâ, Flandriam è servitute eripuit, in libertatem asseruit: Fuêre alii, quos itidem aliarum virtutum ornamenta commendarunt. turbulentum verò ingenium nulla

Historiarum monimenta in eâ stirpe commemorant. Genius AVSTRIACÆ genti gemellus

—— Si fas est magnis componere parva.

Verùm

SERENISSIME PRINCEPS,

—— in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora. ——

unum modò liceat rogare, utinam & impetrare: ut studium hoc meum, argumento exiguum, affectu summum, SERENISSIMA TVA CELSITVDO æqui & boni consulat. Ita magnus ille mundi Princeps DEVS CELSITVDINEM TVAM respiciat, consilia secundet, Imperium ac gloriam augeat: quod cum universâ Belgicâ voveo

SERENISSIMÆ TVÆ CELSITVDINI

Devotus

David Lindanus.

NO-

NOBILISS. ET AMPLISS. V.V.

D. CAROLO D'AVBERMONT,

Equiti aurato Raimbaucourtii Domino

PRÆTORI:

D. ADOLPHO VERANNEMAN

Bouchautii Toparchæ

CONSVLI:

CETEROQVE SENATVI, ET POPVLO

TENERÆMONDANO

S.

VIri nobiles, Viri prudentes, *Quod hactenus numquam Patriæ, id urbi vestræ dedi, quæ mihi altera patria: in quâ confirmatâ ætate, non plurimùm modò vixi, sed etiam suavissimè: quia tanto omnium favore, ut si Civitatem hîc natalibus adeptus essem, neque deberetur major, neque præstaretur. Itaque quod Cunabulis non potui, professione factus sum vester Civis: Non primus credo meæ familiæ; saltem non nominis. Nam etsi Gandavo natales debeam, originem Lovanio; fortè tamen inter Majores meos hîc vixêre,*

xère, qui plurimi dum Antiquitates vestras eruo, Lindani *nominis occurrerunt. quocirca fieri queat, ut non externâ solùm ratione; sed instinctu insuper naturali, & occulto volens huc diverterim, & ubi primùm per ætatem sapere licuit, lubens meritò me, atque omne meum studium huic Reipublicæ nuncupârim: pro quâ quidquid oneris subivi, eo levius mihi fuit, quo plures ad id causſæ. Quod si umquam aliàs, nuper certè sensi, cùm ad mea studia vestrum insuper imperium accesſit: quod eâ animi alacritate subivi, ut quæ difficillima videbantur, & nisi per abrupta quædam adeunda, planâ viâ confecerim, etsi non sine pulvere. Ita audentes Fors juvat, & inprobus labor nihil infectum relinquit, aut intentatum. Accipite ergo sereno vultu: & quanto studio hæc Reipub. vestræ ornamenta congesſi: tantâ benignitate in undosum famæ pelagus tendenti cymbæ, lenis aurea favonio adspiratæ.*

usu & fructu vester

David Lindanus.

APPRO-

APPROBATIO.

HÆ *Davidis Lindani* de Teneræmondæ urbis antiquitate, situ, nobilitate, aliisque cùm domi, tum foris, fortiter felicitérque gestis, enarrationes, quòd per eas, velut per sublatas in portu faces navibus in alto errabundis, multum splendoris urbi, populoque accedat, & apud exteros quoque posteros que, tam hic, quàm illa numquam intermorituris elogiis celebrentur, dignæ sunt quæ luce donentur, & evulgentur. Actum Antverpiæ xx. Kal. Novemb. cIↃ. IↃc. xi.

LAVRENTIVS BEYERLINCK *S. Theol. Licent. Canonicus, & Censor Antverpiensis.*

PRIVILEGIVM.

ALBERTI & ISABELLÆ CLARÆ EVGENIÆ, Archiducum Austriæ, Ducum Burgundiæ, Brabantiæ, *&c.* Serenissimorum Belgicæ Principum Privilegio cautum est, ne quis *Teneræmondam Davidis Lindani*, præter voluntatem Hieronymi Verdussen Typographi Antverpiensis intra sexennium excudat, aut alibi excusam, in inferioris Germaniæ ditiones importet, venalémve habeat. Qui secus faxit, confiscatione librorum, & aliâ gravi pœnâ multabitur, uti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ, in Consilio privato xvii. Novemb. Anno cIↃ. IↃc. xi.

Subsignat

Dellafaille.

In Consilio verò Brabantiæ ad totidem annos xxii. Novemb. anno cIↃ. IↃc xi.

Subsignat

Buschère.

IN

DAVIDIS LINDANI GANDAVENSIS

TENERÆMONDAM

ELOGIVM.

Quisnam Hominis *genius nuper*, Lindane *diserto*
Pectore dixisti; *quod modò vivit opus*:
Nunc tua, de tenebris, quæ sit sollertia, claram
Ducendi in lucem Sæcula prisca, doces.
Nostra præsertim recitas dum sedulus urbis
Historias veteres, fortia facta, fidem;
Ortum, progressum, Dominos, indultáque fido
A Dominis Populo, flumina, Ruris opes:
Ordine concinno, firmis rationibus, ipsis
Ex archivorum testibus, & tabulis.
Quid tibi pro tantis meritis, vir docte, precemur?
Cognita quàm virtus possit ut esse magis.
Lecturi videant, norintq; ex ungue leonem:
In re qui modicâ, tam grave pondus habes.
Tempus erit, cùm te majoribus ire per altum
Auspiciis, Procerum cura benigna volet.
Sic te Musa beet: dignis & honoribus auctum,
Cultorem foveat turba Novena suum.
Debita pro studiis, exantlatoq; labore,
Tranquillâ ut referas præmia mente senex.

O. N. T.

FRAN-

FRANCISCVS VANDEN ZYPE IVRISCONSVLTVS
Canonicus Antverpiensis,

IN

DAVIDIS LINDANI

SORORII SVI

TENERÆMONDAM.

IGnotus Troiæ *situs, excidiumq́ fuisset;*
Si non Pelasgis *versibus claresceret:*
Occiderat rerum domina urbs, & conditor Albæ;
Nisi si diserti Musa *staret* Virgilì:
Iure igitur fortunatum dictavit Achillem,
Præcone Homero, Magnus, *heres sanguinis.*
Te quoque Lindano *nomenclatore beatam*
Ocelle Tenera Teneræmonda *censeo.*
Ille situm, nomenq́ tuum, laudésque reponet,
Facta Incolarum dicet ille fortia:
Quanam olim fueris, tum quod jus urbis, & agri:
Qua nunc sit urbis dignitas, qua Civium.
Quidquid eris quondam, vate hoc præeunte fereris,
Rara inter urbes æviternum principes.

TER EEREN

Van de gheleerde, seld-saeme ende vvaerachtighe Beschrijvinghe des Heerlickheyts

VAN

DENDERMONDE:

door den hoogh-gheleerden

DAVID VANDER LINDEN.

I.

WAT soud' hebben ghedaen *Dendermonde* schoon Stede?
Dijn mueren hoogh bewalt, met den *Dender* visch-rijck,
Die schipvoerende *Scheld* daer by, die over dijck
Met haer vruchtbaerigh nat sproeyt land, en meerschen mede;
En waeren niet beveſt met onstervelickhede.
Gh'en waert niet wyt berucht: dat water-roerich slijck
Van den doodlicken poel, hadd' u (ten onghelijck)
Overmost, en vervuylt, alsoo't meer ander dede.
Sprackmen of schreefmen yet van u; 'tvvas half verſiert:
'Tvvas ydelick gheſocht: 'tvverck en vvas niet gheeiert
Met der *Waerheden* licht, noch niet konſtich doordreven.
Maer door dit *Schrift* aleen, vvordt over al vermaert
Dijn vvesen, dijnen staet, dijns *Volcks ghetrouwen aert*:
'Tvvelck heeft tot u groot eer *vander Linden* gheschreven.

II.

Recht dan u hooft om hoogh: ontpluyckt u vvijde vlercken.
Al zijn de veders nat, en 'tvlieghen onghevvoon;
Iupiters Voghel cloeck, die *Ganimedes* schoon
Ophief tot in 'tghebou der onsterflicker percken,
Sal u met kloecken moet, door de gheleerde vvercken
Van uvven *Appollon*, opvoeren tot den throon
Van den vergulden Godt: die door 'tvlammich vertoon,
Dijn veders nat, en svvack, sal drooghen, en verstercken.
Soo dat door dese vleugh', en 'topklemmen ter lucht,
Dijnen verstorven naem sal vvesen soo berucht,
Dat den Aerd-bodem rond uvven lof sal beseffen.
Maer zijt danckbaerigh oock aen desen *Schryver* kloeck:
Pooght hem voor sijne konst, en moedigh onderſoeck,
Als *d'eere* van uvv' *Eer*, met u macht te verheffen.

Konſt verheught

G. Caudron.

INDEX

Librorum, quibus hac Descriptione usi sumus præter variarum familiarum archiva.

ADriani Barlandi *Chronicon Brabantiæ.*
Analecta Cornelii Gaillart *M. S.*
Analecta Dionysii Harduin *M. S. apud* Iustum Harduinum, Francisci *filium.* Dionysii *ex fratre nepotem.*
Analecta Ioannis de Clerck *Actuarii hujus urbis M. S.*
Analecta Ioannis Ghevartii *Officialis Antverpiensis M. S.*
Annales Brabantiæ.
Annonii *gesta Francorum.*
Anonymus M. S. de Flandriâ apud Ioannem de Clerck *Actuarium hujus urbis.*
Anonymus M. S. de gestis ducum Brabantiæ, apud Iustum Harduinum.
Anonymus de bello Grimbergensi M. S. ibidem.
Anonymi Annales Flandriæ M. S. apud Joannem Bapt. Lauttens *Iuriseonsultum in hac urbe Iudicem causarum Civilium, & Syndicum Territorii.*
Ansonis *Abbatis vita D. Vrsmari.*
Archiva Abbatia Blandinienſis, Gandensis. sive D. Bavonis, Tronchinienſis, equitum Melitensium Gandavi, Abbatiæ D. Brigittæ Teneramond. Swivecanæ, Watsmonasterensis, Præpositura Tusschenbeke, Capituli, Curiæ Feudalis, hujus urbis, & variorum sacellorum.
Auberti Miræi *Chronicon.*
Ejusdem vita Illustrium Belgij Scriptorum.
Ejusdem Origines Benedictinæ.
Auli Gellii *Noctes Attica.*
Beati Rhenani *Germania.*
Bartholomæi Platinæ *Vitæ Pontificum.*
Bernardi de Girard *Historia Gallica.*
C. Plinii *Historia Naturalis.*
Carolus Loyseau *de Dominiis.*
Christiani Massæi *Chronicon.*
Colenetii *Historia Neapolitana.*
Cornelii Kiliani, *Etymologicon.*
Diarium Gandense M. S. apud Simonem Kerckhovium *Ecclesiæ Cathedralis Gandavi Pastorem.*
Francisci Guicciardini *Comentarii.*

Franciſci Petrarchæ *Epiſtolæ.*
Flavii Vegetii *Lib. de Militia.*
Gulielmus Paradinus *de antiquo ſtatu Burgundiæ.*
Henrici Doultremanni *Triumphus Valencenenſis.*
Jacobi Meyeri *Annales Flandriæ.*
Ejuſdem Tomi de Flandria.
Jacobi Marchanti *Commentarii rerum Flandriarum.*
Joannis Bochii *Opus triumphale.*
Joannis Froiſſardi *Hiſtoria.*
Joannis Bapt. de Gramaye *Antverpia.*
Ejuſdem Mechlinia.
Ejuſdem Campinia.
Joannis Goropii Becani *Origines.*
Joannis Molani *Natales Sanctorum Belgii.*
Julii Cæſaris *Commentarii.*
Ludovici Guicciardini *Belgicæ deſcriptio.*
Marci van Vaernewijck *Antiquitates Belgicæ, & Chronicon.*
Matthæi Villanei *Annales.*
Nicolai Everardi *Conſilia.*
Oliverii de la Marche *Introductio, & memoriæ cum notis I. L. D. G.*
Petri Divæi *Rerum Brabanticarum libri xix.*
Petri Oudegherſte *Annales Flandriæ.*
Paulli Æmylii *Chronicon.*
Phalaridis *Epiſtolæ.*
Ponti Heuteri *Rerum Belgicarum libri.*
Roberti Gaguini *geſta Francorum.*
Sigeberti Chronicon, *cum Auctariis, ex editione* Auberti Miræi,
Seneca *Philoſophus.*
Stephani Ydens *Vita D. Gudulæ.*
Witichindi *geſta Saxonica,*

LIBRO-

Librorum Argumenta.

Primus habet ea quæ ad urbem spectant.
Secundus loca sacra.
Tertius Descriptionem Territorii.

Capita libri Primi.

I. Divisio Flandriæ, nomen urbis, & Etymon.
II. Urbis origo unde, ubi de veteri Arce, & Curiâ Feudali quæ inibi.
III. Urbs quando cœperit, & ejus descriptio.
IV. Urbis situs, & qualitas.
V. An Teneræmonda fuerit juris Brabantici, ubi aliquid de Lotticio, & Brabantiæ nomen unde.
VI. Domini Teneræmondæ.
VII. Bella pro Dominis & obsidiones
VIII Privilegia.
IX. Politia.
X. Populus, ejúsque divisio.

Capita libri Secundi.

I. Christianam Religionem quis invexerit, tum cujus hæc ditio diœceseos.
II. De Ecclesiâ Collegiatâ, & quæ inibi
III. De templo D. Ægidii, & sacello Anachoretico.
IV. De Bogardis, Alexianis, & Cappucinis.
V. De Abbatia S. Brigittæ, & monasteriis ejus Instituti.
VI. De Abbatiâ Svvivecanâ.
VII. De Abbatiâ Waesmonsteranâ.
VIII. De Beghinasio.
IX. De Sororibus Augustinianis, sive Nigris.
X. De Nosocomio D. Blasii.
XI. De Xenodochiis.
XII. De domo S. Spiritus.
XIII. De variis sparsim Sacellis.

Capita libri Tertii.

I. An ditio Teneræmondana Gallici, an Imperialis soli.
II. De iis pagis qui immediatè Teneræmondæ domino parent: & insuper duobus Dominiis fiduciariis.
III. De iis pagis qui à domini subditis in Clientelâ, hereditario jure possidentur.
IV. De Scabinis Capitalibus sive Majoribus.
V. Quantum ad Flandriæ expensas hoc Dominium tribuat.
VI. De tribus aliis Dominiis quæ Teneræmondæ accensentur.
VII. De tribus Alodiis Capituli Teneræmondensis.
VIII. De ditione Bornehemiâ.

Coronis ubi viri illustres hîc nati.
Operis *Epilogus*.

PRÆ-

PRAEFATIO
AD
LECTOREM.

BOne Lector, unius urbis magnam hic molem vides, quæ tamen in duplum poterat surgere, si minutias sectari voluissem. Satis fastidioso hoc sæculo potissima dare; quæ ut magis faventem te habeam, externis interdum ornamentis decoravi; ut alienis gemmis matronæ sponsas solent. Itaq; non hic solius Teneræmondæ *Antiquitates habes, sed multa de suis Brabanti videbunt, plura Flandri, ex diplomatum ratâ fide, & historiarum monimentis: nova quædam, pleraque aliter atque alibi. Neque tamen addicam, ex formulâ, omnia comperta dare; sed quod in hoc scripti genere fieri amat, quædam solida sunt, quædam conjecturis constant: quas tamen ratio adstruit. ubique verum secutus sum: si non semper assecutus, condona; ut alius tibi.*

DAVIDIS LINDANI GANDAVENSIS DE TENERAEMONDA

LIBER I.

CAPVT PRIMVM.

Divisio Flandriæ, Nomen urbis, & etymon.

DE hâc urbe narrationem orsurus, nihil opus est ut multa de Flandriæ Comitatu prætexam, ne toties eam cramben recoquendo, lectori pariam fastidium. Scripsere enim de Flandriâ complures & judicio, & stilo præstantes viri: inter quos meo quidem suffragio, summum tulit punctum, clarissimus *Iacobus Marchantius*: & ea est insuper ejus regionis nobilitas, ut nulli paullo humanori sit ignota. Quare hoc unum satis erit dixisse quum *Flandria* dividatur in *Comitatum, Imperialem, & Proprietariam*, inter ea quæ *Proprietaria* nomine designantur, potissimam esse *Teneræmondam*: sive loci antiquitatem spectes, sive situs opportunitatem, sive opidi ornatum, sive eos, qui hîc olim imperio potiti, sive gentis erga Dominos fidem, sive Privilegia, sive Politiam, sive Sacra, sive denique amplitudinem Dominij, & fines: quæ omnia suo quæque loco optimâ fide, & quantâ accuratione potest, perstringemus. Orationem enim diffundere neque res postulat, neque scripti genus admodum requirit. Enimvero urbem hanc antiquitus *Dordanam* appellatam Tungrorum Annales ferunt, ut nobis clarissimus vir Ioannes Baptista Gramaye suggessit; sed ejus rei nullum alibi exemplum, aut vestigium. Itaque non ausim asserere, in tantâ præsertim superiorum temporum caligine: de quibus quod omnes sciunt, plures fabulæ exstant, quàm Histo-

Iac. Marchantius Cõmentar de Fland. lib. 1.

1 *Flandria diversa.*

2 *Teneramonda Flandriæ proprietaria.*

3 *Eius priscum nomen.*

riæ. Quæ

riæ. Quæ lues non modò noſtram Belgicam occupauit; ſed omnem penitùs Europam. Italiam tamen excipio; quæ ipſa interdum etiam hoc malo de cælo tacta, non uno ſemper ore ſuos ſcriptores legit. Vſitatum verò à multis ſæculis nomen eſt, *Teneramonda:* Cujus tamen varia eſt ſcriptio; ſed eadem ubiq; origine: nunc enim Tenremunda, nunc Teneramunda ſcribitur. In priſcis etiam diplomatibus *Teneramundia*, & *Teneramundium*; ſed ratio poſtulat *Teneramonda* ſcribi: habet enim etymon voce compoſitâ ex nomine *Teneræ* fluvii perlabentis, & dictione veneraculâ *mond.* id eſt os, redactâ ad terminationem Latinam; vt ſit quaſi *Teneræ os:* quod reſpondet nomini vernaculo *Dendermond*, quia hac urbe Tenera in ſcaldim labitur, quem auget juxta novam arcem, nominis ſui velut capitis diminutione.

4 *Teneramõda etymon.*

Guicciardin. deſcriptione Flandriæ.

CAPVT II.

Vrbis origo, unde, ubi de veteri arce, & Curiâ Feudali quæ inibi.

1 *Vrbis initium quod.*

2 *Arx an ab Advaticis.*

3 *Eius aliunde origo quæſita.*

TVIVS Dominii quæ primordia, aut quando, quia nihil comperti habeo, tacere potiùs, quàm conjecturis lectorem morari. A Cæſare tamen eſſe certum (ſolum enim Imperiale eſt) qui temporarium Præfecti Dominium hereditario mutauit. Vrbis autem initium ab Arce: Arcis rurſus incertum. Ab Advaticis eſſe non nullis placet, qui à Romanis Advaticorum victoribus debellatam exiſtimant, & vectigalium exactioni deſtinatam, à tenendo ſiſtendoque navium curſu Tenericæ nomen ſervaſſe, fabuloſiùs arbitrantur quàm veriùs: quum Advaticos nũquam hæc loca coluiſſe conſtet, cùm aliunde, tum ex Cæſare, qui de Advaticis loquens: *Cunctis* inquit *opidis ea ſtellisq; deſertis, ſua omnia in unum opidum egregiè naturâ munitum contulerunt: quod cùm ex omnibus in circuitu partibus altiſſimas rupes, deſpectuſque haberet; una parte leniter acclivis aditus, in altitudinem ducentorum non amplius pedum relinquebatur.* Atqui ſitus ille huic noſtro imò Flandriæ univerſæ, vicinæque Brabantiæ, tam eſt diſſimilis, quàm nocti dies. Etenim quum Gothi contra Vandalos, qui Gandavum tenebant, varias arces ad flumina condidiſſe memorentur, ut Aldenardæ & Aloſti, non abſurdũ dictu ſit, etiam hujus noſtrę conditores fuiſſe: niſi fortè ſtructis jam ante munitionibus eum locum Vandali occuparant, aut ante hos alii. Certè tam opportu-

Vide Pontum Heuter. de veteri Belgio lib. 1 cap. 18 De bello Gal. lib. 2.

Meyerus ad an. 411.

opportunum ad cõfluentes Scaldæ & Teneræ nemo sanus neglectum credat. Fuisse enim inter duo flumina circumquaque paludibus cinctam, ideoque difficilem victu, hodiernus ejus situs demonstrat, & Historiarum monimenta fidem faciunt, adeò ut aliquando ne urbe quidem expugnatâ vinci potuerit. Eam ad Maleani usque tempora stetisse indicio est, quòd is bello Gandensi isthic aulam suam & domicilia habuit. Exinde verò seu vetustate, seu aliàs prolapsa jacuit, superstite murorum parte, antiquam testaturâ majestatem: quæ ipsa minuta nuper admodum, avectis hinc ad structuram Palatii Archiducalis stupendâ mole saxis, non sine gravi & loci imminutione, & antiquitatis damno irreparabili. Habuit antiquitus hac in Arce Teneræmondæ dominus officinam monetariam, quod ex carbonibus & ingenti nummulorum numero aliisque indiciis, quæ sub ruderibus detecta, non est obscurum.

Præterea Curiam feudalem, quam dynasta *domum* suam vocat: (ideo nempe, quòd inibi domicilium prisci hujus urbis Domini habuere) alii *domum Teneræmondanam*, quâ paucæ latiùs extra ditionem patent: Diffunditur enim ad varios pagos Brabantiæ, Castellaniæ Gandensis, Brugensis, Cortracensis, Alostensis, Insulensis, Aldenardiæ, in VVasiam, & quatuor ambacta; complectiturque extra limites territorii plurima dominia, quæ ipsa præter venationem, aucupium, piscationem, cignos, redditus pecuniarios, aliosque, confiscationem, bona nothorum, & exterorum, clientelas, relevagia, decimas, atque alia hujusmodi; etiam Tribunalia habent, Prætores, & Scabinos, per quos Justiciam exercent civilem, & criminalem. qualia sunt: *Masseme*, *Molenbeke*, *Vinderhoute*, *Merendre*, *Zecke*, *Huysse*, *Rode*, *Oorsiamp*, *Ingelmunster*, *Sancti Eligii Vive*, *Oudenem*, *Monstruel*, *Bleu Castel* & *Mortansehen in Hardoye*; Quæ omnia ad dictam Curiam referuntur, præter ea dominia, quæ finibus hujus Territorii continentur: de quibus infrà latiùs dicturi sumus. Illud autem non est silentio tegendum, in ipsam usque Gandavum, hujus Curiæ jus extendi: ubi Teneræmondæ domini beneficio possidetur feudũ dictum *Tgheleede ad D. Bavonis aquâ & terrâ:* quod se extendit in *Steen-dam* (loci nomen Gandavi) *Molenstede*, *Langlebrugghe*, *VVachtbeke*, *Mendonck*. Feudum insuper *super thelonio sancti Bavonis*, & varia loca *ad Dei Servatoris*, atque alia plurima eâ urbis regione, quæ *ultra Scaldim* dicitur *extra portam Brabanticam in Imperio* ut vocant. *Traiectus* denique ad amœnum illud ad Scaldam viridarium, quod vulgo de *Hoye* dicunt, inter arcem a Carolo V. Cæsare structam,

4 *Ejus situs.*

Froissard lib. 2. cap. 68.

Meier. an. 1572.

5 *Quando adhuc steterit.*

6 *Quando prolapsa.*

Anno 1559.

7 *Ibidem officina monetaria.*

8 *Et Curia Feudalis.*

Lib feudal.

9 *Quæ Dominia complectatur.*

Lib. feud.

Lib 1. cap. 1. num. 4. 24. & 112. 115. cap. 6. num. 14. 11. 69. cap. 7. nu. 1. 22. 11.

10 *Gandavi feuda huic Curiæ obnoxia.*

& Beghinasium. Habet autem hæc curia id singulare: *quod sine Principis veniâ aut proximi heredis assensu, nullâ etiam juratâ necessitate, liceat feuda gravare, in alios transferre, pignori dare; modò id fiat coram prætore Tribunalis, & feudatariis justo numero.* Dein *quando possessor mutatur, non tenentur pendere pretii decimam; sed relevagium librarum Parisiensium tantùm & cubicularii jus, quod Cambrelagium vocant.* Tertiò *à latâ hic sententiâ non est provocatio, nisi* immediatè ad Parlamentum repræsentans Principem: ante cujus institutionem ad ipsum Principem ibatur. Et quidem cùm à duobus ferè sæculis, summo conatu niteretur Concilium Flandriæ causas hujus Curiæ ad se pertrahere, idque quo efficaciùs faceret, obtinuissent à filio Principis Philippo Comite tum Carolesii auctoritatem conjiciendi incarcerem Prætorem hujus urbis, ejúsque Vicarium, quia mandatis Concilii non paruerant, Ioannes Philippi pater, re intellectâ graviter id ferens, scriptis acerbissimè literis Concilii institutum repressit: quod iniquum esse, multis libellis, & Privilegiis Ioannes de Neufchastel Montis acuti dominus, cujus causa agebatur, ostenderat. quo in diplomate adseverat *numquam ab hac Curia esse provocatum, eamq; declarat ab omni resorto immunem: quodq; Feudatarii hic immediatè repræsentent ipsum Principem.* Denique notandum *neminem in causis criminalibus hac urbe damnari, aut multari, nisi in hac Curiâ præsentibus justo numero feudatariis*, quos *Homines suos* in diplomatibus dominus vocat. Quum autem feudorum alia sita sint cis Scaldim, trans Scaldim alia; usus obtinuit ut *in ea, quæ in Iurisdictione Teneramondensi trans Scaldim, id est, in latere Flandrico sita sunt, maximus natu succedat in duos trientes, ceteri in reliquum feudi: quæ cis Scaldim in latere Imperiali sive Brabantico in ea omnes mares æqualiter, quæ verò extra limites hujus dominii, ea sequuntur consuetudinem sui loci.*

Eâdem in Arce nunc collis visitur, à Gallis exercitationis causa accumulatus, qui potest prœlium Gravelinganum, quo graviter eorum res attritæ, huc ad custodiam missi sunt. Id moneo ne posteritas ignara rei, novam hinc ordiatur fabulam.

11 *Huius Curiæ privilegiũ primum.* — Diplom. Phel. 1468.
12 *Privilegium secundum.* — Ibidem.
13 *Privilegium tertium.* — Diplom. Ioan. 1419.
14 *Super hoc Consilio Flandriæ contenta.* — Ibidem.
15 *Eam quis repressit.* — Ibidem.
16 *Privilegium quartum.* — Lib. Consuetudd. tit. de administratione justitiæ.
17 *Quæ in feudo succedat.* — Dipl. Roberti an. 1284.
18 *Trans Scaldim.*
19 *Cis Scaldim.*
20 *Quæ extra Territorium.* — Lib. Consuetudd titu. de feudis.
21 *Cibi in arce unde.* — Ludo. Guicciardin Commentar. lib. 3. anno 1558.

CAPVT

CAPVT III.

Vrbs quando cœperit & ejus descriptio.

QVando hæc urbs primùm cœperit temerarium sit affirmare; quia ut in plerisque Belgicæ urbibus incertum. Credibile tamen ante Caroli magni ævum fuisse, quo tẽpore Haymonem Teneræmõdæ Comitem, Vorsiam Tungrorum regis filiam duxisse ejus gentis Annales tradunt. Et ut hinc ad diplomata abeam, id est, ea unde non est provocatio, cùm in Archivis Blandinien sibus *Hugo de Teneræmonda* legitur subscribere anno CIↃ. LXI. Satis manifestum est ante id tempus urbem exstitisse, unde ejus familiæ & tot exinde Procerum illustre nomen promanâvit. Hoc quo nunc est ambitu non semper fuisse constat, tum aliàs, tum ex codice Svvivecano: ubi *Sancti Aegidii Hospitale extra Teneræmondam* dicitur situm. Mœnitam fuisse jam inde à Roberti prioris ævo, ex ejus legibus constat, ubi murorum urbis fit mentio. Imó vel ante annum millesimum ducentesimum, hinc liquet quod cùm Machtildis, Roberti mater, Teneræmondę domina, daret Hospitali sancti Aegidii pratum Vulgo *den Bruel*, addidit hanc legem: *Si Teneræmondæ dominus secus dictum pratum munitionem villa volucrit ampliare, à dicto prato licenter sumetur ampliatio, quanta in illo loco conveniet.* Et quod magis est, ab ipsis usq; Normannorum temporibus clausam reor: Illâ enim gente uno furoris impetu omnia populante, translatas huc in tutum divorum Hilduardi & Christianæ reliquias ferunt. Illud autem ex dicta Machtildis donatione verisimile, quod Roberto filio, vivâ adhuc matre, animus fuerit augendæ urbis: eumque ipsum struxisse exteriores opidi muros, qui nunc urbem ambiunt: idque eò magis, quòd neque Guidoni genero id facere per Gallum vacaverit, neq; nepoti Roberto, neque Pronepoti Guilielmo, neque hujus filiis Gallico civilique bello involutis; & tamen exstitisse constet, ex demolitione Cressiaci ævo, potiente hac urbe Amboso, nonagesimo quinto à morte dicti Roberti Guidonis soceri. Porrò arcuatum illud opus multo esse recentius, & inclinanti demum muro oppositum, ipsa structura manifestis passim indiciis ostentat: quod Maleano deberi hinc credibile, quòd ejus tempore data Beghinis secunda compensatis, ob ante occupatam partem suæ areæ; ideo nempe quòd cùm primùm illi muri structi sunt (quod Roberto

1 *Vrbis initium quale.*

2 *De eo coniectura.*

Diplom. Machtildis anno 1223.

3 *Hospitale sancti Aegidii olim ubi.*

Anno 1223.

Artic 23. Diplom. anno 1243.

4 *Vrbs quando munita.*

Meyer. anno 846.

5 *A quo prolatum pomerium.*

Idem an. 1343

6 *Muri quando partim demolii.*

7 *Arcuatum opus à quo.*

Tabul. anno 1361.

jam tribui) exile datum illis pretium, neque quantũ aliis, quorum arva aut prata murorum moles occupabat: Itaque secundâ hâc structurâ occasionem nactæ, amplius petierunt, & impetrarunt: nempe usum graminis quantumcumque est inter catharactam ad D. Rochi, & atvum quod dicitur *Ackervelt*, intrà & extra murum. Prior autem murorum ambitus multo erat angustior: Accessit enim quidquid est inter aquæductum vulgo *Peerdekens Veste*, id est equorum mœnia, qui se per canalem in Teneram exonerat juxta pontem dictum *Le-moye*: ultra verò dictum flumen, magna pars hortorum Sodalitatis D. Georgii, ubi etiamnum antiquæ molis rudera ad ripam exstant: & insuper quidquid ultra rivum, qui à D. Rochi Sacello incipiens hortos Affligemenses & Cappucinorum alluit, sublabénsque pontem portæ aggeris ad aquaticas molas in Teneram fertur. Cui rei adhuc indicio est platea *de Nieu straet*, id est nova platea appellata, & alia insuper è regione ultra alterum rivum, qui olim fuit extima urbis fossa dicta *de Veste*, id est, mœnia.

8 *Quod dilatione acceperit.*

9 *Vicus fumina.* Præter Scaldam qui urbẽ alluit (unde præter amœnitatẽ magna merces advehendi avehendiq; opportunitas) Tenera insuper (quæ olim Tennam dictum volunt) qui mediam urbem secat, multiplici aquarum divortio compendiosam adfert utilitatem, ductis huc illuc per præcipua loca rivis, qui quotidie maris fluxũ & refluxum sentientes, aquis numquam stagnantibus, præter summam ad omnia commoditatem, aërem etiam, etsi per se salubrimum, tamen salubriorem reddunt. Gramaie Antverpiã cap. 1.

10 *Rivi.*

11 *Aër.*

12 *Pontes.* Pontes universim sunt viginti tres: quorum sedecim è lapide vivo aut latere, ceteri è materiâ. Potissimi verò sunt Tenerici duo lapideus unus, alter ligneus; & Scaldensis: quem ante annum CIↃ CCCC LII non fuisse inde constat, quòd, cùm eo tempore Philippus bonus vellet copias Scaldim trajicere, coactus sit inanibus vasis tabulas inponere, & eo modo subitaneo ponte flumen sternere. Aliquanto post solidiori opere pons structus, qui adhuc superest, longitudine eximiâ: ut mirum videri queat, tantum quotannis & aquarum, & glaciei vim, labente & refluo flumine irrefractum posse pati. Præter pontes tantillo spatio, tanto numero, multum ornamenti opido adferunt ripæ munitæ muro, ut commoditatem accutata tutaque navium statio. Meyer. ad. no 1512.

13 *Pons Scaldinus subitus.*

14 *Ripa.* Acta public. anno 1554.

15 *Fora.* Fora rerum venalium sunt sex, Maximum, pulcerrimâ domorum serie: In hoc Prætorium est Pannarium sive Conventus textorum, quem Hallam nostrates, Divæus Phalas vocat, cum turri multis ab hinc sæculis structâ. Illud Curiæ loco olim frequentatum volunt. Illi turri Curia contigua est, novo frontispicio & Antiq. Brabant. lib. 14.

16 *Phalæ.*

17 *Curia.*

variis

variis Principum, aliisque statuis jam pridem ornata. Eodem in foro Macellum est an. CIↃ CCCC VIII, ut epigraphe habet, con- 18
Anno 1609. structum. Piscarium præterea sumptuoso nuper opere auctum. *Macellum.*
Dein Granarium vetus, Granarium novum, Linarium, Armentarium denique anno superiore novo opere stratum.

Anno 1609. Dies rerum Venalium est lunæ, quò autem securiùs & lubentiùs 19
peregrini, etiam debitores, commeent, nemini quemquam licet *Mercatus hebdomadalis.*
postulare æris alieni, die dominicâ, lunæ, martis, per singulas septi- 20
Diplom. 1454. manas: idque indulto Cæsaris Maxæmyliani. Nundinatio autem *Eius privilegium.*
Diplom. anno 1397. anniversaria à Philippo audace Maleani genero data in triduum, 21
olim incipiebat die martis post festum D. Lucæ; Sed quia postmo- *Nundinatio annua.*
Diplom. 1350. dum in idem tempus Bruxellanæ & Beverenses nundinæ incide- 22
bant, Carolus V. eam transtulit in diem veneris proximè sequen- *Quando olim.*
tem primum Sabbathum mensis Octobris usque ad Martis exclu- 23
sivè. Data autem ab utroque Principe immunitas abarresto, non *Cur translata.*
Codex Sruivecanus 1334. solùm illo nundinationis; sed octiduo antè, & octiduo pòst, exclu- 24
sis ab hoc privilegio hostibus, exsulibus, fugitivis, & debitoribus *Eius privilegium.*
Principis. 25
Qui huius tu-portes.
Portæ urbis sunt quatuor: Bruxellensis, Mechliniana, Traje- 26
Anno. 1594. ctensis (ita à Scaldis trajectu vocata, eadem in priscis monimentis *Vrbis Porte.*
Scaldensis dicta) & denique Lapidea, quæ ducit in arva inter Scal- 27
Meyer. an. 1345. dim, & Teneram, quam acta publica à duobus circiter sæculis struc- *Lapidea quando structa.*
tam loquuntur. Id ne quem in alias suspiciones abducat, monere visum legibus Pacis Cresliaci tēpore tribus locis patefactam hanc urbem, & mœnibus nudatam qua Gandavum spectat: Itaque verisimile est dirutam inter cetera hanc portam: nam ut tūc primùm structa sit fieri non potest, quum ex monimentis Svvivecanis ma-
Anno 1334. nifestum sit, diu ante prædictam structionem & demolitionem, eodem eam nomine exstitisse, ubi designatur *locus extra Portam lapideam.*

Quum verò propter obsidionis, & incursionum hostilium peri- 28
cula, non semper tutum peregre molere, præter Principis molas *Mola aquatica.*
aquaticas quæ in Suburbio, quod novum burgum vocant, duæ in- 29
super publicæ sunt in opido: una autem quæ vento agitur, quales *Ventilatrix.*
plures sunt in vicinia, sed olearia & lorticaria item una. 30
Gymnasium.
Neque hîc omittēdum inter publica ædificia, Gymnasium, cu-
An. 1354. râ Senatus superiōre sæculo cum honorario Musis dicatum, eo splendore, ut pauca totâ Belgicâ, etiam in mediocribus opidis, huic queant comparari. Structum autem est anno CIↃ IↃ LV.
Lib. 2 cap. 2. num. 67. Rectore ludi publici magistro Henrico Cares, qui primus salarium de publico accepit anno CIↃ. IↃ. XL. ut ejus monimentum habet.

Supereſt

31 Nova arx.

Supereſt nova Arx, quæ ſub Alexandro Farneſio Belgicæ Prorege, ad gemini fluminis, Scaldis & Teneræ concurſum excitata eſt: Etſi non admodum opus externo hoc præſidio, ubi Civium probata in Principem fides, eſt murus aheneus, *qui* (ut cùm Seneca loquar) *obijcere ſe pro illo mucronibus inſidiantium paratiſſimi, & ſubſternere corpora ſua, ſi per ſtragem illi humanam iter ad ſalutem ſternendum ſit.* Anno 1584. De Clementia lib. 1. cap. 3.

32 Ædes privatæ

Porrò privata ædificia ampla ſunt, & commoda, & utcumque nitida. Hortos omnes pæne ædes habẽt: pleræq; etiam vivas ad limen aquas. Primam laudem & amplitudine, & loci amœnitate meretur aula Viglij à Præſide Viglio Zvvichemo nomẽ nacta: qui eam emit à Michaële van Hofſtadt, à quo ad Præſules & Canonicos dictæ urbis abiit; & ab his pretio ad V. N. Adolphum Veranneman. Inſuper hîc ædes ſuas habent abbatiæ S. Bernardi, & Affligemenſis; olim etiam D. Bavonis, & Ninivenſis. Loca ſacra ſecundus liber dabit. Anno 1611.

33 Aula Viglij.

CAPVT IIII.

Vrbis ſitus & qualitas.

1 Tractanda ſitus.

2 Quæ ſola.

EST autem hæc urbs hinc pratorum & fluminum amœnitate læta, inde arvorum ubertate dives, ſita ad limites Brabantiæ, Flandriæque, ad meridionalem Scaldę plagam, in ſolo Imperii ſive *Romano* ut Dintherus vocat: quòd & ſitus demonſtrat, & omnes ſcriptores fatentur; eâ loci opportunitate, ut vix major eſſe queat. eſt enim præſtantiſſimis, nobiliſſimiſque Belgicæ urbibus cincta. Intra ſextum milliare habet Antverpiam, & Mechliniam, intrà quintũ Gandavum, Bruxellas, Hulſtum, & denique intrà ſecundum Aloſtum: ad quæ omnia non terrà ſolùm commoda via patet; ſed & aquis merces ultrò citroq; tranſvehuntur. Eſſe verò non feudum Imperii ſed Alodium, vel ex diviſione Flandriæ apparet: quæ quum dividatur, ut jam antè dixi, in Comitatum, Imperialem, & Proprietariam, & Proprietariæ nomine Teneræmonda cenſeatur; nominis indicio liquet neminem ſuperiorem agnoſcere hujus opidi dominũ: nec Gallo debere fidem, ut Comitatum; nec Imperatori, ut Imperialem. Gallici juris numquam fuiſſe palàm eſt. Imperatori ſi deberet, nihil opus foret tertiò hoc diviſionis membro: inter Imperiales enim cenſeretur, non Proprietarias. Et ut omittam illud Proprietatis nomen, quum variæ fuerint controverſiæ inter Imperatores & Comites Flandriæ, Vira Ioannis Burgundi. Pet. Oudegherſte Annal. cap. 169. Marchant. Comment. lib. 1.

3 Vicina urbes.

4 Eius qualitas.

5 Sententia ac iudicium.

Flandriæ, ob non præstitam fidem ratione terrarum Imperialium; nulla fuit umquam cõtentio de supremo in Teneræmondam dominio. Ioannes Burgundus legitur præstitisse fidem de Burgundiæ & Alosti Comitatibus, & multò antè [a] Balduinus Comes, ejusque socer Philippus Alsatius, Teneræmondæ nusquam factâ mentione. Imò neque Guido Flandriæ Comes umquam præstitit fidem Guilielmo Cæsari: qui capitalis Flandriæ hostis, si fides illi debita fuisset, multasset Flandros hoc dominio: ut eadem de causâ dederat Avenio Guidonis uterino fratri Comitatum Alostensem, VVasiam, Zelandiam. Quin insuper voluit postea ut Guido & Ioannes ejus frater, cederent Avenio dominatus Imperiales sitos inter Flandriam & Hannoniam. & demum transactio facta inter Ludovicum Cressiacum, & Gulielmum Hollandiæ Comitem, conventumq; ut Hollandus Zelandiam sibi haberet, Flander verò ditionem Alostanam, VVasiam, Quatuor officia, & Gerardi-montem, remisso utrimque omni jure, & prætextu: nusquam nominatâ vel indicatâ Teneræmonda. Quare meritò Vvielandus Flandriæ quondam Præses *sine medio teneri dicit: Dominumq; ibi supremũ habere Imperium.* Meyerus *optimo jure Prædium vocat, ac nulli obligatum*, quòd perinde est, ac si alodium diceret; ita enim Alodium Cujacius definit: *nullius*, inquit, *domini beneficium; liberum, non servum; immune, nihil pensitans; optimo jure; optimâ conditione; nec fidem, nec hominiũ, nec invesituram debẽs.* Existimandũ verò, etsi non ab Imperatore, Imperialiter tamen hanc ditionem possideri, & dono quondam Imperatoris, Alodium privati juris factam: ut modò VVasiam aliaque quædam teneri VVielandus censet. Quando autem ab Imperii clientela defecerit, incertum est. quòd item de Brabantia sua fatetur Divæus: quàm tamen ab Henrico V Godefridum barbatũ in feudum accepisse constat: cujus successores multò tẽpore post excussam clientelam Comitiis Imperii interfuêre, idque primùm exoleviſſe post annum CIↃ. CCCC. VI. Ducatu ad Antonium filium Philippi audacis Burgundiæ ducis devoluto. Gaguinus *id dominium suijuris indigetat.* manuscriptus quidam de Flandria codex vocat *Teneræmondam francum alodium. & Rectum quidem in Flandria debere; non esse tamen Flandriæ feudum.* Quod etiam disertis verbis Philippus bonus declaravit. Etsi Robertum Betunium Flandriæ Comitem ad eam servitutem adegisse constat, non quidem urbem sed hujus ditionis Territorium, ut indicant tabulę Gulielmi Nigellani Roberti ex fratre Gulielmo nepotis. Qua

6 *Nunquam contra versum.*

7 *Ne à capitali hoste.*

8 *Domini quale Imperium.*

9 *Non est Flandriæ feudum.*

Idem Vita Io. & Meyer. an. 1416.
[a] Idem anno 1191.
Oudegherste 1276, cap. 81.
Meyer an. 1252.
Idem an. 1254
Idem an. 1322
Lib de feud. 2.
Rerum Flandric. tom. 9.
1. Observat. cap. 4.
Vvieland lib. de feudis.
Ibidem.
Rerum Brabant. lib 10.
Auctario Historiæ Idem Meyer. to 10. & Marchant. Comment. libr. 1. Diplom anni 14. 51. Vide nu. 17. Diplom. anni 1313.

de re quæ exstant tabulæ ad majorem rei lucem hic dabo Latio donatas: *Nos Gulielmus Flandrensis Eques, Teneræmondæ dominus, Notum facimus: quòd cùm controversia verteretur de tenemento terræ de Tenremonde, inter charissimum & amantissimum dominum & patrem nostrum dominum Gulielmum Flandrensem, piæ memoriæ, dominum quondam de Tenremonde, quem Deus absolvat, ex una parte; & charissimum atque amantissimum dominum & patruum nostrum Robertum Flandriæ Comitem, ex altera, quia dictus noster pater dicebat, & asserebat quòd non debebat tenere, neque tenebat totam terram de Tenremonde in feudum, & homagium à Comite Flandriæ, fratre suo, esse enim ibidem satis multa franca Alodia, quæ non tenebat ab illo, ut ajebat: charissimus autem noster atque amantissimus patruus dicebat, & sustinebat contrarium. quæ controversia numquam declarata aut definita fuit, vivente charissimo atque amantissimo patre nostro prædicto. Nos ad cõponendam prædictam controversiam, quam habere possemus contra charissimum nostrum patruum supra dictum, & ad declarandam rei veritatem, dedimus prædicto patruo nostro supra suam conscientiam, ut veritatem diceret, quomodo, & quod in posterum dicta terra de Tenremonde deberet teneri in feudum, & hominium Comitis Flandriæ, quia certius quàm alius quisquam poterat scire, quum valde diu eam terram de Tenremonde possederit in suum dominium, antè quàm dictus noster dominus & pater eam acceperat, & ab ejus manu devenerat in manus prædicti domini & patris nostri. Qui Patruus noster prædictus suscepit dictam veritatem dicere supra suam conscientiam, & dixit, quòd tota terra de Tenremonde, in omnibus suis locis, & partibus, debet teneri in feudum & homagium à Comite Flandriæ, & quòd ita ipse accepit, quando eam hereditatem accepit, & tenuit ab illustrissimo & potentissimo Principe domino Guidone, bonæ memoriæ olim Comite Flandriæ, quem Deus absolvat, patre suo charissimo, & avo nostro, & quòd ita semper dixisset sensisset & tenuisset, quòd charissimus & amantissimus dominus noster & parẽs debuisset recepisse & tenuisse à se. Cui dicto nos assentimur, & cognoscimus pro nobis, & heredibus nostris, & successoribus, totam dictam terram de Tenremonde & quæ inde dependent plenè & integre recepisse, & debere tenere, ab illo in feudum & homagium. In cuius rei testimonium mandavimus præsentibus literis nostrum sigillum apponi, & rogamus ac requirimus charissimum nostrum atque amantissimum dominum & fratrem dominum Ioannem Flandrensem dominum Crevecuriæ, Daloes, & Castellanum Cameracensem, ut ad res supra dictas velit præbere suum assensum, quantũ eius interest, aut interesse potest.*

40 Contra id tabula. Ibidem.

poteſt, & mandare præſentibus tabulis apponi ſuum ſigillum ad rei teſtimonium. Et nos Ioannes Flandrenſis ad petitionem chariſsimi & amantiſsimi fratris noſtri, præbuimus & præbemus noſtrum aſſenſum ad res ſuprà dictas, quantum noſtra intereſt aut intereſſe poteſt: & mandavimus præſentibus apponi noſtrum ſigillum, in teſtimonium veritatis. Acta ſunt hæc prædicta omnia & conventa inter chariſsimum & amantiſsimum dominum & patruum noſtrum ex una parte, chariſsimum & amantiſsimum fratrem noſtrum & me ex altera, ad D. Bavonis Gandavi: præſentibus inclyto & potente principe domino Ludovico, maximo natu filio domini Comitis Flandriæ Comite Nivernenſi & Rhetellenſi, Guidone fratre noſtro, Gulielmo Nivelliaco, domino Ghisberto de Leeuwerghem, domino Yvano de Vaerneweyck, & domino Gerardo Ducke Equitibus, Balduino de Sinnebeke & Henrico Braem Scribis conſiliis domini Comitis Flandriæ, atque aliis multis, anno gratiæ CIↃ CCC XIII *lunæ poſt feſtum ſanctæ Catharinæ menſe novembri.*

Hunc patris & patrui aſſenſum ſecuta Maria Ioannis filia, cùm *Inghelrammo Amboſio* marito clientelam Ludovico Creſſiaco Flandriæ Comiti præſtitit. Equidem ideo tempore primùm tentatum arbitror, quo Robertus matris ſuæ Machtildis Teneræmondę dominę hereditatem adiit, eumque compoſitò præſtitiſſe Guidoni Flandriæ Comiti parenti ſuo fidem, quò id exemplum poſteri, quando divelli Teneræmondam contingeret, imitarentur: eâque ratione dominatus alioquin liber, & ſui juris Flandriæ connecteretur. Cujus rei ſuſpicionem mihi dedit, quòd in declaratione dictâ non dicit Robertus, ſuperiores Teneræmondę dominos fidem Comitibus Flandriæ præſtitiſſe, quòd procul dubio expreſſiſſet, ut ſuæ cauſſæ firmamentum; ſed tantùm id de ſe aſſerit. Et credibile eſt non temere Gulielmum moturum fuiſſe Roberto fratri litem, & niſi multis, validiſque ſubnixum rationibus, potiſſimùm verò more majorum: qui ſummam in his controverſiis vim habet. Nam ſi ratio, & conſuetudo, & uſus ſuperiorum temporum à Roberto ſtetiſſet, non fuiſſet diù protractum ejus rei judicium. Et quidem videor videre hujus controverſię primùm Roberto in mentem veniſſe poſtquam hujus dominii poſſeſſionem Gulielmus adierat: nam ſi id illi antè in animo fuiſſet, quum æſtimatione factâ Teneræmondam hic acceperit, poterat cum clientelæ onere ad eum & poſteros tranſmitti: quod de ditione Bornehemia atque aliis factum conſtat. Et ne cui mira videatur hujuſmodi Principum agendi ratio, quibus unum eſt inter imperii arcana limites quà

11 *Quæ ratione data conſuetudo.*

12 *Conjectura ratio.*

13 *Altera conjectura.*

14 *Ejus ratio.*

15 *A Turi.*

possunt proferre, ex infinitis unum exemplum est Ripelmonda, non incelebre ob arcem in Vvasia municipium: eam soli esse Imperialis non Gallici, & situs, & ratio convincit: & tamen Ludovicus Galliæ rex, qui cęlo postmodùm adscriptus est, ejus nomine clientelam sibi à Margareta Flandriæ Comitissa extorsit, & eâdem operâ universam Vvasiam suo regno asseruit: reclamantibus omnium temporum historiis, & diplomatibus. Itaque nihil mirum esset, si eadem ratione Teneræmondam Robertus vendicasset, eò potissimum prætextu *quod ita ipse accepit quando eam hereditatem accepit & tenuit ab inclyto & potente principe Guidone bona memoriæ olim Comite Flandriæ.* Nam quomodò demum potuit antiquitus fuisse feudum Flandriæ, quum autà Gallo hanc ditionem Comitem accepisse, aut à Cæsare necesse sit. Ab illo non potuit: quum & urbem, & universum territorium cis Scaldim & ultra, Imperialis esse soli, inter Antiquitatum peritos nemo neget: & ne quis ignoret, uno verbo infrà docebo. A Cæsare verò ut quidem multa Balduinus Insulensis acceperit nempe *Terram omnem inter flumina Scaldem & Teneram, quinque Insulas Zelandicas, Castrum Gandense, cùm quatuor officiis*, inquit Meyerus, (Oudegherste etjam adjungit *omnem terram quæ sita est inter Scaldim & Hontam à fossa Othoniana, Antverpiam usque*) nulla tamen usquam Teneræmondæ mentio. Si aliquis putet eam censeri nomine *terræ inter Scaldem & Teneram*; id ipse loci situs convincit (nisi quòd exigua admodum portio hujus nostræ ditionis inter Scaldim & Teneram) & Meyerus atque Oudegherste id palàm de terra Alostensi interpretantur. Et ut concedam exiguam eam partem eò nomine censeri, non potuit certè tota urbs, & omne territorium ejus donationis ratione in Flandri beneficium concedere. Vt ut est Philippus bonus ille Belgici Imperii quasi cõditor, jam olim eam de clientelâ opinionem diserto diplomate rejecit; satis apud posteros testatus, quod suprà conjecturis probavi, Teneræmondâ ante Roberti Betunii ævum, nõ fuisse feudũ Flandriæ. Nam cùm intellexisset *plurimos ex subditis, & aliis, putare & sustinere opidum & dominium de Tenremonde esse de Comitatu Flandriæ, & Castellania Gandensi, ideoq; jam ante aliquot ex officiariis & subditis voluissent jurisdictionem & cognitionem caussarum in facto Iusticiæ, & aliàs ad se trahere, prater eos, quos hic constituerat: bono* inquit *& maturo judicio, & deliberatione declaravimus, & per præsentes declaramus, nostrum prædictum opidum, & dominium de Tenremonde, nec esse, nec fuisse de Comitatu Flandriæ, neque de Tene-*

16 *Tabula argumento rejecta.*

17 *Et posteriorib. domini tabulis.*

Ondegherste Annal. c. 13 30.

Lib 3. cap. 1. num 1.

Ad ann. 1037. Aunal ca. 40.

Ad an. 1046. Annal. ca 19. & Marchant. Commen. li. 4. titulo, Bel. German.

Archiv. opidi.

Tenemento ejusdem Comitatus, neque etiam de Castellania Gandensi; sed semper fuisse & adhuc esse prædictum opidum & dominium de Tenremonde purè vicinũ nostro dicto opido, & Castellaniæ Gandensi. Ita ille anno c I O CCCC LI.

Et ne quis id factum existimet minuendæ populari Gandensium potentiæ (quòd magno studio & hîc & alii sæpe conati sunt, & demum *Carolus V.* summo ejus Reipublicæ commodo effecit, magno illo privilegio, omnium privilegiorum abrogatione, quò à plebe ad optimates Rempublicam transtulit) secus esse eò diplomate liquet, quò idem *Philippus* edicit, Curiæ Teneræmondensis Clientes non esse obnoxios suo edicto de non vendendis feudis, *quia* (inquit) *hæc feuda alterius sunt naturæ, quàm aliarum Curiarum: quum hæc terra sit Imperialis, & non de nostro Comitatu Flandriæ; ut satis liquet ex nostris tabulis in Consilio Flandriæ aliàs expeditis, & nunc examinatis, postmaturam deliberationem, & habito super hoc judicio Consilii Flandriæ, quia & urbs, & Territorium dominii Teneræmondensis separata sunt à nostro Comitato Flandriæ.* Vides etiam accuratâ inquisitione, & maturò Consilii Flandriæ judicio hanc ditionem à Flandria sejungi; neque aliter Flandriam vocari posse, quàm olim Antverpiam, & Mechliniam; quando Flandriæ Principibus utraque ea urbs paruit. Idem Maxemyliani diploma habet cujus verba modò subjiciam. Et sanè adhuc usus habet, ut non simpliciter Flandria vocetur, sed cùm adjectione: *Flandria Proprietaria.* Quòd ut magis liqueat, id unum par est addere, quòd Comites Flandriæ seorsum interdum usi sunt titulo Teneræmondæ; non facturi, nisi aliud à Flandriâ hoc dominium esse sciviſſent. Cujus rei exempla sunt in diplomate Hammensi: *Guido Comes Flandriæ, Betuniæ, & Teneræmondæ dominus.* In Epitaphio: *Machtildis Comitissa Flandriæ, Advocata Betuniæ, & domina Teneræmondæ.* Et in tabulis publicis: *Carolus dux Burgundiæ, Brabantiæ, Limburgi, Luxemburgi, Comes Flandriæ, dominus Teneræmondæ.* Enimverò post præstitam illam clientelam, Comites Flandriæ etiam in hanc urbem (de qua tamẽ nulla in tabulis expressa mentio) directũ sibi jus arrogarũt. Hinc Teneræmõda *à Cressiaco* multata legitur trecentis libris, quia exules receperat: quòd tamẽ *valde Teneræmõdanũ cõtra exspectationẽ evenit:* (inquit Petrus Oudegherste, & subdit rationem) *quia dicta urbs non spectabat ad dictũ Comitẽ; sed ad Beatricem de sancto Paulo* (Viduã & usufructuariã Ioãnis Dampetræ Teneræmondæ domini) *quæ simulerat domina Neelle & Crevecurti:* Et rursum à *Ludovico Maleano*, ob Civium inter

18 *Contra hoc argumentum responsum.*

Lege Carolinâ 1540 Meyer. ad an. 1451.

Archiv. opidi tab an 1461.

19 *Alii tabulæ.*

Meyer anno 1357. Num 42.

20 *Et evidenti argumento.*

Vide lib 3. c. 2 num. 13. Vide lib. 1. c. 6 num. 107.

Archiv. Eccl. B. Mariæ Teneræm. tab. an. 1472.

Meyer. anno 1342.

21 *Teneræmonda tur à Cressiaco multata.*

Annal. c. 159.

22 *De multa idonei scriptoris judicium.*

Archiv. opidi an. 1349.

se tumultum in cæde Henrici van Loecke: nisi id factum dicamus, quia hoc dominium jam à Rege acceperat, & si non omne jus. de quò latiùs infrà, ubi de hujus Dominii Dynastis. Eâdem ratione existimo causas Civiles hinc ad Senatum Gandensem pertractas, & postmodum ad Concilium Flandriæ: nisi id incuriâ Teneræmondensium factum aliquis credat, qui id passi, & ita paullatim in morem abiisse, quia nemo contradixit. Quòd idem in causis Feudalibus hujus Curiæ eventurum fuisse existimem, nisi vindicem habuissent virum potentem Montis-acuti dominum, & per eum ipsum Principem Ioannem Burgundum, quod suprà ostendi. Enim verò postquam ab Amboisiis ad Flandros hæc ditio abiit, non re solùm ii Principes hìc supremùm dominium exercuerunt; sed id etiam scripto reliquerunt posteris testatum. Et quidem *Maleanus* qui primus hoc dominium ab Amboisiis accepit, *supremum se dominum* inscribit, *sine medio, & absolutum.* Cujus exemplum secuti posteri eodem sunt usi titulo, Inter quos *Ioannes Burgundus* diplomate de caussis Feudalibus se vocat *Dominum supremum, sine medio, & respectu.* Rursum eo diplomate quo *Maximilianus* Cæsar concedit immunitatem à fisco, dicitur *hoc dominium ad limites Flandriæ, in Imperiali solo situm, teneri à Deo merâ proprietate.* Et hujusmodi ferè fuisse priscos Teneræmondæ dominos, ab ultimâ antiquitate inde apparet; quòd non solùm habeât in sua ditione ea signa, quæ ad dominia alicujus notæ & dignitatis requiruntur; qualia sunt Imperium merum, mixtum, & Iurisdictio, Ecclesia Collegiata, Abbatia, Hospitale, forum, urbs mœnita, castrum, sigillum, Telonium, alia dominia feudo data, Iustitiæ concessio, pœnarum etiam capitalium ante & post latam sententiam remissio, jus denique asyli; sed insuper quòd *Principes Teneræmondæ* se inscripserint, omniaque habuerint quæ à Politicis supremi dominii indicia nuncupantur: qualia sunt:

23 *Teneræmonda in quibus Concilio Flandria obnoxia.*

24 *In quibus non.*

25 *Comitis Flandria à quo tempore & qua hic potestas.*

26 *Exempla.*

27 *Priscorum dominicantur quæ hic imperii.*

Lib. 1. cap. 4. num. 153.

Diplom. Ioan. Burg. an. 1419.

Cap. 2. nu 15.

Diplom. anno 1355.

Anno. 1419.

Anno 1420.

Carolus Loyseau tractatu de Dominiis. Vide lib. 1. c. p. 6. nu. 12. & li. 2 cap. 6. num. 7.

28 *Supremi imperii nota prima.*

Primò *jus condendi leges:* quo non est alius effectus magis proprius supremo Imperio, adeò ut Princeps & lex sint quodammodò relativa, quum Princeps sit conditor legis, lex verò opus Principis: quæ publicè & privatim omnes devincit, ut Princeps in omnes & singulos habet Imperium. Condidisse autem leges Teneræmondæ dominos palàm faciùt sanctiones *Roberti*, quas infrà dabo.

Idem cap 1.

Lib 1 cap. 9. num 74.

29 *Secunda.*

Secundò *Institutio magistratuum*, qui sunt vivæ leges, ut leges muti magistratus.

Ibidem.

30 *Tertia.*

Tertiò *arbitrium Pacis & Belli*, cujus quidem ideò nullum exemplum:

Ibidem.

emplum: quia hâc animi moderatione fuerunt priſci hujus urbis domini, ut iis non modò nullum bellum; ſed nè controverſia quidem cum vicinis Brabantis, Flandris, Aloſtenſibus interceſſerit. Suos tamen ſubditos ad militiam devinctos habuiſſe Conventio *Roberti* Advocati cùm Canonicis Cameracenſibus palàm facit, ubi hæc verba: *Et ſciendum quòd hoſpites Eccleſiæ Cameracenſis apud Odenghem debent ire in exercitum domini de Tenremonde, quantum terra de Tenremonde durabit.* Idem diploma ejuſdem *Roberti* teſtatur, donatione Maſminiæ, Calckenæ, & Laernæ, ubi ita legitur: *Si homines mei ibidem manentes, exercitus meos, vel equitaturas non fecerint ſicut debent, vel ad placita mea non venerint, ego pro forefacto tali, ſicut Homines mei judicaverunt, potero pendeare ſuper feodum quod mei homines tenent de me.*

Ibidem.

Quartò ultimum Reſortum. Quòd jus qui habent cenſentur inter ſupremos dominos, etiam ſi ſint vaſſalli; quia eorum ſubditi & Clientes non ſunt obnoxii Tribunali externo. Id autem ita dependet à ſupremo Imperio ut vocetur jus ſupremitatis, ſive, ut expreſſiùs Græci, autocratias: eſtque maximum vinculum ſupremi Imperii, quo adempto indirectè jus condendarum legum tollitur, ceteraque omnia quæ ad ſupremum Imperium ſpectant. Quod in Galliis ſatis olim experti Comites & duces hâc unâ ratione in ordinem redacti. Iudicatum autem hîc olim per arreſtum, antequam in Flandriæ communionem hæc urbs conceſſit, non eſt obſcurum: quia hæc ditio neque Brabantiæ obnoxia, neque Flandriæ; ſed ſui juris ad neutrius Conſilium aut Principem appellavit, aut appellare potuit. & quòd magis *Ioannes Burgundus* id ſatis diſerte innuit diplomate ſuprà laudato, ubi hæc verba: *Pource que celle noſtre ville tenõs exempte de tout reſort*, id eſt: quia hanc noſtram ut bem tenemus exemptam ab omni reſorto. Et centum octuaginta ſex annis ante *Ioannem*, *Robertus* Teneræmondæ dominus gravem multam imponit, *quicumq; judicio Scabini dedixerit*: Si verò aliquis haberet controverſiam cùm Scabino *ad domum Teneramondanam*, id eſt, Curiam feudalem, juſſit referri, aut ad *Scabinos Antverpienſes* non quidem ut Iudices ordinarios; ſed ut arbitros, ut ex legis circumſtantiis liquet: non facturus ſi ſuperiorem Teneræmonda Iudicem habuiſſet. Et quãquam ab uno ſæculo & altero hinc ad Cõſilium Flandriæ provocatũ eſt, tamen in Feudalis Curiæ ſententiis numquam ab antiqua conſuetudine declinatum: donec inſtituto à Carolo pugnace Parlamento hac iri cœptum: cùm

31 *Quæſtio.*

32 *Ultimum reſortum quæſtionis.*

33 *Teneramondenſes habuiſſe argumentum unum.*

34 *Alterum.*

Anno 1419.

35 *Tertium.*

Vide lib. 1. c. 9. num. 74 artt. legum 12. Artt. legũ 28.

36 *Partim ſublatum.*

37 *Tertium non.*

ante

38 *Iudicum feudalium dignitas.*

antè ad Principem iretur. Imò judices hujus Curiæ antiquitus ipſum Principem repræſentaſſe, ex *Ioannis* diplomate ſuprà oſtendimus: quod ſummũ eſt ſupremi imperii indicium quum non civilis tantùm de feudis juriſdictio penes Curiæ noſtræ Feudalis Iudices & ſit & fuerit; ſed Criminalis inſuper: quæ maxima eſt non magiſtratuum modò; ſed & regum poteſtas. Sine illis enim aut extra eorum Curiam nullum hac urbe criminale judicium exercetur. Anno 1418. Cap. 2. nu 15.

39 *Supremi Imperij quinta.*

Denique *monetam cudere*, quæ nexus eſt rerumpubl. & pacis belliq́ue nervus, ſemper eſt habitum ſupremi imperii: præſertim ſi ſuperiora illa acceſſerint. Cujus rei non modò jus habuiſſe antiquos Teneræmondæ dominos; ſed etiamnum cudiſſe, manifeſtum eſt ex diplomate ab Odardo Cameracenſium Præſule Canonicis hujus opidi olim conceſſo: ubi, *pro libertatis memoria* ſtipulatur ſibi dari quotannis *tres Teneræmondenſis monetæ ſolidos*. Carolus Loyſeau de dominiis cap 3. Anno 1108. Vide diploma infra li 3. c. 2. num. 12.

40 *Decima.*

Bodinus duo inſuper addit *Pecuniam imperare: & à ſolo Deo tenere*. Prius illud habuiſſe Teneræmondæ dominos *Amboſii*, cui dotale hoc dominium diploma convincit: quo Senatui concedit poteſtatem exigendi tributi genus quod maltotam vocant. Poſterius verò *Maxæmyliani* laudatum diploma docet ubi hic ſenſus: *Teneræmondam dominium eſſe ſui juris, ſitum in terra Imperiali, idq́; dominum tenere à Deo, merâ proprietate: neque ullo modo eſſe de tenemento Flandriæ*. Et quamquam ex poſterioribus dynaſtis hîc fuit; non aliud tamen illi jus fuiſſe, quàm prioribus conſtat. Neque eſt quod de feudo aliquis objiciat; quum tale antiquitus non fuerit, uti ſolidis conjecturis & rationibus credo probaſſe, & ipſi Principes diplomatibus ſuis ſatis reliquerunt teſtatum. Quod autem jam olim Flandriæ rebus cum auctoritate ſe miſcuerunt, potuit id fuiſſe tum ob alia in Flandriæ Comitatu feuda; tum etiam muneris alicujus hereditarii ratione: quod de *Daniele Teneræmondano* apparet: quem cum *Equitio Flandriæ Majorem* Anſelmus vocat, quod aut de Majore domus aut de Marcſchalco (quæ vox eſt noſtras, & ita ſcribendũ Goropius monet, & etymon convincit) intelligendum, mihi ſuſpicio; quum ſciam duos olim Marcſchalcos Flandriæ hereditarios eſſe ſolere. unde factum putem ut antiquitus etiam cum auctoritate Flandriæ ſe rebus miſcuerint, non autem Brabantiæ, cui tamen æquè vicini. Ex dictis non eſt obſcurum, cur poſtquam ad Flandriæ Comites hæc urbs devenit, & paullatim in Flandriæ communionem, & nomen abiit, *Flandria Proprietaria dici* Anno 1191. Diplom. Philippi boni an. 1455. Chronic. anno 1128. Gigantomachia. Oudegherſte annal. ca. 173.

41 *Septima.*

42 *Teneræmondã à Deo Tenet.*

43 *Cur præſis Dñi Flãdriæ ſit tebus miſcuerint non Brabantiæ.*

44 *Teneræmondã cur Flandria Proprietaria.*

Circa an. 1333

dici cœperit: nempe, quòd soli Comiti obnoxia, quod factum *Maleani* primùm tempore, qui primus Comitum, & Flandriæ & Teneræmondæ dominium junctim possedit. Fuerat quidem ante in Flandrensi familiâ: nempe hereditate *Machtildis Roberti* Teneremõdæ dominî filiæ, quâ *Guido Dãpetra* duxerat; sed antequâ is ad Comitatũ pervenit *Robertus* filius jã aditâ maternâ hereditate, Teneræmondam & re, & titulo possidebat. Idem hîc postquam Flandriæ Comitatu potitus est, transtulit hoc dominium in *Gvlielmum* fratrem (cuijam antè *Guido* pater assignaverat, lege conjugii, cum Adelâ Rodolphi Nigellani filiâ) is autem ad posteros: donec emptione ad Gallum, dono ad *Maleanum* venit: penes cujus successores Flandriæ Comites hactenus mansit, addita Flandriæ, non subdita: quod Philippi boni Belgarum principis non unum diploma manifestum facit.

Archiv. Sviveran. anno 1248.

Anno 1264. Conventione cum Canonicis huius opidi an. 1264. li 3. ca. 7. n 35. Oudegherste Annal. c. 130. Idem ca. 163.

45 *Ex à quo tempore.*

46 *Quis Comitum primus Teneramonda donauit.*

CAPVT V.

An teneræmonda fuerit juris Brabantici: ubi quædam de Lotharicio, & Brabantiæ nomen unde.

Divæus antiq Brabant. li. 1. cap. 2.

TENIM Brabanti sui olim juris ad annum usque CIↃ XXC hoc dominium fuisse contendunt: quæres quum hactenus à plurimis credita, à paucis quæsita, à nemine quod sciam pertractata fuerit, operæ pretium facturus videor, si ab Historiâ & ratione lucem mutuabor. Aiunt illi ex suis Annalibus, in conpensationem opis bello Beltholdico sive Grimbergensi latæ, *Godefridum* Brabantiæ ducem *Alsatio* Flandrorum Comiti *Teneræmondam* assignasse. Dein allegant Nobilitatem Brabanticam à *Philippo bono* huic urbi custodiendæ missam. Tertiò solitum in dubiis controversiis à Senatu Teneræmondano Antverpiam ad Senatum mitti consultandi caussâ, quod vocant *ad caput ire*. Quartò eadem esse Lovanii & Teneræmondæ insignia. Et denique *Remigium* sive *Rengerum Calvum* Teneremondæ dominum à duce *Godefrido* petiisse confirmationem fundationis Canonicorũ à se factæ, non facturum nisi Brabantiæ feudatarius fuisset.

Cap. 11.

1 *Teneræmondã Brabãtici fuisse iuris argumentum primum.*

2 *Secundum.*

3 *Tertium.*

4 *Quartum.*

5 *Quintum.*

Ad primum Brabantorum pace respondeo, donationem illam fictam esse, sive de dominio utili agant, sive de directo. Nam quod ad illud attinet, fieri non potuit; quum eo ipso tempore, &

6 *Respõsio ad 1.*

7 *Brabantidonationem esse fictam, sive*

quæ dominium utile, ab improbitatis.

antè, & pòst, suos hæc ditio habuerit dynastas, quos paullo pòst dabo, ab anno circiter millesimo ad *Maleanum* usque, qui aut mutatione, aut *Philippi Pulchri* munificentiâ ad Flandriæ Comites hoc dominium transtulit. Si verò de dominio directo intelligant; contrà esse censebit, qui ad Flandriam spectasse, etiam ante allegatæ donationis tempus, ditionis hujus Proceres, animadvertet: quum variis bellis præsto fuisse Flandriæ Principi legantur, Brabanto numquam: Ne ipso quidem belli Grimbergensis incendio, quando omnis Brabantia concessit in partes, ubi tamè ob viciniam & loci commoditatem, plurimum in iis fuerit momenti. Nec manu solùm; sed & summis consiliis de rebus Flandriæ cum auctoritate interfuisse, cùm alii tum ille *Daniel* (quem *Majorem Flandriæ* Anselmus abbas vocat) indicio est, qui in deliberatione superreprimenda *Guilielmi Normanni* tyrannide, auctor fuit, vocandi ad Flandriæ Comitatum ipsum *Theodorum Elsatium*, eundem illum, quem à Brabanto hanc ditionem dono accepisse volunt: cui consilio ceteros assensisse, & Historiæ testantur, & rei eventus indicavit; utcumq; renitente *Normanno*, & nequidquam adjutante Brabantorum Principe: qui si directus hujus ditionis dominus fuisset, quid caussæ erat, cur non eam in fiscum redigeret, in quâ tanta opportunitas, & pace & bello, medio inter Brabantos, Flandrosque loco? Saltem occasione absentis apud hostem dynastæ, non magis agro sui Clientis pepercisset; quàm Alostano; quem ferro flammâque populatum ferunt. Imò verò si talis donatio umquam facta esset, quæ poterat oriri controversia inter fratres tanto dignitatis gradu disparatos, si, ut antè dixi, usus, & consuetudo majorum, pro fratre majore, Flandriæ Comite, feudi directo domino stetisset? quâ autem ratione id evenerit, satis suprà quantum potui conjecturis expressi. Et quidem non agere Brabantos de dominio directo, sed de utili, id indicio est, quòd hanc donationem factam dicût, ad liberandum ducem Brabantiæ, à jurandâ clientelâ Comiti Flandriæ: quod disertis verbis illi exprimunt. Cùm enim *Elsatius* sæpius opem tulisset Brabanto graviter periclitâti, ac variis suorum cladibus tæderet plures auxiliarios mittere, ferunt tandem Brabantorum precibus annuisse, eâ lege: ut eorum dux quando ad pubertatem pervenisset, præstaret fidem Comiti Flandriæ, & fateretur se ducatum Brabantiæ ab illo in feudum tenere, quam cõditionem tum à Tutoribus acceptam, *Godefridus* adultâ ætate recusavit: indignum duce ratus, Comiti esse feudatariũ, & Clientelam jurare; sed donationem Teneræmõdæ tutorum promissa

8 Sive quoad directum.

9 Quæ ratio una ab Historia.

10 Altera.

11 Tertia.

12 Quarta.

13 Brabanti an de utili an de directo Dominio agant.

14 Historica series narratio.

Vide cap. 6. num. 4.

Vide lib. 1. cap. 6. n. 149. & 150.

Meyer anno 1096. 1126. 1127 & alib.

Chronic. an. 1113 Meyer an. 1128.

Divæus ll. 2. & Anselmus Abbas anno 1128.

Meyer. anno 1128. Et Divæus lib 2.

Cap. 4. n. 14.

Ibidem nu. 11, 12, 13. &c. Annales Brabant. & Divæus lib. 1. & alii.

Annal. Brabant c. 1. 2. 3 ibid.

promissa compensavit, non recusante scilicet Elsatio. Hæc illi; atque alia longè absurdiora, satis imprudenter, (fortè decepti à vernaculo, fabularum magis quàm Historiæ scriptore, qui primus id commentus sit) credidêre, & aliis credendum ad posteros transmisêre. Credat Iudæus apella, non ego, nec quisquam alicujus naris. Nam quî sit verisimile, *Elsatium* potentissimum Principem, & cui tantum à bellis externis ocium, ut quater in ipsam usque Asiam adversus barbaros exercitum traduxerit, directo jure in totam Brabantiam cessurum, quod illi pacto debebatur, & quò plerique Principum per fas & nefas ruunt, mutatione directi dominii in unum opidum Teneræmondense, non magnum, & exiguam partem agri; quum longè plurima, & optima ditionis pars sit ultra Scaldim, ubi Brabantiæ duci nullum umquam jus. Adde quod Divæus magno oscitantiæ indicio, diligens alioquin Scriptor, nunc *Philippo Elsatio*, nunc *Theodoro* donationem factam scribit: quodq; item anonymus ms.* (in bibliotheca Iusti Harduini) de bello Grimbergensi, neque *Theodori*, neque *Philippi* meminerit; sed omne hoc bellum subsidiis *Balduini* Comitis confectum memoret. Prudentior Dintherus, qui quatuor Brabantiæ ducum à secretis, eâq; ratione omnium hujusmodi arcanorum conscius, nusquam hujus donationis meminit, non omissurus si vel ipse credidisset, vel aliis voluisset esse persuasum. Sed quid tam multis? unus mihi aries supereſt, cujus impulsu omnis adversatiorum munitio concidet. *Grimbergæ dominus* (verba sunt Chronographi Affligemensis ad annum CIↃ CLIX.) *omni auxilio destitutus, à Comite Flandriæ derelictus, cui soli innitebatur cum duce, serò tamen in pacem rediit.* Vides Grimbergæ domino Flandrum studuisse, non Brabanto. Et quidem de hâc narratione quis dubitabit? quum auctor eo ipso tempore vixerit, quo hæc gesta sunt, ut rectè notavit ad Auctarium Affligemense, doctissimus Aubertus Miræus, & ipse Scriptor narratione anni CIↃ C LIII & CIↃ C LIV reliquit testatũ. Eant ergo in malas tenebras, quicumque in posterum illum fictæ donationis fucum addent Historiæ: cui veritas esse anima debet, non commentum.

15 *Quis gravatur.*

16 *De variis illius Dominis argumentum.*

Annal. Brabant c. 31.

Lib. 1. c. 2. l. 9.

17 *Divæi error.*

18 *Anonymi narratio.*

Aub. Miræus vi à Dintheri

19 *Dintherus cur hic tacuit.*

Auctar. Affligem. à Miræo editum.

20 *Hæc fabula penitus explosa.*

Ad Nobilitatem illam Brabanticam quod attinet, neq; Meyerus, neque Annales, neque Chronica Brabantiæ, neque Olivarius de la Marche, cujus ævi auctor & Scriptor ullam mentionem faciunt: quod non erat omittendum, si verum: sed lego, ipsum Principem cum nobilitate aulicâ huc venisse mense Martio, & mansisse ferè ad Inducias belli Gandensis, quæ initæ Iulio proximo

Oliv. de la Marchel. 1. cap. 23. Meyer. an. 1452. ibi dem.

21 *Rejicitur ad II.*

22 *Allegatum. & falsum.*

proximo, & inde Bruxellas profectum, relicto Teneræmondæ & alibi justo præsidio.

23 *Responsio ad iii.*

Quod tertio loco ponitur, nempe Teneræmondanos in dubiis causis Senatum Antverpiensem consulere solitos, (quod malè Appellationem Nicolaus Everhardus vocat) non magis probat hanc urbem fuisse ducatus Brabantici, quàm etiamnum esse. Si enim hac ratione fuisset; adhuc esset: ea namque consuetudo intermissa quidem est, non tamen omissa. Itaque manente causâ effectus maneret. Supersunt enim varia post fictam illam donationem hujus rei exempla, ut ipsi Antverpienses possunt meminisse; & quidem unum recentis adhuc memoriæ, cum cis paucas annorum decades, missi è Senatu duo Antverpiam cum Actuario consultum quid statuendum esset in causa Ioannis de Hooghe, Rei, adhuc superstitis. Quo autem planiùs hanc consuetudinem lector intelligat, visum hîc uno verbo indicare ejus rei modũ. Ante judicandum ubi difficultatem res habebat, ne temerè diriberent, mittebantur è Senatu Antverpiam, qui in frequenti Senatorum consessu dicerent, *hanc vel illam causam coram Scabinis Teneræmondæ controverti, quæ quum ultro citroque variè sit agitata; tam solidis utrimque argumentis, ut dicti Scabini non sint ea prudentiâ, aut sapientiâ, ut potuerint diribere, & certò judicare; se publico jussu ad Senatum Antverpiam missos ad referendum. Itaque rogare ut Senatui placeat de jure respondere, & capitalem suam sententiam exprimere.* Hoc facto scripta communicabãtur, & habitâ super iis deliberatione, non ferebant quidem Antverpiani sententiam; sed eam scripto legatis dabant in Curiâ post reditum edicendam. Cujus quidem rei hujusmodi est formula: *Visis & examinatis iis, quæ coram Scabinis capitalibus delata sunt, habitoq; super iis Iudicio Iuris cõsultorum, mandamus Scabinis hunc in modum diribere, & sententiam effari.* Et re verâ vix id aliud erat quàm hodierna Consultatio, quæ à subalternis Magistratibus fit apud Iurisconsultos, quorum decisio nanciscitur vim sententiæ, etsi ante Iudicis enuntiationem privata tantùm est opinio. Id tamen interesse didici, quòd alterutrâ partium petente, cogebatur Iudex *ad Caput ire*, ut vocant, ubi nempe aut suspectus erat, aut putabatur ignarus causæ; ad Consultos autem Iuris ire non cogitur: quod tamen pæne semper fit ob periculum multæ, si perperam definiatur. Dein non alligatur Iudex sententiæ certi Iurisperiti; à sententia verò Capitali deflectere est nefas. Potissimum autem id usu receptum existimem, antè quàm ad Flandriæ Comites

24 *Consuetudo concedit, Brabantia fuisse negatur.*

Confutio 3.

25 *Ratio.*

26 *Consuetudo explicata.*

27 *Quando recurrendum.*

hæc

Capite 4. n. 31.

hæc ditio devenit: quando sine provocatione Teneræmondæ judicatum est, ut suprà ostendi. Et quia olim ante appellandi usum, non de Partibus damnati apud dominos querebantur, sed de Iudice; quo Senatores sine Suorum invidiâ, minore Partium suspicione, majore suâ securitate, & inconcussâ judiciorum auctoritate, controversa definirent, consultatum iisse credo, non in Brabantiam, neque in Flandriam, ne ad alterutrum Tribunal paullatim traherentur, sed ad urbem Imperialem Antverpiam: sive dominorum arbitrio, sive Senatus primùm electione, sive concessu partium, sive nobili priscis temporibus Senatus Antverpiensis æquitate, ad quem etjam è longinquis Campiniæ locis antiquitus hâc caussâ itum, sive antiquâ sub Marchionatu consuetudine, cujus antiquitus hanc ditionem membrum fuisse nõ cam inficias, seu demum aliâ de caussâ, quo tempore pauci totâ Flandriâ, Brabantiâ, Belgicâ denique universâ, non dicam rerum, sed ne scribendi quidem, aut legendi erant periti. Itaque quod ignorabant, cogebantur ab aliis discere: ne per inscitiam fas, nefasque confunderent, quod ipsum consultandi formula innuit, quam supra dedi. Neque hîc dissimulare ingenui putem, quod à legislatore & domino hujus urbis *Roberto*, adsentiente Senatu olim est decretum, quod in speciem pro Brabantis facit, cujus hæc sunt verba: *Si Dominus Teneræmondensis, vel aliquis alius, contra Scabinos aliquid velit dicere, super aliquâ caussâ; Dominus Teneræmondensis debet eos submonere ad domum suam apud Teneræmondam, vel apud Antverpiam, vel ubi ubicumque Dominus vellet, ubi posset adducere Scabinos de Antverpia, & ibidem debent venire & judicio Scabinorum de Antverpia, Scabini Teneræmondenses possunt convinci.* Vnde temere aliquis existimare queat, Senatum Antverpiensem judicem fuisse inter dominum hujus opidi, & Scabinos, eoque magis inter Domini subditos; sed accuratiùs discipienti liquet honorarium tantùm id arbitrium fuisse, & adsciticium: quod tamen voluntate domini, & Senatus assensu plenæ sententiæ vim habuit, ne aut per vim omnia domino licerẽt, aut Scabini refractarii fierent, & potissimùm ne in infinitum controversiæ traherentur. Imò verò fieri queat ut ab hac sanctione illa consultatio originem habuerit, & exinde Antverpiam sit itum, non in Scabinorum modò causis, quod hîc præcipitur; sed paullatim etiam quibuslibet, non eâdem tamen fine: quia non erat de his lex, ut de illis: sed ût in caussis Scabinorum ad dictos Scabinos definitionis caussâ ex lege ibatur, ita demum etjam in aliis quibuslibet consultationis gratiâ:

28 *Quæ caussa.*

29 *Cur Antverpiam itum.*

Gramaye Campiniæ c. 6.

Vide infra cap. 9 num. 74 Acts. 30

30 *Roberti Teneræmondæ dominat lex.*

31 *Unde objectio.*

32 *Ejus solutio.*

Vide infra cap. 9. n. 74. circulum Robert. inst.

33 *De ejus consuetudinis origine objectum.*

quâ de re postea lex potuit esse lata. Quam illis operam Antverpiani non negarunt, quia in speciem spectabat ad incrementum auctoritatis. Si verò ante id tempus ea consuetudo usitata fuisset, vel illud animo Robertus agitasset; qui varias de judiciis leges tulit, hanc non erat omissurus. Ceterùm quòd ad Curiam Flandriæ nunc est provocatio, nihil impedit dictam consultationem, sive ut Flandricæ formulæ vim exprimam, *Itionem ad caput*: namque in ipsis hujus opidi consuetudinibus ubi ad Flandriæ Concilium conceditur appellatio, hęc etjam *ad Caput eundi* consuetudo jubetur observari. Nunc ut rivum hûc claudam, si neque provocatio ad Curiam Flandriæ, neque cum ea gente communis census, & tributa, hoc dominium Flandriæ membrum faciunt; quod jam antè *Philippi boni* diplomatibus ostendi; multo minùs efficiet dicta consultatio, ut Brabātiæ pars hæc ditio fuerit: quæ si umquam fuisset, quum non omnino omissa sit ea consuetudo, Brabantia certè esse non desineret.

34 *Confirmata.*
35 *An ea consuetudo sublata.*
36 *Iterum argumenti naturam resolvit.*
C. 4. n. 17. 18.

Quoad insignia Teneræmodę cum Lovanienśi urbe communia, præterquam quod responderi queat diversi coloris esse, nā ubi illa alba, hæc rubra sunt, & contrà (quod multum interesse ejus rei periti norunt) hæc ratio refellitur armorum Austriæ, & Lovanii collatione: quæ & re, & colore eadem, nihil tamen efficiunt commune Austriacis & Lovanienśibus: nisi fortè eâdem stirpe ortos velint Archiduces Austriæ & Comites Lovanienses, quod non facit ad hunc rhombum. Dein argumento à pari, sequeretur etjam Betuniam esse juris Brabantici, quum eadem sint Teneræmondæ, & Betuniæ insignia.

37 *Responsio ad IV.*
38 *Austriæ & Lovanii eadem insignia.*
39 *Item Tenræmondæ & Betuniæ.*

Denique quod de Ringoto Calvo adferunt, suíque argumenti auctorem Divæum laudant, somnium merum est: nam toto opere Antiquitatum sive rerum Brabanticarum, qui proprius huic rei locus est, & ubi Teneræmondam ille auctor suæ Brabantiæ conatur asserere, nec omnino usquam in Schædis quæ supersunt in bibliotheca doctissimi Auberti Miræi ejus cōfirmationis meminit. Et quidem quomodo potuit à Brabantiæ Duce confirmationem suæ fundationis *Ringotus* petiisse, quum ille ducatus institutus sit anno CIↃ C VII, *Ringotus* autem obierit anno CIↃ C VI, ut ex ejus Epitaphio & aliàs, abundè constat.

40 *Responsio ad V.*
41 *Argumentū ab horum.*
42 *Negativa ratio.*
43 *Altera à priore.*
Lib. 1 cap 1.
Divæus lib. 2.
Lib. Obitus Ecclesiæ Tenetæ.

Nunc ut breviter sententiam meam aperiam, ubi neque utile Teneræmondæ Dominium, neque directum penes Brabantiæ Duces fuisse ostendi, ne nihil illis videar largiri, dum quæritur num Teneræmunda fuerit juris Brabantici, si tam latè Brabantiam

44 *Controversiæ Conclusio.*

tiam extendant, ut eo nomine censeatur quidquid fuit pagi Bracbantensis, cujus limites Tornacum usque pertinere Sigebertus auctor est, & Brabantici juris facit quidquid est cis Scaldim; concedam Teneræmondam sitam in Brabantia: & eâdem ratione omnem ditionem Alostanam cum magnâ parte urbis Gandavensis, idque ex mente Divæi, qui *Brachbantiam, Bratuspantes, seu pagum Brachbantensem alios olim fines habuisse* fatetur. Et quidem in alterum usq; , id est Flandricum Scaldæ latus, veterem se Brabantiam extendisse in Chronicis D. Bavonis Ludovici Imperatoris diploma testatur: ubi *Monasterium quod dicitur Ganda* (D. Bavonis Gandavi) *situm in pago Brachbantensi.* unde & illud manifestum, non omnia quæ in pago Brachbantensi juris fuisse Lotharingici: paruisse enim ea quæ in latere Flandrico vicario primùm Cæsaris, qui in veteri castro Gandâ, ut dein Comitinovi Castri, quod Othonianum vocant, tam est verisimile, ut multis rationibus non indigeat: quum in confesso sit, quòd *Scaldis fluvius à fonte suo usq; ad mare discernit regnum Lothariense à Comitatu Flandriæ, qui est de regno Franciæ.* Alibi idem Cœnobium *in solo Imperiali* dicitur: non quia in Imperiali Scaldis latere (quod contrà est) sed quia in solo Imperii, ut de totâ Wasiâ, parte ditionis Teneræmondanæ & quatuor Ambactis liquet: quæ etsi in latere Flandrico, Flandriâ tamen non comprehendebantur donatione *Caroli Calvi*, quæ *Balduino ferreo* primo Comiti uxoriæ dotis nomine facta. ea enim *terminos habuit Scaldem, Somonam, & Oceanum.* Quod de Brabantia dixi, etiam de Lotharingia respõdebo: cujus limites Scaldim & Rhenum faciunt, quocirca in Nortgeri Leodiensis Episcopi Epitaphio, Valencenæ ponuntur in Marchia, id est, limite, Franciæ, & Lotharingiæ; quia videlicet mediam eam urbem Scaldis secat, utriusque limes. Itaque Lotharingici etiam juris Teneræmõdam facio, si de veteri limite sit quæstio. Si verò an fuerit Ducatus Brabantici pars, & feudum, & donatione pro hostimento, ad Flandriæ Comites devenerit, quod illi volunt, non priùs concedam, quàm id de Comitatu Alostano, & parte urbis Gandensis ostenderint, & hâc atque superiore dissertatione solutâ, Teneræmondæ Dominum clientelam Brabantiæ Duci præstitisse, vel uno exemplo conprobarint.

At verò quum hîc de Brabantia & Lotharingia sit sermo, non inportunum credo erit, saltem non ingratum antiquitatum studiosis, obiter annotare, quod neque apud Brabantos, neque nostrates Chronographos legere memini, compertum

Ad an. 1059. & Anselm. abbas Affligh. ad an. 1113.

45 *Teneramonda quo modo olim Brabantiæ.*

Lib 7. & Annal Brabant. cap 45.

46 *Brabantiam nunc quam olim angustiorem.*

Chronic. D. Bavonis ad annum 1075.

Archiv. D. Bavonis dip. Joannæ Comitissæ an. 1236.

Meyer an. 1563.

47 *Teneramonda olim Lotharingiæ.*

Henricus Doulieman. triumpho Principp.

48 *Eadem numquam ducatui Brabantici.*

49 *De Lotharicis & Brabantiæ nominis differentiis nova.*

Digitized by Google

cum tamē habeo partim ex M S. Chronicis D. Bavonis, quę mutuo à Clarissimo viro Maxæmyliano Vrientio acceperā, partim ex obseruatione optimi & doctissimi Simonis Kerckhovii, apud quem cùm de hujusmodi deliciis sermo esset, hilarè retuli quod recēs in dictis Chronicis præter opinionē, & oppido quā inexspectatum legeram, *Machtildim viduam Balduini* (Comitis Flādriæ Arnulphi magni filii) *nupsisse Godefrido duci de Eenham: ex qua genuit tres filios Godzilonem ducem, Godefridum, & Herzelonem*, & iterum inscriptione monimenti: *Epitaphium Godefridi ducis Eenhamensis, in Blandinio sepulti.* Cumque dicerem, me hinc trahi in alias suspiciones, commodum ille subjecit: in Eenhamensis cœnobii vicinià rudera quædam superesse, & veteris sacelli parietinas, quod vulgò *Sacellum Lotharicii* vocant, ut & ipsum locum *Lothryck*, id est Lotharii regnum: ab arce credo, aut prætorio ibidem à Lothario structo: quæ res suspicionem meam confirmavit: non quidem ducatum *Eenhamam* fuisse, quod alibi nusquam exstat; sed præ aliis amatum hunc Principibus locum, & primariam ditionis Lotharingicæ fuisse sedem, & inde *Eenhamensem* hunc titulum pro totā ditione poni. Hanc meam suspicionem insignis apud Sigebertum locus confirmauit, cujus hęc sunt verba: *Anno* CIↃ Ⅴ *Mortuo Othone duce, ducatus Lotharingiæ datur Comiti Godefrido, filio Godefridi Ardennensis. Ille duxit Godefridus dictus est Eihamensis. Erat autem Eiham opidum & castrum munitissimum, & sedes principalis ducatus regni Lotharici, qui dux Godefridus duxit Machtildem filiam Hermanni ducis Saxonum, relictam Balduini Comitis: de qua idem Godefridus genuit tres filios, Godefridum, Godzilonem, & Hezcelonem. Hezcelo comes post mortem ducis, castrum Eiham cum provincia Brabantensi suscepit & diu tenuit. Hic enim genuit filium nomine Herimannum, & filiam nomine Berthildem: qui dum adhuc juvenes essent defuncti sunt, & in Ecclesia apud Felsicam sepulti: qui postea multis miraculorum signis claruerunt; sed à Virdunensibus monachis furtivè ablati sunt. Alteram quoque filiam tradidit nuptui Reginero Mantensi Comiti, simul cum tota provincia Brabantensi.* multa hic notatu digna; quæ autem ad rem nostram faciunt, cumprimis hæc: *Godefridum ducem dictum Eihamensem: & Eiham opidum & castrum munitissimum, principalem fuisse sedem regni Lotharici.* Est autem nunc Eenham (veteres *Eiham* & *Iham* dixēre) nobilis ad Scaldam juxta Aldenardam locus: ubi celebrem olim portum fuisse Beatus Rhenanus meminit, cui conformiter Chronographus Cameracēsis, *locus est*, inquit, *super Scaldim fluvium* quem

Ad an. 967.

Sigebert. an. 1005.

50 *Lotharicii regia ubi*

51 *De Eenham suspitio.*

52 *Eadem confirmata.*

Ad an. 1005.

53 *Eenham olim quid.*

54 *Quid nunc.*

55 *Olim portus nobilis.*

Ibidem Chronicon Cameracense. Rerum Germanicarum libr.

quem *dicunt Iham, ubi modernis temporibus honorabilis vir Comes Godefridus & uxor sua Machtildis matrona videlicet memorabilis (erat enim suum prædium suis usibus opportunum) castro quidem munito navigium mercatum, telonium ceteráque negotia statuerunt.* 56 *Castro.* & subjungit: *Infra castrum verò Monasterium in honore sanctæ Mariæ deputatum Canonicis fundaverant; Extra verò Herimannus filius eius duo Monasteria struxit, unum sancto Laurentio, alterum sancto Salvatori.* 57 *Mercatum.* 58 *Monasteria.* Multo ante sancti Fredegandi juxta Antverpiam Monachos relicto Turnino vulgo *Deurne*, quorum Cœnobium Normannicâ rabie eversum ferunt, huc confugisse, & domicilium collocasse, possessiones Eenhamensis Cœnobii, quas olim in agro Antverpiensi & præsertim Turnini habuêre, suspicionem præbent. At verò castrum illud quod dixi, dirutum est à Balduino Barbato Flandriæ Comite, cujus filius Balduinus Pius sive Insulensis ibidem Monasterium condidit, ordinis D. Benedicti quod à loco *Eenhamense* dicitur: cui *tribuit castellum Einham, eádem quâ ipse ab Herimanno Montēsium Comite acceperat libertate: pertinente tamen ejus loci patrocinio ad Comites Flandros.* 59 *Castrum à quo eversum.* 60 *Ibidem Canobium à quo.* 61 *Eenhame Dominus quis.*

Aub. Miræus Origin. c 30. in auctario.

Chronic. D. Bavonis an. 1014. Meyer. an. 1032. Idem a. 1063

Ex eodem aut saltem vicino solo *Brabantiæ* nomen derivare non tam difficile erit, quàm novum. Nam (omissis de Brabone fabulis, quas consentiens omnium doctorum auctoritas jampridem explosit, & acutis solertissimi Goropii allusionibus, qui *Brabant* quasi bravam bandam dici vult, & *Bratisbantium* quasi *Braefsten bant*, id est bravissimam bandam, Latinè fortissimam cohortem) quum receptum sit aut Eenham, aut Brakele (uterq; in Comitatu Alostensi locus est) Brachantū appellatum fuisse; & insimul ejusdem ditionis nomen *Brachantum* esse & *Brabantum* quid impedit corrupto nomine *Brabantiam* à *Brachanto* nuncupari? Præsertim quum antiquitus non *Brabantia*, sed *Brachantum* solere dici, norint omnes qui Historiam patriam. Et quidem quid facilius quàm sive Latino, sive nostrate charactere *b* pro *h* & legere, & scribere? unde primùm error, qui tandem publicus evasit. Eadem est ratio in terra *Brachatensi* & *Brachatensis*: etsi in hac dictione de mendo Sigebertum Divæus suspectū habet cui spuria ea vox visa est; sed malè: quum vel ex Meyero manifestum sit indifferenter *Brachantum* & Brachata dici: & indubitata diplomatum fides convincit. Cui rei idoneæ testes tabulæ Affligemienses: ubi *Henricus Divinâ propitiante clementia Brabantensis patria Comes, & Advocatus*, & alibi sæpius. Potrò terram *Brachantum*, & terram *Brabantum* Synonima esse, quod jam dixi, non ex affinitate modò vocum apparet; sed insuper ex dicto

62 *Brabantiæ nomen unde.*

Gygantomachia.

Oudegherste annal c 39. Meyer anno 1078. & an 1280.

63 *Brachantum & Brabantum Synonima.*

Rerum Brabantic l 1 c. 1. ad ab. 1098.

64 *Divæi error.*

Orig. Miræi cap 41. Inscript. diplom. Godefridi ibidem.

65 *Brachantum & Brabantū Synonima esse probatur.*

D. Bavonis Chronico duo loci convincunt. Prior est hîc: *Balduinus Insulanus terram Aloestensem, & Gerardimontis, & Brabantum terram usque Teneram fluvium, de regno Lothariensi sibi usurpavit.* Alter verò paullò pòst: *Henricus Rex Balduino Insulensi Comiti prædicto, Brachantum terram usque Teneram fluvium, ejus hominio acceptam, in feudum concessit.* Vbi utrobique iisdem de locis agi nemo humanior ignorat. Et si quis putet soli huic Chonographo eum scribendi morem fuisse; legat is diploma Lotharii, quod in archivis Blandinienſibus, ubi *Tdeghem* ponitur *in Brachanto.* Vides etjam hìc *Brachantum* pro *Brœbanto* poni. Sed & universi ille Phœnix, immortalis Lipsius, disertè fatetur, *Brabantiæ* antiquum nomen *Brachantum* esse. Rursum *Brabantense* etjam nomen pro *Brachanto* usurpari, & terrâ *Brachatenſi*, sive *Eenhamia*, ex Sigeberto suprà notum: cujus vel ideo continuam orationis seriem dedi. Ibi *Hezelo Comes, Eiham eũ provincia Brabantensi suscipit, & filiam nuptui tradit cum totâ provinciâ Brabantensi.* Vbi illud *tota* omnem hodiernam *Brabantiam* excludit: quum certum sit, neque Comitatum Lovaniensem, neque Bruxellensem, neque Nivellanum Hezcilonem possedisse; sed terram *Brachatensem* tantùm, atque *Eenhamiam.* Cui rei lucem dabit Meyerus, qui hanc Henzilonis ditionem *terram Brachatensem* vocat, ipsum autem *Henzilonem Eenhamensem:* ut & antè, patrem ejus *Godefridum Eihamensem* dictum Sigebertus meminit. Hæc originatio verior quàm à *Bratuspantibus*: unde aliqui contractè *Brabantiam* deducunt, pro *Bratupantia*; etsi magna est vocis & (olim) populi vicinia, quem Lovanienſibus affinem fuisse historiæ docent. Cur autem *Bratuspantiam* à *Brabantia* alienam putem, ratio est hæc: quòd *Ansfridus Comes Hoyensis, Teysterbandiæ, Bratuspantiæ, & dominus de Holtena, Bratuspantium* fuit comes, quando *Brachantum* à ducibus Lotharingiæ posſidebatur: Paullò pòst autem à Comitibus seorsum, quando ab anno 10 CCCC XCIV ejusdem Ansfridi domo, comitatus *Bratupantium*, & Teysterbandiæ, ad ecclesiam Trajectensem devenerat. Quod autem Ansfridus *Bratupãtium* fuerit comes, eamque ditionem dederit Ecclesiæ Trajectensi, liquet in originibus Miræi, ex scriptore qui Ansfrido æqualis: & insuper ex Sigeberto ad annum 10 CCCC XCVII. Itaque alia ditio *Bratupantia* fuit à *Brachanto*; neque inde hoc nomen deducendum; sed ut dixi à *Brachanto*: præsertim quum ostenderim *Brachantum* & *Brachantum* ejusdem esse notionis. Quocirca nostræ Flandriæ gratari lubet, & *Brachatensis* atque *Eenhama* loci genio, cujus solùm

66 *Brachantum pro Brabante.*

67 *Brabantum pro Brachante.*

68 *Hodiernam Brabantiam extra veterem esse.*

69 *Hîc rei lux.*

70 *Brabantia nomen non est à Bratuspantibus.*

Ad an. 1035.

Ad an. 1057.

Epist. 41 Ubi. lib. ad Belgas

Ad an. 1005.

Ad an. 964.

Ad an. 1005.

Thesaur. rerum Brabant. lib. 7.

Ibidem. Origin. Mirzi cap. 31.

Ibidem.

Ibidem.

Supra nu. 63.

lùm tot proceres olim non incolere solùm dignati sunt; sed & inde tituloruṁ seriem insignire. Sed hæc priùs fuêre: nunc civile imperium Ecclesiastico *Eenhama* mutavit, omissoque superiore titulo, Cœnobium ut dixi, & Abbatem habet: qui illustrium heroum successor, *Eenhamensis* pagi dominio potitur. quæ dignitas nunc est penes amplissimum Brugarum antistitem *Carolum-Philippum de Rodoan*, natalibus, eruditione, virtute illustrem: qui eversum nuper calamitate sæculi Cœnobium ingenti studio, & inpensis, pristino nitori indies restituit. *Lothricii* tamen Ducalem titulum Brabantiæ Principes vetusto de more adhuc inscribunt, imò etjam præscribunt: idque & meritò, & veterum imitatione: quum Brabantiæ titulus demum ab Henrico tertio assumptus sit, ad annum CIↃ CC XLVII. An autem hoc *Lotharicium* ab illo quod dixi, an aliunde, hic non disputo (à Lothario enim esse peritiores norunt) hoc modò dicam: Brabantos jamdiu *Lotharicium* suum quæsiviſse; sed (quod & ipse Divæus in Brabantiæ suæ antiquitatibus fatetur) numquam nisi per somnium designasse.

71 *Eenhama præsens dominus.*

72 *Cœnobium restituit.*

Meyer. ad an. 1247. & Divæus rerum Brabant l. 1. cap. 12. Idem. l. 1. cap. 2. Lib. i. c. 22.

73 *Lotharicium Brabanti frustra quæsitum.*

CAPVT VI.

Domini Teneræmondæ.

POSTQVAM ostendi Dominium hoc liberum esse alodium Imperii, & urbem in solo Imperiali sitam veteri Brabantiæ esse annumeratam; non fuisse tamen umquam Ducatus Brabantici, neq; ejus provinciæ feudum, neque dono Ducis ad Flandros devenisse: Nunc Dominos percensebo, ab ultimâ origine quantum potest. Et ne incerta pro certis obtrudam, omisso Magryptio qui circa annum IↃ CCL vixit, & hanc ditionem tenuisse dicitur (cujus tamẽ Rei nullum usquam reperi vestigium: nam quod de Cœnobio Dickelvennæ structo scriptores meminerunt, id nos non tangit: est enim Dickelvenna Comitatus Aloſtensis) ad eos accingar, qui aut historiarum monimentis, aut fide diplomatum erui potuerunt. Inter quos

1 *Superioris Capitis Compendium.*

2 *Magryptius an Teneramonda dominus.*

Meyer. a. 750

Primus occurrit HAIMO, quem Tungrorum Annales Teneræmondæ Comitem vocant: & circa annum IↃ CCC Vorsiam ejus gentis regiam puellam duxisse ferunt.

3 *Haimo Teneramonda Comes.*

4 *Hugo de Tenremonde.*

Post hunc altum fuit silentium, donec HVGO *de Tenremonde* occurrit, qui anno CIↃ LXI Blandinienſi diplomati ſubſcripſit: ut nobis ſuggeſſit Clariſſimus Ioannes Baptiſta Gramaye.

5 *Aladus de Tenremonde*

Aliquanto poſt vixit ALARDVS *de Tenremonda* ut liquet ex Corbeienſi diplomate, &

6 *Bernerus de Tenremonde.*

BERNERVS *de Tenremonda*, qui cum Aſtrico nepote legitur inter teſtes diplomatis Fulgentii, primi Abbatis Affligemenſis, anno CIↃ XCVI, & denique

Apud Aub. Miræum. In originibus c 17 Meyer, anno 1097.

7 *Daniel de Tenremonde.*

DANIEL *de Tenremonda* qui cum Roberto Flandriæ Comite profectus eſt ad ſacrum bellum.

Horum omnium quis dominus Teneræmondæ fuerit, quum eodem pæne tempore vixerint, incertum; de DANIELE tamen ſuſpicor; quia id nomen huic genti amatum: & ratio annorum non repugnat HVGONIS fuiſſe filium.

8 *Adelwidis Tenremonda domina.*

Sequitur ADELWIDIS, quæ *Ringoto Calvo* ſive *Remigio* Teneræmondæ Dominium dotale attulit. Horum opus creditur ſummum urbis templum, D. Virgini dicatum: vbi ſex Canonicos inſtituerunt. Hic Ringotus idem fuiſſe potuit, qui in Chronicis D. Bavonis *Gandenſis Cœnobii Advocatus* dicitur. Idque eò veriſimilius quòd in ejuſdem Cœnobii Archivis *Machtildis Teneræmondæ domina, & Sigeri Caſtellani Gandenſis majores*, leguntur *poſſedisſe D. Bavonis Advocatiam*. Quin & ipſa Machtildis conventione cum Ioanna Comite Flandriæ, ejuſdem Advocatiæ mentionem facit. Eâdem ratione credo *Philippum Audacem* Comitem Flandriæ Teneræmondæ Dominum inter ceteros Conſervatores Eccleſiæ Sancti Bavonis & bonorum ejus Cœnobii, conſtituiſſe Prætorem Teneræmondenſem. Obiit autem Ringotus anno CIↃ C VI tertio Nonas Octobris. ADELWIDIS verò biennio poſt adhuc fuit ſuperſtes. Vtriuſque epitaphium aut potiùs fragmentum, ut in Scædis doctiſſimi viri Dionyſii Harduini, apud Iuſtum Harduinum nepotem exſtat, hîc dabo:

Diplom. Odardi Epiſc. Camerac. an. 1108 Vide infra num. 16. Angeli Epitaph num. 7. Adam. 1030.

Tabul an. 1281.

Archiv. D Bavonis

9 *Ejus maritus.*

10 *Advocatus D. Bavonis Cœnobium.*

11 *Comitissa potio una.*

12 *Altera.*

13 *Tres.*

14 *Ringoti mors*

Obitus. Eccleſiæ Teneræmondenſis. ad III Non. Oct. Diplom. Odardi 1108.

15 *Quid minimate inſculptum & inſcriptum.*

Duorum (inquit) *effigies ſpectabantur: alterius Equitis, cum inſcriptione ad caput Gothico charactere* REIMGO ... *Alterius autem matronæ herminis ut vocant amictæ, cui adſcriptum nomen* ADELVVID ... *In quadro autem ſaxi hæc legi poterant:*

Munificus prudens fuit, atque pudicus.
Vt David Magnus ... mitis ut agnus.
Inſtituit Chorum l. b ... Canonicorum.

Cetera longo ævo trita legi non poterant.

16 *Tenremondæ Machti di dotalem unde quæſit.*

Fuiſſe autem Teneræmondæ Dominium ADELWIDI dotale, hinc manifeſtum: quòd *illa in ſcuto ſuo præferebat ea inſignia quibus*

bus hæc urbs ab omni memoria utitur, Maritus verò tres oblongos gestabat palos Losſensium armis similes. Hanc cum Sarcophago inſcriptionem etſi antiquitatis gratiâ ſervari æquum erat; tamen ad majorem rei memoriam, & propagandæ tantæ Viri pietati, novum *Ringoto* Monimentum Senatus decrevit: quod è Scædis prudentiſſimi viri Ioannis de Clerck, hujus urbis Actuarii deſcripſi, in hæc verba:

ILLVSTRI AC VERE NOBILI VIRO, AC HEROI,
DOMINO RINGOTO CALVO, 17 *Ringoti veterum Epitaphium.*
CIVITATIS ET TERRITORII TENERÆMONDENSIS Dño,
HVIVS DEO AMANTISSIMI TEMPLI,
AC CANONICORVM FVNDATORI,
CHRISTIANÆ VERÆ PIETATIS,
ET OMNIS HONESTATIS PROPAGATORI:
CVIVS VETVS SEPVLCHRALIS INSCRIPTIO
LONGO PEDVM VSV DETRITA EST,
S. P. Q. TENERÆMONDENSIS,
NOBILIS VIRI MANIBVS,
ET ILLIVS PIISSIMÆ MEMORIÆ DEVOTI,
QVO TAM PRÆCLARA VIRI VIRTVS
POSTERIS PRO DOCVMENTO, ET EXEMPLO FORET
GRATITVDINIS ERGO POSVERVNT. AN CIↃ IↃ LXI.
DECESSIT AB HAC VITA ANNO CIↃ CVI.
SIT SVPER ILLVM PAX DEI.

Meyer. a. 1114 SVccessit DANIEL qui cum Balduino Gandêſi, Galtero Lilarienſi, Regnardo Walnenſi, Theodorico Dicasmudenſi, Richardo Berſtano, Hellino Bochautio, aliisque ad ſexaginta circiter Equitibus Brugas profectus eſt, ulturus Caroli boni cædem, execrabili paricidio à Stratanis in templo perpetratam. Idem ſub Gulielmo Normanno Flandriæ Comite, occupatâ Iprâ Gulielmum Iprenſem quem falſò Caroli boni proditorem Annonius vocat, in poteſtatem ſuam redegit. Tandem verò totâ Flandriâ à Normanno alienatâ, quòd tyrannide potiùs, quàm juſto imperio rem gerebat, auctor ceteris fuit evocâdiad Comitatum Flandriæ Theodorum Alſatium. Hic Meyero ſuccinit Anſelmus Abbas Gemblacenſis, eorum temporum æqualis: *Orta*, inquit, *ſeditione & diſſidio inter Gulielmum Comitem & Morinos, annitentibus Equitio & Danielo Majoribus* (Veriſimiliter Marſchalcis) *Flandriæ, acceſſitur Theodoricus filius Theoderici ducis Alſatiæ, nepos Roberti Comitis Flandriæ ex ſorore Gertrude.*

18 *Daniel Tenerem. Dominus*

19 *Vitus ædem Canib Tenerem.*

Idem 1127. & Oudegherſe annal. cap. 70 c. 30. Meyer. an. 1128.

20 *Gulielmum Iprenſem capit.*

Chronic. an. 1128.

21 *Ibi Flandria Alſatis datur*

22 *Ejus elogium*

Hic *Daniel* elogio Meyeri *Vir prudentissimus* vocatur. Filios

23 *Liberi.*

habuit *VValterum, Balduinum, & Danielem.* Eodem tempore vixit *Lauretta de Teneramonda.*

Ad an. 1118. Diplom. VValteri filii apud tolinem Gyartium.

24 VValterus *Teneram. Dominus.*

Patris hereditatem adiit VVALTERVS. Hic admodum beneficus fuit in Affligemenses. In donationis diplomate vocatur *Advocatus Teneramondenſis*, & rursum: *Dominus Teneramondenſis*: facitque mentionem patris sui *Danielis*. Idem confirmavit Affligemenſibus *alodium, quod eis dederat VValterus van Holten apud Curtelo*, adsentientibus *Balduino*, & *Daniele fratribus*. Ibidem inter testes citatur *Theodoricus de Tenremonda*, cui matrem fuisse lego *Laurettam de Tenremonde*, quæ *Abbatiæ Affligemenſi Eleemoſynam conceſſit pro anniverſario ſuo & Theodorici filii*. Eo in diplomate hac inscriptione utitur: VVALTERVS *Dei miſericordiâ Advocatus de Tenremonde* obiit an. CIↃ C LXXIII.

Apud cumdem

Meyer anno 1173.

25 *Ejus inſcriptio*

26 *Frater.*

27 Theodor. de Tenremonde

28 *Ejus mater.*

29 VValteri *altera inſcriptio*

Illum excepit filius VVALTERVS, qui confirmavit Affligemenſibus patris donationem, quoad ea quæ sita in Belle, in diplomate inscribit se, *Principem & Dominum de Teneramonde*. Ibidem patrem vocat VVALTERVM. Vxorē habuit ADELISAM, cujus hoc exstat in Blandinio diploma: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Ego* ADELISA *uxor domini* VVALTERI *de Teneramonda, Notum fieri Volo tam præſentibus, quàm futuris, me pro remedio & ſalute animæ meæ, & prædeceſſorum meorum, fratribus S. Petri Gandavi Deo ſervientibus, conceſsiſse ut omnia ad prædictos fratres pertinentia liberè, ſine omni exactione thelonei in terra de Tenremonde partis illius quæ me contingit, ſive terrâ, ſive navigio, habeant tranſitum. Vt ergo donatio mea rata permaneat & inconvulſa, præſentem paginam ſigilli mei appenſione, & teſtium ſubſcriptione roboravi. Sigillū Rodolphi Capellani mei, Signum Bertoldi filii mei, Signum Balduini de Rameſdōck, S. Ioannis fratris ejus, S. Danielis filii VValteri de Tenremonde, S. Theodorici de Tenremonde. Machtildis Advocata.* Tempus & locus quo hæc acta nusquam erat. Hæc ad verbum inſerui, ut suspicioni occurram, quę oriri queat ex his verbis *partis illius quæ me contingit*. Vnde aliquis credat partito hanc ditionem possessam esse, sed credibile est viduam fuisse VVALTERI (ut etiam in diplomate Odardi de quo infrà, *Adelwidis uxor Ringoti* ponitur pro Vidua) & intelligenda ea verba de usufructu ADELISÆ assignato: idq; eò est verisimilius quòd *Machtildis* quæ diplomati subscripsit paullò pòst cum marito de integro dictæ Abbatiæ immunitatem est largita. Hanc secundis nuptiis VVALTERO junctam inde cōjicio, quòd etsi filium haberet *Bertholdum*, non is tamen *VValtero* succesſerit;

Dipl. a. 1176. Apud Ioannē Gevart.

31 *Ejus inſcriptio*

32 *Ejus conjux.*

33 *Hujus diplom.*

34 *Quando data conjux ejus.*

Infra lib. 2. c. 2. num. 11.

35 *Secundum ni fiſſi conjugi eam eſſuit.*

rit; sed *Machtildis*: quod secus fuisset: Nam quum *VValterus* non conjugis dote; sed cum hereditate paterna Teneræmondæ Dominiū adierit, si filius *VValteri Bertholdus* fuisset, statim ab ipsius morte accepisset hanc ditionem, quę Machtildi obvenit. Quod autem hujus *VValteri* uxorem *Adelisam* facio, non superioris; caussa est, quòd hæc filium vocet *Bertholdum*. *VValteri* certè meminisset, si superioris fuisset uxor. Dein quia *Machtildis*, quæ *VValtero* successit diplomati subscripsit, & Chirographo suo velut confirmavit. Porrò *Danielem* illum qui inter diplomatis testes memoratur, fratrem fuisse credo superioris *VValteri*, quem habuisse fratrem *Danielem* nomine supra dixi: *Theodorum* verò filium *Laurettæ*, cujus etjam antè memini. Illud denique in subscriptione diplomatis hîc notare visum; tanti superiorum temporū Dynastas Sacellanos suos feciſſe, ut etjā filiis præponerēt: quū nunc, magno sęculi opprobrio, etjā inferioris notę nobiles nō pluris suos sacrificos faciāt, quàm reliquos familiæ ministros.

36 *Machtildis quæ inter testes quos fit.*

37 *Daniel ibidem quos.*

38 *Et Theodericus*

39 *Aliud ibidem singulare.*

Oudegherste Annal c. 79. Defectu prolis masculæ MACHTILDIS jā indeà Philippi Alsatii ævo, ante annū CIↃ C XC II hîc Imperium nacta est: quæ an filia *VValteri* fuerit neque negare ausim, neque asserere, nam in dubiis Scepticus sum, & alios esse sino. Hęc *Gulielmo* septimo *Atrebatensium Advocato Betuniæ Domino* nupsit. Huic *Gulielmo* agnomen *le Rous* Meyerus tribuit: eumque cum Balduino Comite in Græciam profectum refert. Filius fuit Walteri quantum colligo ex libro Obituum hîc ad D. Virginis, ubi ad *Sextum Idus Ianuarii* legitur, *VValterus sextus Advocatus an.* CIↃ CC X. ut ad *decimū nonū Cal. Maii* Wilhelmus *septimus Advocat. a.* CIↃ CC XIV. Fratrem habuit Ioannem Betunium, qui tertius fuit eo nomine Cameracensium Præsul: & Bertholomæum, qui etjam prædictā expeditione Balduinum Comitem secutus est. Hoc Conjugio conjunctæ primò Teneræmonda, & Betunia: ante hoc enim tempus neminem Teneræmondensium Videas uti titulo Betuniæ, nec contrà. Quin & ipsa *Machtildis* à morte mariti nusquam se Betuniæ Dominam dicit; sed Teneræmondæ tantùm. Dein ab hoc fortè tempore sua insignia Betunii à Teneræmondanis mutuati sunt, quæ Teneræmondensis familiæ fuisse, vel ante annum CIↃ C manifestum est ex inscriptione sepulchrali *Ringoti* & *Adelwidis*, quam suprà dedi: ubi hodierna Teneræmondę insignia *Adelwidi* tribuuntur: & quod vel solum fidem adstruat; eadem in fornice turris ecclesiæ Teneræmondensis visuntur, non picta solùm; sed saxo incisa: quod qui cominus, dum hæc scriberem, viderunt, retulere. Structa est autem illa turris, aut à

Ita obitus. ecclesiæ Teneræmondensis. Anno. 1214

Archiv Ecclesiæ Teneræmond. an. 1147

Meyer. a 1203

40 *Machtildis Domina.*

41 *A quo scripta*

42 *Ejus mariti*

43 *Cujus filiæ*

44 *Ejus fratres.*

45 *Teneræmonda & Betunia quando titulo vsæ.*

46 *Betunia insignia unde.*

Num. 16.

Rengoto

Rengoto Teneræmōdæ domino (qui in eâ ecclesiâ Canonicos instituit, obiitq; an. CIↃ CVI) aut multò antè. Betuniæ autem insignia âlia ab his hodiernis vidisse memini, variis diplomatibus Roberti Betunii, Guidonis Soceri, cum hac inscriptione: *Secretum Roberti de Betune.* Archiv. Syrivecan. & Tuscheebeke.

47 *Veræ insignia de Betunia insignia.*

Vtriusque autem opidi hodierna insignia sunt Fascia rubra, in scuto argenteo: de quâ multa Symbolicè, Doctissimus meo judicio Belgarum fui ævi, Ioannes Goropius Becanus, in explicatione vocis nostræ Bandt, id est fascia & vinculum; cujus inter cetera hæc verba decerpsi:

48 *De fascia Goropii disputatio.*

Quum fascia sit vinculum ad hominum membra confirmanda necessarium, majores nostri insigni prudentiâ fasciam unionis & potentiæ inde pendentis signum esse voluerunt. Hinc banda (id est fascia, nostris *bãdt*) *pro Vexillo militari, non ut simplici signo portari cœpit; sed ita ut nihil esset magis hieroglyphicum. Notabatur enim eo, omnes debere esse colligatos vinculo amico, & hominis membra confirmante, non secus atque infantis tenelli artus vinciuntur, ad robur consequendũ. Hoc nimirum ille voluit, qui sagittas colligatas filiis frangendas dedit, quas cum frangere sic nequirent; rursus dedit singulas, quas facillimè fregerunt. Sicut enim concordia parvæ res maximas vires sibi comparant; ita discordiâ maximæ quoque vires franguntur. Fascia igitur, quam nostri bandam vocant, pri'cum nostris fuit signum militare, quo omnium animi ad unionem & concordiam strictè arctèq; retinendam moverentur. Vidimus hactenus puerorum, vexillà è longis fasciis constare; qualia veterum fuisse cogitandum. Posterior ætas multas fascias consuit: fortasis ut significaret, non unam se ducere potentiam, non unum robur: sed multa: & non angustam habere se potentiam; sed longè latéque dominantem. Iamquoniam unio & colligatio hominum, principes & supremas vires habet, atque ea fascia significabatur; translatum est Symbolum ad summam & regiam potentiam denotandam si fascia candida caput cingeret. & sicut potestas regia omnium est antiquissima, ita ab antiquissima gente* (Cimmeriis) *traxit originem.* Et paullò pòst. *Ex eodem fonte manavit illud, quod in omnibus sacris vittis sive fasciis, tum victimas, tum aras, tum sacerdotes ornarent: significantes omnem potestatem à superis orandam: & eo solo nos salvos esse posse, si potestati divinæ nostra potestas alligetur. Fatebantur igitur hâc testurâ se agnoscere omnium rerum potestatem apud illum esse, cui sacra Fidei deberent.*

Hactenus de fasciâ, armorum nostræ urbis occasione. Quia verò quibusdam dubium est, quid *Advocati* nomine designetur; visum hîc annotare, quod adverti præter Romanam priscam significationem, quæ in Comœdiis obvia, & insuper vulgarem,

49 *De Advocati natione annotatio.*

quæ

quæ nunc Iurisconsultis tribuitur, id nomen aliquando poni pro Domino: ut suprà, ubi *Walterus* se inscribit *Teneræmondæ Advocatum*, & alibi sæpius. Insuper pro tutore pupillorum: item pro defensore, & conservatore. Nam legi conjuncta *Avouë mambour & gardien du pais de Liege*. Id est, Advocatus, tutor, & Conservator ditionis Leodicensis. Sic *Theodericus Alsatius Flandriæ Comes suscipit in suam Advocatiam, & protectionem Canobium Tronciniense*. Et rursum: *Vetat ejus Canobii Advocatiam penes alium esse, quàm Comitem Flandriæ, aut eum qui Walsiæ Dominium Comitis beneficio possidebit*. Et denique pro Primate. Ita apud Marchantiū. *Arcem* (inquit) *Teruanæ ab Arnulpho Avoæo, hoc est urbis Primate, adversus sacerdotis libertatem exstructam diruit*. Quum verò aliquibus sit persuasum Advocatos hos Atrebatenses, Dominos Atrebati fuisse; ne quis in eumdem lapidem inpingat, paucis videat statum Atrebatesii. Hæc ditio Flandriæ olim conjuncta fuit, dote Iudithæ Caroli Calvi Imperatoris, & Galliæ Regis filiæ, cum Balduino ferreo: mansitque ad Philippum Alsatium; qui dote Isabellæ, Margaretæ sororis suæ filiæ, eam transtulit ad Philippum secūdum Ludovici septimi filium. Tandem Philippus augustus Atrebatesium in Comitatum erexit, anno CIↃ C XCVIII, ut Aemylio placet, ut Iperio CIↃ C XIX. Alii id S. Ludovico tribuunt, faciuntque primum Comitem Robertum S. Ludovici fratrem anno quadragesimo quinto post Isabellæ sponsalia, nempe salutis humanæ CIↃ CC XXXVI. Quod ex tabulis Pacis Peronensis verisimilius. Itaque mansit ea regio à Flandris avulsa; donec conjugio Ludovici Crescіaci, cum Margaretâ à Franciâ, Philippi longi filiâ, Machtildis Atrebatensis herede, ad Maleanum rediit: discreto tamen titulo, & corpore. Unde apparet Dominos illos Betuniæ, Atrebatenses Advocatos, non Dominos Atrebati fuisse; sed defensores, atque Primates: aut (ut aliis videtur) Dominos ditionis Allevæ, & Itinerum limitaneorum circa Atrebatum: quod munus in Clientela Abbatum D. Vedasti possidebant. Etsi tenuius id videtur, quàm ut tantillæ dignitatis munus præfigatur ceteris titulis propriarum urbium. Hoc enim modo ubique legitur: N. *Atrebatensis Advocatus Betuniæ & Teneræmondæ Dominus*. Sed ut à diverticulo ad viam redeamus; Hic *Guilelmus* cum conjuge dedit Abbatiæ Blandiniensi immunitatem à telonco. De quare quod ibidem supereſt diploma, cùm piorum dynastarum memoriæ, tum ob insignem præ ceteris ejus ævi scriptis elegantiam, hîc insero:

Archiv. Abbatiæ.

Meyer. anno 1142.

Vita Theod. Alsatii.

Meyer. a. 961.

50 *Advocati Atrebatenses ea Atrebati Domini.*

Ejus sponsalia an. 1179. nuptiæ 1180. Meyer.

51 *Atrebatis quando à Flandria avulsa.*

Lib. 6. Hist. Oudegherste c. 109. & Meyer an. 1236. Ibidem. Oudegherste c. 91. & Meyer an. 1199. Idem 1236. & Rer. in Flandr. Tom. 10.

52 *Quando in Comitum Flandriæ ditionem redacta.*

53 *Quomodo ad Flandros redierit.*

54 *Advocati Atrebat. quales fuerint.*

Marchant. vit. Guidonis & Oudegherste annal. cap. 113.

55 *Guilelmus & Machtildis diploma Blandiniense.*

E In

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Quæ aguntur in tempore, cum tempore dilabuntur, & transeunt; & humanos actus obivio innata demolitur: sola verò negotia literis signata, & earum mancipata custodiæ, subsistunt, & à sua stabilitate inconcussa non discedunt. Ea propter ego VVILLELMVS *de Betunia, dominus de Tenremonde, &* MATHILDIS *uxor mea, tam posteris, quàm præsentibus notum fieri volumus: quod pro salute & remedio animarum nostrarum, simul & prædecessorum nostrorum, Ecclesiæ S. Petri in Gandavo concessimus, & firmiter tam à nobis, quàm à successoribus nostris volumus observari, ut omnia ad prænominatã Ecclesiam, vel ad usus fratrum in ea commorantium, pertinentia, qualicumq; modo sive terrâ, sive navigio per terram nostram transeãt, absque teloneo, & Vienagio, & omni exactione, liberè transire permittantur. Ne igitur quæ bono zelo ordinata sunt, iniquorum malignitas in posterum dissolvat; donationem nostram prædictæ ecclesiæ, intuitu illius concessam, apud quem nullum bonum irremuneratum, nullum malum permanet impunitum, sigilli nostri appensione, & testium subscriptione roboravimus. S. Roberti Decani de Bella. VVilhelmi Capellani S. Ioannis & Henrici Canonicorum. S. VValteri de Sottinghem. S. Rasonis de Gavera S VValteri de Bella. S. VValteri Tali S Bauduini de Gandavo. S. Simonis de Vaernewyck. S. Bauduini Advocati de S. Bavone. Actum anno dominicæ Incarnationis mil-*

56 *lesimo, cẽtesimo, nonagesimo tertio.* At verò de hac Abbatia ne quẽ Sigebertus malè intellectus abducat: monẽdus hîc paucis lector.

De antiquitate Blandinien. & Canobii & Bavonensis controversia.

Scribit ille: *anno* IↃ C VIII. *in Castro Gandæ Ecclesiam ædificatã.* Paullo post: *Anno* IↃ C X *Blandinium* (inquit) *Monasterium ædificatur in Gandavo.* Unde aliquibus persuasum, recentiorem Abbatiam Blandinien sem esse Bavonicâ; sed malè: utrobique quidem illud Sigeberti verum est: Nam de Blandinio fidem facit versus Chronographici qui ibidem leguntur in hæc verba:

In sexcenteno deno fundavit Amandus
Anno Blandinium patronum dans ibi Petrum.
Rexit Florbertus, dotavit rex Dagobertus.

Et quod de Ecclesia in castro Gandæ adfertur, itidem ejus Monasterii Chronica confirmant, ubi hæc verba: *Ecclesia Gandensis, quæ nunc dicitur sancti Bavonis, fundata fuit olim à sancto Amando Anno* IↃ C VIII. Sed ad rei lucem observandum quod ibidem habetur: *Congregatis autem ibidem cultoribus, primò Clericis, deinde Monachis, Abbatem eis præposuit nomine Florbertum.* Et conformiter in officio de sanctis Ecclesiæ Cathedralis D. Bavonis Gandavi: *Divus Amandus in Ecclesia Gandensi, quam opibus*

Ad an. 944.

Die quinta infra Octav. S. Bavonis Lect. 4.

præsipuè

præcipuè B. Bavonis fundaverat, non monachos initio, sed Clericos sæculares simul viventes constituit. Cùm autem illi à primæva sua sanctimonia degenerare, & licentiùs vivere inciperent; amotis illis, Monachos ibidem instituti beati Benedicti collocavit: Dato illis Abbate Florberto, raræ pietatis viro: qui primus utriusque simul Monasterii D. Petri Gandensis & Blandinensis curam, & administrationem gessit. quod anno IↃ C XVIII evenisse ex Chronico Castri, & Cœnobii S. Bavonis Dionysius Harduinus notavit, translatis inde in sua Analecta his verbis: *Anno* IↃ C XVIII *beatus Amandus in Ecclesia Gandæ amotis Clericis catervam monachorum aggregavit, quibus præfecit abbatem venerabilem virum Florbertū, vir tutibus & sanctâ religione decoratum.* Itaque non hîc à prima origine monachi; sed sacerdotes sæculares, & aliquanto pòst monachi: quibus datus Abbas Florbertus, qui quidem fuit primus utriusque Cœnobii Abbas, quod variè liquet; sed jam inde ab initio Blandinensibus ipse D. Amandus præfuerat. quod etjam prædictum Chronicon testatur; ubi legitur, quod *B. Amandus rexit Blandinium ad annum* IↃ C XVIII *quo etjam ad D. Bavonis monachos instituit: ac tunc utrique Monasterio Florbertum proposuit.* Vt igitur origine Ecclesia D. Bavonis Blandinio est antiquior: ita Abbatia illa, abbatiâ Blandinensi est posterior. 57 *Supera, notra denuo.*

Obiit autem prædictus GVLIELMVS anno CIↃ CC XIII ut notat Meyerus: ut autem liber obituum hîc ad D. Virginis CIↃ CC XIV X Cal. Maii. Relictâ MACHTILDI viduâ & quinque liberis, *Roberto* (quem etjam *Fougardum, & Focardum* Scriptores vocant) *Daniele* (quem aliqui Roberto præferūt) *Ioanne, Gulielmo*, & filia *Machtildi*. Eo mortuo Ludovicus Galliæ Regis filius (qui pòst inter Cælites à Bonifacio octavo est relatus) Betuniam occupavit, quam tamen MACHTILDI, ad pubertatem Danielis servandam tradidit. Hanc narrationem aliter texit Meyerus. Danielem Roberti filium ratus, qui est frater. quod erroneum esse ipsius Danielis literæ convincunt: quibus *dat Roberto fratri terras de Roosenbeke:* & aliæ quibus se *Advocatum Arebatensem* vocat, *& Betuniæ Dominum*: facitq; mentionem *Roberti, Ioannis, & Gulielmi*, quos *fratres* vocat. Dein si filius Roberti fuisset, ea ditio morte Danielis non abiisset inverso naturæ ordine ad Robertum patrem; sed ad sororem Machtildim. Ex liberis GVLIELMI & MACHTILDIS *Daniel Betunius* sive ætatis privilegio, sive regis favore paternam hereditatem adiit: habuitque uxorem Eustachiam Castellionensem, in qua familiâ per ea tempora erat Comitatus sancti Paulli. Hic Ludovicū Regem

Ad an. 1213. 58 Gulielmi mors. 59 Eius liberi. Marchant. vita Guidō. Massæus ad anno 1176. Meyer. anno 1213. Idem a. 1297. Ad an. 1213. Apud Iustum Harduinum. 60 Meyer error. Meyer. a 1213 Vetus diplō Meyer. a. 1213 Idem a. 1216. 61 Daniel Betunius Dominus. 62 Ejus uxor.

Digitized by Google

63 Mort. Anglicana expeditione secutus, quindecim Equestris Ordinis viros secum duxit. Obiit autem circa annum CIↃ CC XXVIII, superstite uxore sine liberis, unde ad Robertū fratrem ea hereditas devenit. Gulielmus Betunius Molenbecæ fuit Dominus.

64 Gulielmus Molenbeca dominus. Hic legitur inter testes tabularū, quibus Ferdinandus, & Ioāna Comites Flandriæ balfardum, numariam servitutem Francorū bus remittunt, anno CIↃ CC XL. Vir fuit militaris, *Eques longe probatissimus* Meyero dictus. Uxorem duxit Isabellam Pontis-Rorardi Dominam, à qua multis cum lacrymis elatum ferūt. Is Matris institutionem Cistercienſis Abbatię confirmavit. Præter alias expeditiones fratrem Robertum secutus est sacro bello in Stadenses, invisum Hæreticorum genus. Idem cum uxore *dedit Abbatiæ Troncinienſi jus suum in Bekeughem, Herkenghem, & Herneghem, tam in decimis, quàm in nummis, avenis, & aliis rebus: ut possideant in æternum libere & quiete: Actū a.* CIↃ CC XXV I. Illud quoad Rekeghem iteravit anno sequente, *pro salute* inquit *meæ, uxoris, & filiorum. Datum in domo apud Pontem-Rorardi*

65 Isa. uxor. Oudegherste annal c.101

Ad an. 1243. Tabul a. 1222 Meyer a. 1233 & Oudegherste cap. 109. Archiv. Abbatiæ.

66 Rbith. *anno* CIↃ CC XXVII. Liberos habuit Ægidium Molenbecæ Dominum, qui cum Patre Margaretæ Amitæ majoris donationes Swivecanæ Abbatię confirmavit: & Gulielmum Pōtis-Rorardi Dominum: qui uxorem duxit Beatricem Hebuternæ Dominam. Hic struxit Cœnobium Victorinarum ad Pōtem-Rorardi

Archiv. Swivec. tab. anni 1232.

67 Ben. pores in agro Furnensi. Liberos reliquit Ioannem Dominum Vendeulæ, & Hebuternæ: & filiam quæ nupsit Vice-Comiti Furnēsi & Neoporti. Ille autem uxorem habuit Ioannam Castellionensem, & ex ea filium Ioannem: qui ductâ Ioannâ de Brienne multos reliquit posteros, quorum longa series variè se diffudit. Inter eos numeratur Robertus Betunius Vicecomes Meldensis, dñs de Vendeul; Rumst, & Falny: qui bello Gandensi sub Maleano Præfectus erat Arienſis. Fratrem habuit Ioannem, conjugem Isabellam Ghistellanam, Ghistellæ, Inghel-monstri, Arnæ Pōtis-Vendini, Reyghers-vliet, & Thelonei Brugensis dominam.

Meyer. 1191. Froffard. l 2. cap. 156. Amelg. Gail. lardi.

68 Ioannes Gualsi. Ioannes MACHTILDIS filius (aliis Iacobus) obiit Abbas Aquicinctēsis. Machtildis autem ejus soror, quæ cū fratre Roberto, & Gulielmo etiam inter testes memoratur fundationis Swivecanæ, nupsit Ghilberto Sotteghemio Rasseghemi Domino, habuitque in dotem Calkenam & Laernam (pagos ditionis Teneræmondanæ, & Masminiam in Comitatu Alostēsi. Hic Ghilbertus Robertum, & Gulielmum uxoris fratres comitatus legitur dictâ in Stadenses hæreticos expeditione. Idem cū Michaële Boulario, Rolando de Hassebroeck, & Arnoldo Aldenardensi con-

69 Machtildis Gualsa. 70 Ejus maritus. 71 Dominus.

Archiv Swivec. tab. anni 1223. Dipl. Roberti anno 1228 Meyer. an. & Oudegherste cap. 109. Idem c. 107. anno 1228.

controversiam sopivit, quæ inter Ferdinandum Flandriæ Comitem & Gandenses, de novando Senatu, summis utrimque studiis agitata. Liberos reliquit Gerardum, Ghilbertum, Robertũ, & Machtildem: quos duobus locis archiva Swivecana suggerũt. Prior est tabulis *Margaretæ nobilis mulieris, Dominæ de VVoume, quibus dat Abbatissæ & conventui de Swiveke prope Teneræmondam ordinis Cisterciensis ad anniversarium suum, & Ioannis filii xxx solidos Flãdrensis Monetæ annuatim*, ubi testes donationis: *nobilis mulier de Raßeghem Machtildis, filius suus Gerardus de Sottenghem dominus de Raßenghem, frater suus dominus Robertus, soror prædictorum Nobilium Domicella de Raßenghem Machtildis, Actũ apud Sweveke anno domini* CIↃ CC XLV. Alter verò ubi Robertus de Rassenghem, mente & corpore sanus, testamentum condit, & fratrem suum Ghilbertum ex asse heredem instituit anno CIↃCC LXXI. Inter illos maximum natu Gerardum fuisse ibidem diploma docet, quo *Machtildis domina de Raßenghem per consensum dilecti filii sui senioris Gerardi, concessit Abbatiæ & Cõventui de Swiveke pro anniversario suo & Ghilberti mariti, bonæ memoriæ, quoddam pratũ situm in palude S. Odulphi, quod ipsa emit propriis denariis tunc temporis dum exstitit domicella. Actum anno* CIↃ CC XLIII. Hunc ad annum CIↃ CC LVI superstitem fuisse in tabulis Leonii de A memoria. Liberos reliquit Gerardum Rassenghemi dominum, cui uxor [a] Maria [b] (alibi Aëlphis) Gulielmi Liedekercæ domini filia, & heres: Ghilbertum, & Hugonem; qui [c] fratris tabulas, de clientelari arcis Liedekercanæ possessione, confirmarunt anno CIↃ CCC XXII. Porrò Ghilbertus superioris Gerardi frater, Ghilberti & Machtildis filius, etjam filium reliquit Gerardum Masminiæ dominum. Hujus memoria supereſt in codice Swivecano: ubi Aviæ suæ, Masminiæ dominæ donationem confirmat anno CIↃ CCC XXXII. Uxorem habuit Elisabetham Maldeghemiam. Vtriusque Epitaphium apud Gaillardum hoc deprehendi.

71 Lib.

Archiv. swivecan. & Oudegherſte c. p. 146. & ibidem c. 134.

73 Xenius.

ibidem c. 146.

Septimo die mensis Maii obiit Gerardus de Raßeghem, dñs de Masmines, miles, cujus anima per Domini misericordiam requiescat in pace. amen. anno CIↃ CCC XXXVIII.

Decima Ianuarii obiit domina Elisabeth de Maldeghem, domina de Eecke, & de VVeßeghem: uxor quondam domini Gerardi de Masmines, Militis, Orate pro anima ejus. anno CIↃ CCC XXVI.

Gerardi gentilitia insignia erant *Dixmude, Axele, Masseme, Nevele.* Unde liceat existimare quàm difficile sit in Genealogiis semper inssenso ire pede. Gerardus ejus pater nũc Sotteghemium se inscripsit, nũc Rasseghemium. Hic Rasseghemius primò vocatur, inde in Epigraphe uxoria *de Masmines*, & tamen ex familiarum enumeratione Dixmudanæ stirpis paternum genus esse apparet, nisi nomina inverso ordine scripta sint, quod suspicor: Masminiæ certè gentis insignia, & hunc & patrem & auum gestasse in variis sigillis ipse vidi. Uxoris autem consanguineæ gentes erant hæ *Maldeghem, Rode, Ghistele, Reyghers-vliet*, Conditi sunt Masminiæ in ditione Alostanâ, qui tamen pagus inter clientelas Curiæ feudalis Teneræmondanæ recensetur. Filium habuere Gerardum (qui nunc *Rasseghemius* vocatur, nunc *Masminius*, Masminiæ Dominum. Hic primus est quem Laernæ titulo usum deprehendi, idque iis tabulis quibus, *præsentibus Ludovico Namurcensi, Dño Ghistellæ, domino Pratensi, Burghgravio Dixmudæ, domino Vvostinæ & Nevele, domino Poucceæ, domino Gerardo Rasseghemio, domino Ioanne Insulensi*, &c. *promittit pro se & suis heredibus Comiti Flandriæ, ejusq; successoribus Flandriæ Comitibus, eorumq; hominibus, Principis diploma aut literas ferentibus, suæ arcis Laernæ copiam facere, eumq; & ejus delegatos, sive armati sint, sive inermes in prædictam arcem admittere, quotiescumque à dicto Comite ejusq; heredibus requisitum fuerit. Actum Gandavi* VIII *Septemb. anno* CIↃ CCC LXII. Uxorem habuit Catharinam *Maldeghemiam* Philippi Maldeghemii equitis, Maldeghemi, Grimbergæ, Mocsecæ, Hayeghemi, & Leyschotæ domini, & Elisabethæ Maldeghemiæ Ackoyæ dominæ sororem; filiam Philippi Maldeghemii, & Mariæ de Grimbergis, cujus dote Berleghemi dominiũ accepit. Liberos reliquit Walravium Masminiæ & Berleghemi dominum & Claram Masminiam: quæ primum Sigero Cortracẽsi; dein Philippo Erpæ domino nupta est; & Ioannem Masminium Calkenę dominum, de quibus infrà: obiit autem prædictus Ghilbertus Rasseghemi dominus relictâ Machtildi viduâ, circa annum CIↃ CC XXXVIII: quo hæc dedit *Monialibus Swivecanis pro remedio animæ Ghilberti mariti, pratum in palude S. Odolphi*: quod ratum habuit Gerardus filius, Rasseghemi dominus. Præter hos MACHTILDIS liberos quos dedi, eâ ætate vixerunt duæ ejus sorores, Margareta, prolixâ suâ in Abbatiam Swivecanam munificentiâ illustris, ubi etiam num vitam cælebs transegit. Et altera Gulielmo de Grimbergis Ascæ domino nupta. Huic Adelisæ, Agneti, Antoniæ, aut simile

Archiv Sviviec. tab. anni 1246. ibid a. 1256.

74 Erepanu.

Archiv Præpositurę Tuscenbeke Tab a. 1261. Analect Gaglardi.

ibidem.

75 Ejusq; posteri.

Lib 3. cap 8. num. 126.

76 Margareta de Tenremonde Machtildis domina fecit.

Vide l. 2. c. 6. num. 6.

77 Hf. altera eiusdem qui nupta

simile nomen fuisse suspicor ex tabulis Svvivecanis ubi *G. de Grimbergis, & A. uxor concedunt VVinagium de Rumst prædilectæ sorori domicellæ Margaretæ de Tenremonde pro quadraginta libris Handricis, quas eidem ex justo debito debebant, donec has prælibatas quadraginta libras totaliter & perfectè persolverint. Datum apud Rumst anno Domini* CIↃ CC XXV. Eumdem Robertus dominæ MACHTILDIS filius, *Dominum dilectum avunculum suum* vocat diplomate anni CIↃ CC XXXVIII. Fratrem fuisse existimem Gerardi de Grimbergis, Grimbergæ & Ninovæ domini, ex iis tabulis quibus hic cum conjuge Agnete concedit Abbatiæ Tronciniëli immunitatem à Theloneo quas signavit *Gulielmus de Grimbergis Gerardi frater anno* CIↃ CC XIX. Unde & illud consentaneum, fratrem habuisse Arnoldum (nam is Gerardo fuit frater) qui uxorem habuit Sophiam Castellanam Bruxellensem (alteris nuptiis conjugem Leonii vander A) unde nati Arnoldus de Grimbergis & Oda, quæ nupta est Waltero de Grimbergis, & iterum Sigero de Gandavo equiti: & insuper Patrem habuisse Gerardum de Grimbergis, Grimbergæ & Ninovæ dominum, matrem Machtildem, avum Gerardum, qui Theodori Alsatii ævo *in Suburbanis suis* (verba sunt diplomatis) *Abbatiam in honore S. Dei Genitricis semperq; Virginis Mariæ, & sanctorū martyrū Cornelii & Cypriani ob suam suorumq; salutem instituit*. Filiū Gulielmus reliquit Gulielmum, qui cum patre & avunculo Roberto Margaretæ materteræ suæ donationes Swivecanis virginibus cōfirmavit. Hūc à Guidone Flandriæ Comite Opdorpæ dominium (quod nunc V. N. Theodorus Liefveltius, Belgicus Maro, possidet) accepisse, donationis diploma docet: quod à V. N. Adriano de Marselaere nuper accepi, in hæc verba:

Archiv. Svvivec.

Archiv. Abbatiæ.

Dipl. Gerardi Archiv. svvivic. tab an. 1210. Ibidem tab. an. 1210. & 1237 Archiv Niniv. dip. Gerardi. Theod Alsat. 1142.

Dipl. a. 1238. Archiv. Svvivec.

78 *Ejus filius.*

79 *Nepos.*

Guido Comes Flandriæ universis præsentes literas inspecturis salutem. Noverit universitas vestra, quod nos dilecto & fideli nostro VVilhelmo de Grimberghes, domino de Aske, & heredibus suis post ipsum, pro fideli suo servitio quod nobis multoties impendit, dedimus in augmentū feudi sui quod de de nobis tenet, quidquid habemus apud Hupdorpe, tam in hominibus, quàm hospitibus, redditibus, decimis, sive aliis quibuscumque rebus, cum omni justitia alta, & bassa, liberè à nobis, & nostris heredibus Comitibus Flandriæ tenendum in perpetuum, & habendum. In cujus rei testimonium præsentes literas nostro sigillo fecimus roborari. Datum apud VVarneston, anno Domini mill. simo ducentesimo quinquagesimo octavo, die Iovis post diem Pentheostes, mense Maio.

Hic Gulielmus heredem habuit Robertum de Grimbergis Ascæ-

Aſcæ dominum, cui conjux fuit Maria de Bergis. Vtriuſq; tabulas apud prædictum V. N. de Marſſelare inveni, ex quibus ad verbum hæc habe:

Robertus de Grimbergis dominus de Aſca, cum Mariâ uxore, dederunt ob remedium animarum ſuarum, & animarum patrum, & matrum, prædeceſſorum q̃, ac amicorum ſuorum, totalem decimam ſuam quam habebant, vel quocumque modo poſtmodum habere poterant apud Opdorp; cum omni jure quod illis in eam competiit, viris religioſis Abbati, & Conventui Monaſterii loci S. Bernardi, Ciſtercienſis ordinis, Cameracenſis diœceſis, in veram, & puram eleemoſynam, donatione inter vivos: & vendiderunt iiſdem quintum manipulum in eodem pago; nihil retinentes, excepto alto Dominio Iuſticiæ ſuæ. Actum anno domini milleſimo, ducenteſimo, nonageſimo ſecundo.

Mortuâ Mariâ, alteram Robertus duxit Iſabellam Belcerſem (ita deplomate Svvivecano, ad an. CIↃ CCC VII: ubi dicitur *uxor nobilis viri Roberti, domini de Aſca*) quâ defunctâ, tertiam adſcivit Mariam Barbançoniam, quæ anno CIↃ CCC XXXV cum
80 *Prænpt.* liberis, marito fuit ſuperſtes. Inter hos fuit Robertus; cujus tabulæ exſtât in codice Svvivecano, datæ anno CIↃ CCC XCII. Hunc
81 *Ex ipſo quæ ſſim.* vixit toto quinquennio pòſt vixiſſe, certa fides ex Ioannis filii ejus tabulis, qui *Grimbergenſi* nomine omiſſo, *Aſcanum* ſe inſcribit, anno CIↃ CCC XCVII. Eum Aſcæ dominum Gaillardus vocat; & anno CIↃ CCCC VIII hereditatem adiiſſe Margaretæ van Mevverve, conjugis Dancardi Boſſard.. *Ibidem. Ibidem. Ibid. tab. an. 1448.*

82 *Inghelrammus de Tenremõde.* Vixit inſuper ejuſdem MACHTILDIS tempore Inghelrammus de Tenremonda, qui Virginibus Svvivecanis liberum per Scaldam tranſitum dedit, cujus tractum in feudum tenebat, approbante poſtea Roberto, rogatu ipſius Inghelrammi dum viveret, & ab ejus morte etjam heredum. Prædictum Scaldis feudum ab Inghelrammo per filiæ conjugium, aut aliàs, devolutum eſt ad Andream de Grimbergis, qui virginibus Wæſmonſteranis conceſſit immunitatem à teloneo, quod ratione tranſitus per dictum flumen eſſet pendendum. *Abbatiæ archiva. Archiv. Svvivec. d. pl. m. anno 1213. Lib. 1, cap. 6.*

83 *Machildis domina obiit.* Obiit autem prædicta MACHTILDIS, poſt quàm fundaſſet in ſuâ ditione Hoſpitale D. Ægidio ſacratum: quod paullò pòſt convertit in Abbatiam Ciſtercienſem (de qua fuſius infrà) anno ſalutis humanæ CIↃ CC XXIV.

Hujus quæ in Archivis Flandriæ exſtat Cõventio cum Joanna Comitiſſa Flandriæ ſuper ſervis & albinis & hominibus Advocatiæ hîc viſum dare.

Iou MAHAVS *Dame de Terremõde fons ſcavoir, à tous ceulx qui ces*

ces lettres verront, que tiex est la convenance entre moy & Madame la Comtesse de Flandre & de Haynout, dendroit la terre d'Alost & Terremonde: que li uns ni peut cachier serf, ne aubaine, ne homme d'Avoërie, ne ancele, de demaine à l'aultre; mais es fiefs le peut il cachir, & fuir: & leur homme les suiront par tout la où il souloient. Et c'est assavoir dëdroit l'Avoerie de S. Bavon de Gand, que le remaint en autel point, comme elle fut au temps, que li Cuens Baudouing tenoit c'este coustume envers l'avoë Villem. Et chou doit estre sceu par le loyal enqueste de Monsieur Bernard de Morsele. C'este convenãce doit estre tenue, se li Cuens n'est encontre, quoad il iert issus de prison: Et à ce quil s'accort doit Madame la Contesse metter tout le conseil quelle pora en bonne foy. Et se el Conte defalloit ains quil issist de prison: li convenance doit estre tenue, ainsi quelle est devisee Donné à Coertray l'an M CC XXI. *lendemain de la Magdalene.*

Hæc eo magis ad verbum pono, ut eliciam aliorum interpretationem, commodiorem fortassis meâ: quam ut eumque assequi datum, ita habe:

Ego Machtildis *Domina Tenremonda, notum facio omnibus præsentes literas visuris, quòd talis est conventio inter me & dominam Comitissam Flandriæ & Hannoniæ, circa terram de Alost & Tenremonde: quòd neutra potest vestigare & sequi servos, neque alibinos, nec hominem Advocatiæ, nec ancillam, de uno Dominio in alterum; sed in feudis potest vestigare & sequi, & earum homines sequentur ubicumque solebant. Et est sciendum, quoad Advocatiam D. Bavonis Gandensis, quod remanet eo modo, quo fuit eo tempore quo Comes Balduinus servabat hanc consuetudinem erga Advocatum Vilhelmũ: idq; debebit reciri per fidam inquisitionem domini Bernardi Morselani. Hæc conventio debet servari, si Comes non contradicat quando erit egressus è carcere & ut assentiatur debet domina Comitissa adhibere omne consilium bonâ fide. Et si Comes moriatur ante quàm sit liber à carcere; conventio debet servari ut scripta est. Datum Cortraci anno domini millesimo ducentesimo vigesimo primo.*

84 Robertus Tenerr dominus.

Mortuâ matre ROBERTVS Betunius Teneræmondæ Dominium accepit. Hic vir fuit gnavus, manu ac linguâ juxtà promptus, & probatâ in Ferdinandum Flandriæ Comitem fide: quod non uno loco testãtur Annales. Et quidem cùm Ferdinandum totâ Flandriâ cedere Philippus Galliæ rex mandaret, quod cum ceteris Regni Proceribus bello Anglico adesse recusasset, nisi Ariam & fanum Audomari dolo ablatas redderet; atq; ille suis in Gallum viribus diffidens, qui jam ante instructo in Anglum exercitu, in Flandriâ vi, & dolo grassabatur, legatos in Angliam

Mat. 1210. 1213.

85 Ejus probata in Ferdinandum Flandr. Com. fides, &

86 Varia gesta.

 desti-

destinaret de acceptis injuriis, & auxilio acturos; inter alios hûc Robertũ misit: qui legationis caput, ita sui Principis rem egit, ut allectis in fœdus Anglis jũctis viribus in Gallos sit pugnatum. quare non immeritò in Annalibus nostris *Prudentis & diserti* elogio celebratur. Anglorum accessu victę & depressæ aliquot naves Gallicæ. Postea verò cùm à nostris fortiùs quàm felciùs pugnatur, multis captis, multis cæsis, nullâ victoriæ fiducià, exiguâ vitæ; alii huc, illuc, Robertus Neoportum fugit: cujus opidi præfecturam cum quadraginta Equitibus Flandris statim accepit. Exinde ejectis totâ Flandriâ Gallis, cùm rex dolore amens novis copiis Flandriæ imminueret, atque adeò extrema minaretur & tamen captis everſisque Insulis, & Casleto nullâ aliâ re gestâ, domum rediisset; Ferdinandus in Angliam trajecturus ROBERTVM Zantvicum præmisit, ipse cum aliis secuturus. Inde cùm subsequente vere rediisset; *conjunctis sibi* ut Meyerus ait *Gulielmo Salisberiensi, Reginaldo Bononico, Hugone Bobâ, & ROBERTO Betuniensi*, res magnas in Flandria & contra Regis confœderatos in Brabantia gessit. Hanc Principis fælicitatem cum Othone quarto Cęsare fœdus interrupit. Namque cùm prœlio Bovinensi virtuti fortunâ non respondet, & Ferdinandus & ROBERTVS & cum iis plurimi Flandricarum partium Proceres viri in hostiũ potestatem pervenêre. Huic prœlio alios item Betuniæ stirpis interfuisse Meyerus indicat: ubi summo nostratiũ encomio, *Hellinus* inquit *Senes callu, Raso de Gaverâ cum tribus filiis florentissimis adolescentibus, Philippus, Petrusq; Maldeghemensis, Ghistellani præterea, & Betunienses, & Haveskercani, cum reliqua nobilitate, quantâ virtute, quibus dexteris rem gesserint, quæq; facinora fecerint, quis facile scripserit?* nisi per Betunienses intelligat eos, quibus Robertus Betunius præfuit. Enimvero postquam è carcere gallico Robertus rediit, multa matris acta confirmavit. Quâ defunctâ ejus ut dixi hereditatem

87 adiit, seque *Militem de Betunia* inscripsit, *Teneræmondæ Dominum*: donec Daniele fratre sine liberis exstincto, adscito paternę

88 ditionis titulo *Advocatum se Atrebatensem, Betuniæ, & Teneræmondæ Dominum* nuncupavit. Quo titulo primùm usus est anno CIↃ CC XXVIII. Quantum quidem ex codice Svvivecano potui conjicere: ubi ad annum usque CIↃ CC XXVII. *Miles de Betunia* dicitur *Teneræmondæ Dominus*. Pacatis autem per Gallum rebus, ad constituendam hanc Rempublicam animum adjecit:

89 Itaque & leges dedit, quæ hîc adhuc vigent, quarum exemplar

90 suo loco subjiciam: & pomœrium protulisse creditur. His rebus inten-

Meyer. ann. 1213.

Ibidem.

Ibidem.

Idem A. 1214.

Archiv. Svvivec.

Ibidem.

87 Simi prior inscriptio.

88 Idem altera.

89 Leges hujus opidi dedit.

90 Pomœrium auxit.

Anno 1215. Lib. 1 c. 9. Vide 1 r. c. 2. Meyer. a. 1233

Oudegherste cap 169 Archiv. Syvitec. lib. 2. c. 6.

intentum denuo belli tempestas abripuit, in Stadenses hæreticos: quò Margaretæ Flandriæ Comitissæ auspiciis profectum memorant: unde redux multa in pios usus erogavit, non in matris solum Abbatiam munificus; quod infrà docebo, sed in externa item Cœnobia: quorum multis immunitatem concessit à vienagiis & teloniis, & inter cetera Abbatiæ Trõcinienſi anno CIↃ CC XXXV: cujus hîc præ ceteris memini, ut hac occasione errorem quemdam detegam, cujus generis multos in scripta irrepere necesse est, eorum præsertim, qui ex historiis historias concinnant, sine subsidio diplomatum, & archivorũ, unde certissima scriptori & lux, & fides: quæ tamen omnia videre non est unius. Scribit in suâ Alosto Vir clarissimus Iacobus Marchantius. *Neq; silentio prætereuntur Alosti Comites Iwani duò, alter quod Canonicos Regulares Trõcinii anno* CIↃ C XXXVII *in Præmonstratenses Monachos converterit: alter quem Gandensem nominant, quòd Laurentiam Theodori Alsatii Flandriæ Comitis filiam duxerit: ex quo matrimonio ortus Theodoricus postremus*, &c. Hic Iwanum ille Scriptor, accuratus alioquin, ut apud Plautum Mercurius, Sosiam, ex uno geminum facit: ut satis ex Meyero liquet ad annum CIↃ C XL & CIↃ C XLIV, & ejus Cœnobii Archiva convincunt, ubi *Iwanus de Gand ad usum fratrum Troncinienſis Ecclesiæ libere tradit Allodium in villa dicta Burst, & plura bona in Wasia, & pago Flandrensi, accedente uxoris suæ Laurettæ filiæ Theodorici Comitis, cui quæcumque suæ possessionis erant in dotem dederat, gratuitâ concessione, & devotâ petitione.* Id & alter locus, illustris sanè præ aliis adstruit: quem hîc addâ ut unâ fidelià quod dicitur duos dealbem parietes. Nam & ad institutum facit, & ad Historiæ lucem, ubi aliàs magnæ tenebræ. Locus est diplomate dicti Alsatii: *Igitur Theodoricus*, inquit, *Iwani de Alost, & Laurettæ sororis meæ filius, ab hac luce moriendo subtractus, cùm naturæ debitũ solvisset, ac mihi præcipuè tum propinquitate cognationis, tum potestate meæ dominationis, de animâ ac terrâ ipsius ordinare incumberet; terra enim illius in manus meas devenerat, exstipulatione dotis Sorori meæ à patre ejus domino Iwano olim factæ; Ecclesiam Troncinienſem cujus idem Theodoricus Advocatus fuerat, in meam Advocatiam ac defensionem susipient, eam chariùs amplecti, & bona in sustentationem fratrum ejusdem Ecclesiæ collata diligẽtiùs cõservare, & etiam mea donatione ampliare curavi.* Vides collatione utriusq; loci Iwanum illum qui Canonicos Troncinii in monachos cõvertit (erat enim Troncinii dominus, eamq; ditionem aliquanto antè Balduinus Gandensis à Roberto Frisio acceperat) maritum

Abbatiæ. Archiv.

Meyer a. 1012

Anno 1166

91 *Ejus pietas.*

92 *Canobia Troncinense quod consistat.*

93 *Ejus occasione errasse in Historia de Iwano Alostensi error.*

94 *Et alter de successione Comitatus Alostensi.*

Commentar. de Flandria lib. 1.

Amphitr. Act. 1.

Diplomate an. 1139 de eodem Meyer ad an. 1137.

tum fuisse Laurettæ filiæ Theodorici Comitis Flandriæ, eumdemque filium reliquisse Theodoricum Aloftensem, & insuper quâ ratione Comitatum Aloftensem Alsatius adierit? quod nõ usqueadeo in Historiis obviũ. Nũc ut ad ROBERTVM redeam, eum obiisse ferunt, anno CIↃ CC XLVIII; quo anno pridie D. Martini & Svvivecanæ, & Bavonensi Abbatiæ legavit pro anniversario certos redditus: in quorum altero diplomate *Datum* inquit *apud Cales in Sardania pridie D. Martini an.* CIↃ CC XLVIII. Uxorem habuit Isabellam de Moriaymes: ut sigillum ejus habet, quod in archivis Svvivecanis ipse vidi. Hanc malè Teneræmõdæ Dominam putavit Meyerus. Ex eâ filiam sustulit Machtildim. Sunt qui alteram adjiciãt Steenlandæ domino nuptam; sed de hac, nihil habeo certi.

95 Roberti obitus.

96 Uxor.

97 Liberi.

Archiv. Bavon. Rob. diplom. an. 1245. n. 1300, & Flandr. rerum tom. 5 Idem a. 1251.

Roberto successit MACHTILDIS (quam Danielis filiam malè Guicciardinus facit) hanc per vim raptam, ut memorant (ut ille sexus injuriæ est obnoxius, & facilis capi) duxit Guido Gulielmi Dampetræ, & Margaretæ Flandriæ Comitissæ filius. At verò Petrus Oudegherste diligentissimus Flandricarum rerum scriptor, nullâ de vi factâ mentione, *Pauco pòst tempore*, inquit *quàm Margareta Comes Parisiis rediit, ubi fuerat ad præstandum clientelam, conclusum fuit, & confirmatum conjugium Guidonis, secundi filii Comitis Margaretæ Flandrensis, & Dominæ Machtildis, filiæ Roberti Advocati Atrebatensis Betuniæ & Teneræmondæ domini: fueruntq; nuptiæ celebratæ valde solenniter, in opido Betuntensi.* Acta hæc anno CIↃ CC XLIV. Hæc Machtildis aviti & paterni exempli in Svvivecanas memor, pòst varias donationes, tandem mortem cum vitâ mutavit, absente bello sacro conjuge, ut Annales nostri memorant. Mihi autem aliquod vestigium, ex quodam Guidonis diplomate, pòst mariti ex Syria reditum (si tamẽ ad eam expeditionem fratrem Gulielmũ comitatus est) MACHTILDIM obiisse. Ejus diplomatis hoc est initium: *Guido Atrebatensis Advocatus Betuniæ & Teneræmondæ dominus, & Machtildis uxor ejus, & heres terræ prædictæ.* Inibi exaratus erat annus 123. Hic si nihil peccatũ nisi omissione unius characteris atithmetici; ausim scribere 1253, & eo anno superstitem fuisse. Alius enim numerus iste hic nõ quadrat: nam an. 1243 & multò pòst MACHTILDIS patrem vixisse; anno autem 1263 Guidonem alteram jam conjugem Isabellam Luceburgicam habuisse constat. Pro me facit Oudegherste, qui anno CIↃ CC LIX obiisse refert. Humatam Meyerus credit Betuniæ; sed falli Gaillardi Collectanea monent: ubi Flinis in sacello juxta Chorum Abbatiæ

98 Machtildis Domina.

99 Guicciardini error.

100 Ejus maritus.

Descript. Betuniæ. Meyer a 1304. annal. c. 118.

101 Nuptiæ ubi & quando.

102 Mori

103 De tempore disquisitio.

Archiv. Svvivec. Meyer. ad an. 1254. Idem a. 1243. Archiv Ecclesiæ Teneræmõd.

Vide suprà num 95. Meyer. anno 1261. Annal. c. 116. Ad a. 1304.

104 Ubi humata.

105 Meyeri error.

batiæ conditam dicit (quo etiam in sacello Guido monimentum habet cum hac Epigraphe:

Hic jacet Guido Comes Flandriæ: obiit anno CIↃ CCC IV.)

& fidem facit descriptâ Mausolei inscriptione: 106 *Guidonis Epitaph.*

107 *Machtild. Epitaph.*

Hic jacet sepulta piæ recordationis Domina MACHTILDE, *dicta de Betune, Comitissa Flandriæ, Advocata Betuniæ, & domina Teneræmondæ, uxor illustrissimi Principis Guidonis Flandriæ Comitis, filii Dominæ Margaretæ Flandriæ & Hannoniæ Comitissæ, hujus monasterii fundatricis: quæ quidem Domina* MACHTILDIS *obiit circa annum Domini* CIↃ CC LXIV *undecimâ mensis Novembris.*

Hanc Epigraphen multo tempore post mortem positam dictio *circa* indicat. Peperit autem hæc MACHTILDIS Guidoni liberos decem (Meyerus & Marchantius novem scribunt decem enumerant) Robertum, Gulielmum, Balduinū, Ioannem, Philippum, Margaretam, Mariam, Beatricem, Ioannam, & Machtildem: ex quibus Balduinus immaturâ morte sublatus quiescit Brugis apud Franciscanos. Ioannes cognomento Bonus & Baudelonensis ex D. Donatiani Brugis & D. Petri Insulis Præposito factus Metensium, dein Leodicensium Antistes, conditus est Flinis in choro. Philippus est literis & armis clarus: uxorem in Italia duxit Machtildem Cortenayam, Laurettæ Thiettæque Comitissam, cum dote mille librarum Turonensium quotannis: conciliantibus eas nuptias Guidone patre, & Carolo Siciliæ & Neapolis rege cui sæpe præclaris factis virtutem suam probarat. Illi ad id conjugium dedit Guido pater annuas mille libras Parisienses monetæ Flandricę: quo mortuo Robertus fratri assignavit ter mille & quingentas libras, super reditibus suis Bergis, Furnis, & alibi. Hic tanto amore Patriæ flagravit, ut Patre gallicâ perfidiâ in carcerem conjecto, & laborante jam de libertate Flandriâ, relictis omnibus quæ à Carolo in Italia acceperat, huc properarit, comitante uxore Machtilde; ubi tanto favore exceptus est, ut unanimi omnium consensu, totius Flandriæ administratio illi sit delata. quo in munere ita se gessit, ut superatis Gallorum tegnis, & prælio Pabulano acie fuso Philippo rege, convulsâque Flammulâ, decantato illo Gallorum signo, ex antiquo gentis ritu, pacem Patriæ

108 *Liberi.*

Ad an 1304. Vita Guidonis.

109 *Meyeri error.*

Meyer. ad an 1304. 1 ibidem. Ibidem.

110 *Balduinus.*

111 *Ioannes.*

Oudegherste cap. 1. 6.

112 *Philippus.*

113 *Ejus uxor.*

Meyer. ad an 1304. Oudegherste c. 126. 2. 1284 Annales. Flandrini. Meyer 2. 1295 Idem 2. 1301 & Oudegherste cap 140.

114 *Ejus in patriam amor.*

Meyer. anno 1304.

115 *Virtus militaris.*

fratribus libertatem, sibi æternum decus compararit. Itaque rebus bene gestis, & Repub. constitutâ, tandem in Italiam ad sua rediit: ubi triennio pòst, mense novembri decessit sine liberis, sepultus Neapoli. Oudegherste filiũ illi tribuit Henricũ Flãdrensem; sed eum Guidonis fuisse Meyerus tradit. Margareta Ioãni Brabantiæ duci nupta, peperit Ioãnem, Godefridũ, Margaretam, & Mariam. Maria (quam Scriptorum plerique omittunt) Amedeo Sabaudiæ Comiti data. Beatrix primùm Hugonis Castellionensi Sanpaulo Comiti juncta: ex quo Ioannem cognomento Teneræmondanum, dein Florentio Hollandiæ Comiti (in aucupio à suis cæso) ex quo Theodorum, Florentiũ, Gulielmum, Othonem, Ioannem, Beatricem, Machtildim, & Margaretam sustulit. Ioanna maritum habuit Gulielmum Iuliæ Comitem, quem Brabantiæ ducis factione Aquisgrani occisum ferunt. Machtildis Blesensis Comitis fuit uxor.

116 *Obitus.*
117 *Margareta.*
118 *Maria.*
119 *cætera.*
120 *Ioanna.*
121 *Machtildis.*
122 *Robertus de eodem.*

ROBERTVS *Dampetra* maximus natu matri successit: qui mortuâ priore conjuge Blancâ Caroli Andegavensis Siciliæ regis filia (quę humata est an. 1268. 17. Iulii) & paullò pòst ductâ Iolantide Odonis (aliis sed malè Roberti) Burgũdiæ ducis, & Isabellæ Nivernensis filiâ, à dotali regione *Comitem* se *Nivernẽsem* inscripsit, *Betuniæ & Teneræmondæ dominum*. Hic prædictũ Carolum Ludovici Galliæ regis fratrem, in Italiam secutus, de Manfredo, in Flandrorum acie cæso (Picardos Collenetius vocat) triumphavit, ætatis anno XVIII. suis illum manibus Manfredum mactasse Oudegherste memoriæ tradidit. Postmodum ad Comitatum Flandriæ pervenit.

123 *Ejus uxores.*
124 *Inscriptio.*
125 *De Manfredo triumphus.*
126 *Idem post Comes Flandr.*

GVLIELMVS *Dampetra* secundus natu, à morte patris, æstimatione factâ, & urbis & agri, Teneræmondæ dominium accepit, quam Pater vivus patrimonii loco illi addixerat: Unde in Historiis *Teneræmondanus* appellatur. Hic Adelam Rodolphi Nigellani Equitum magistri, & Flandriæ pro Gallo præfidis (qui tandem prælio Cortraceno cũ plurimâ Galliæ nobilitate, & florentissimo Christiani orbis exercitu, à plebe Flandrica cęsus) unicam heredem uxorem duxit: Ob quam affinitatem Gãdenses dicto prœlio Rodolphum servassent; nisi pòst tantam suorum cladem noluisset esse superstes. Hoc conjugio Gulielmus Nigellæ dynastiâ, & vicecomitatu Castri Dinensis familiam auxit. Idem lectus fuit arbiter cum Roberto fratre, Hugone Castellionensi, & Guidone Comite S. Pauli, inter Guidonem Flandriæ, & Robertum Artesiæ Comitem in controversiâ de finibus Flandriæ, & Artesiæ: Idq; circa annum CIↃ CC XCVI.

127 *Gulielmus dominus.*
128 *Ejus uxor.*
129 *Inter quos arbiter.*

Annal. c. 154.

an 1304. & 1317.

Ibidem. Oudegherste cap 119. Meyer. an. 1304 & Marchant. vita Guidonis Meyer. an. 1301. Idem a. 1304.

Ibidem. Meyer. anno 1277. Idem an. 1304

Meyer. an. 1263. & an. 1321. Gaillart Meyer. a. 1270 Idem. ad an. 1322. Archiv. Sviv. vec. diplom. an. 1170 Meyer. anno 1265 Histor. Neapol. lib. 4. Annal. c. 118. Meyer. a 1305

Tab. an. 1308 Oudegherste cap. 130. Meyer. 1304.

Idem a 1301. Idem a. 1300

Idem a. 1301.

Ibidem.

Meyer. anno 1301.

Oudegherste Annal. c. 131.

Ali-

Aliquanto post patrem Guidonem pactis conventus Rodenburgici fisum in Gallias secutus, cum eo, & fratre Roberto, & frequenti insuper nobilitate, in carcerem conjectus est: ubi etjamnum patre Flandriam revisente mansit obses; donec tandem libertati restitutus est lege Pacis (quam *fœdus iniquitatis vocant*, ob iniquas Flandriæ conditiones) quam tamen coactus est cum conjuge confirmare. Inter hunc & Robertum Flandriæ Comitem, mota ea quæstio, cujus suprà memini: *An Territorium Teneræmondense Flandriæ sit feudum*: cujus rei etjam Oudegherste meminit. Ceterùm hoc modo tituli est usus: *Guilielmus Flandrensis Nigellæ & Teneræmondæ dominus.* Obiisse circa annum CIↃ CCC XII, id indicio est, quòd adhuc vixisse cognoscitur; anno CIↃ CCC XI: quo legavit Cœnobio Swivecano, ex reditibus in Uyt-berghen, octo libras, octo Solidos, octo denarios Parisienses. Mortuum verò fuisse anno sequente; planum, quum videamus ejus filium Gulielmum usum titulo Teneræmondæ. Filios habuit, Gulielmum, Ioannem, Guidonem, quibus omnibus à maternâ ditione *Nigellanum* cognomẽ fuit; & tres insuper filias. Ioannes Nigellanus conjugio Beatricis de Sanpaulo Crevecuriæ, Arluriique dominia, & Castellaniam Cameracensem nactus est. Liberos habuit Ioannem, qui sine liberis obiit. Mariam quæ Ambosio, & alteram quæ magno Gulielmo de Craon nupsit. Guido Nigellanus sub Maleano armis clarus fuit: præsertim bello Anglico. Idem cum Ioanne fratre interfuit Conventui qui Audomaropoli celebratus est, super redemptione Ioannis Namurcæi, Guidonis Comitis ex Isabella Luceburgensi, Namurci Comite primogeniti: quem per vim occupatâ Sluså captum, in arctissimam Custodiam Brugenses conjecerant: quod conaretur emporium Brugis, in suum oppidum avertere; sed is dum de liberatione agitur, frustratis custodibus, fugâ sibi salutem, & libertatẽ quæsivit. Idem Guido operam dedisse memoratur sopiendæ controversiæ inter Ludovicum Nivernensem, & Franconates: qui Comitis absentiâ freti, per fas nefasque nobilium passim ædes flammâ atque ferro solo æquabant. Obiit autem Guido sine liberis, prælio Anglicano Mareschalcus regni Galliæ. Filiarum verò maxima Maria nomine, Ioanni Fiennati, Bononiæ Comiti nupsit: Hæc Holbecæ domina fuit, ut apparet iis tabulis, quibus concedit Rodolpho de Pipenpoy Bruxellensi, piscationem in Vildera, & rivo dicto *Stellekens-vliet*. Filium habuit Ioannem, qui subscripsit tabulis assignationum, quas Robertus Betunius dedit

130 *Ejus captivitas.*

131 *Cum fratre Contraversia.*

132 *Insumptus.*

133 *Obitus.*

134 *Liberi & nepotes.*

Oudegherste c. p. 141. Lib. 1. cap. 4 Annal. c. 141. Vana dipl.

Archiv. Abbatiæ.

Diplom. an 1313. supra c. 4. num 10. Meyer. a. 1304 Annales. Haduini. Ibidem. Eius apud Oudegherste mentio c. 154 Annales. Haduini. Meyer. ad annos 1346. & 1347. Idem a. 1323.

Idem a. 1324

Idem a. 1332. Gaguinus Histor. l. 9. Annales. Haduini & Meyer. anno 1350. Annales Haduini. Ibidem. Meyer. 1320.

dedit Roberto, secundo natu filio, eâ lege, ut ratum haberet Conjugium, & legem conjugii Ludovici Cressiaci, sui ex fratre nepotis, cum Margaretâ Philippi longi filiâ. Altera Isabella maritum habuit Dominum de Brians, & sine prole decessit. Tertia immatura obiit. Analect. Harduini. Ibidem.

135 *Gulielmus dominus.*

GVLIELMVS *Nigellanus* sive *Handrensis*, maximus natu, pòst patrem Teneræmondæ fuit dominus. Conjugem habuit Alisiam, & ejus dote dominatum Bergensem, Neoporti, & Densæ. Dipl. an. 1313 supra cap. 4. num 10.

136 *Ejusdem uxor.*

Hic cum Roberto, Ioanne, & Guidone patruis, inter fuit Coronationi Henrici septimi Imperatoris, quæ Aquisgrani facta. Analect. Hadriani. Meyer. anno 1308.

137 *Idem Brugensis Præfectus.*

Idem Roberto cum Flandriæ Procuratoribus in Gallias ad regem proficiscente, Brugensis urbis, à quâ motus exspectabatur, administrationem accepit. Bello etiam Hannonico subsidiarius Roberto Patruo fuit, cum Ludovico Nivernensi, & Roberto ejus fratre. Ibidem. Meyer. a. 1310

138 *Meyeri error.*

Hunc Meyerus *Roberti ex sorore nepotem* vocat, quum sit ex fratre Gulielmo qui Adelam Rodolphi Nigellani filiam uxorem duxerat; cujus ipse Meyerus antè meminerat. Ibidem. Ad an. 1302.

139 *Patris controversiam finiit.*

Hic ille Gulielmus est, qui cum Patruo Roberto cõtroversiam finiit, de Clientelari Teneræmondæ possessione, ut patet ex conventione, quæ eâ de re exstat: Tandem decessit sine liberis. Diplom. an. 1313 supra c. 4. num 10.

140 *Ejus mors.*

Morte Gulielmi Teneræmonda ad fratrem IOANNEM pervenit: ut liquet diplomate, cujus initium; *Ioannes Handrensis Nigellæ Crevecuriæ & Teneræmondæ Dominus*: quo cõfirmat Beatrici Colini Odomontii filiæ, Roberti Flandriæ Comitis Patrui sui donationem, cui Comes cesserat quoad illa viveret, *quidquid sibi ut domino Teneræmondæ Abbas Affligenienſis ocreārum & pelliceī nomine quot annis debebat.* Conjugem & liberos supra dedi. Porrò *Ioannes* cum consanguineo suo Ludovico Cressiaco Flandriæ Comiti, Corraci præsidio esset, furore plebeo, cum aliis viginti quinque equestris ordinis Proceribus, miserandum in modum perit, relictâ Beatrice viduâ, quæ multo pòst usa est titulo *Nigellæ* & *Teneræmondæ*. Archiv. Sviveç. an. 1320. 141 *Ioannes Dominus.* 142 *Ejus inscriptio.* 143 *Ejus mors.* Ibidem dipl. anno 1297 Numero 155 Meyer anno 1305 & Oudegheeste. Annal. c. 150. Idem. c. 154.

Ioannes Nigellanus heredem reliquit MARIAM quæ *Inghelramno Offemontio* Amboſiæ Domino nupta, inter alia Teneræmondam ad Amboſiam gentem transtulit. Aliqui hãc Gulielmi filiam credidêre, sed Ioãnis fuisse inde liquet, quòd pòst Gulielmum ad Ioannem Teneræmonda abiit, & ab hoc ad MARIAM. Hæc vixit adhuc anno CIↃ CCC XLIX ut constat ex conventione cum Abbate Affligemensi, super controversia quam habuerant cum dicta Abbatia de feudis, quæ id Monasterium à Teneræmondensi domino tenebat. Imò verò eam cum marito superstitem Varia diplom. 144 *Maria Tener. domina.* 145 *Ejus maritus.* 146 *Dicta error.* 147 *Ea quando adhuc superstes.* Analect. Ioannis Gevartii.

ſtitem fuiſſe ad annum uſque CIↃ CCC LIII diplomate docemur, quo Senatui poteſtatem faciunt imponendi certum tributi genus, quod Maltotam & Aſſiſias vocant: & alterum, quo Fullonibus in hac urbe prima privilegia Inghelrammus donat. 148

Ex Oudeghe ſte c. 463. A Maria ad PHILIPPVM *Valeſium* Galliæ regem, pretio hoc dominium devenit. *Philippus Gallia Rex Tenet. Dominus.*

Ibidem & Gerardus an. 1347. Meyer. anno 1333. A Valeſio dono utaiunt ad LVDOVICVM *Maleanum*, Flandriæ Comitem, ut hâc munificentiâ illum ab Anglicanis nuptiis avocaret, ad Margaretam Ioannis tertii Brabantiæ Ducis ſecundam natu filiam, proneptem ſuam, ex filiâ Margaretâ; quam antè trienni puero, & Rex, & pater deſponderant: quî ille & Regem ſibi conciliavit, & poſteris tot ampliſſimarum ditionum incrementum. (Malè Meyerus dotalem putavit hanc Maleano urbem) Dintherus aliam adfert donationis cauſſam, cujus hæc ſunt verba: *Philippus Rex Franciæ emit opidum, & terram de Teneræmonda, ſub Imperio Romano conſtitutas, erga dominum de Amboyſe: quod, & quam idem rex donavit ſuprà dicto Ludovico Comiti Flandriæ, in recompenſationem medietatis opidi Mechliniēſis, & ſummæ octuaginta ſex millium, & quingentorum regalium. Et extunc Ioānes Dux Brabantiæ, nomine Henrici ſenioris ſui filii fuit adeptus pacificam poſſeſſionem prædicti opidi Mechlinienſis.* Hæc illę: quæ narratio verior exiſtimari queat, vel hanc ob cauſſam, quòd ea donatio facta videtur diù poſt conjugium Maleani, quod initum anno CIↃ CCC XLVII: & ex Diplomate allegato conſtat, Mariam Amboſio nuptam, cum marito ſuperſtitem fuiſſe, & Teneræmondæ imperaſſe anno CIↃ CCC LIII. Imò anno ſequenti Teneræmondam nondum penes Maleanum fuiſſe certis indiciis ejus diploma docet; quo ut dominus directus hujus opidi leges confirmat. Anno demum CIↃ CCC LV hoc Dominio potitum ipſiùs verba teſtantur in hanc ſententiam: *quia nunc primùm venimus ad Dominium, & omne jus urbis, & Territorii Teneræmondenſis, omniumq; quæ inde dependent, ut domini ſine medio*; ſed dici queat Regem anno CIↃ CCC XLVII eâ lege emiſſe, ut id dominium penes Mariam & Amboſium eſſet quoad viverent; morte verò alterius, vel utriusq;, Maleano cederet. quod equidem fieri potuit: quum eo anno Flander ſuo jure in Mechliniam ceſſerit, totiuſque opidi poſſeſſionem acceperit Henricus, Brabantiæ Ducis promogenitus: qui ibidem in dominum inauguratus anno ſubſequente: ut eodem anno Maleanus ſuas Teneræmondanis leges, & conſuetudines confirmavit: omne tamen dominii jus nondum, ut dixi, conſecutus. A

149 Ludovicus *Maleus, Comes Flandr. Tenerem. Dn. minus quo-modo.*

Flandric. rerū tomo 1.

Hiſtor. Brabant. l. 5. c 17

150 *Alia rei occaſio Mechliniæ emtæ.*

151 *ultra cauſſa verus.*

Meyer. a. 1347

Archiv. opidi anno 1334.

152 Maleanus *quando dimū utilis dominus*

153 *contubatio pugnantium adversus.*

Meyer. a. 1347 Gramaye Mechliniæ l. 2 ſect. 5.

Archiv. opidi diplom. anno 1348.

Digitized by Google

Dinthero & meâ mente non admodũ diversi abeunt Marchantius, & Divæus: quorum ille ipsis sponsalibus datam Maleano Teneræmondam dicit. quæres forte Meyero, & post illũ Guiciardino, occasionem dedit scribendi *hanc ditionem Maleano data'em* Hic verò, eo ipso tempore *Meleanum Brabanto Socero remisisse octuaginta quinque millia, & quingentos regales*; pretium nempe, de quo, vivo adhuc Cressiaco, conventum: acceptâ vi-
154 delicet in compensationem Teneræmondã. At verò hic obiter
Dinthero alia mens, aliaver ba. monere visum, aliam esse Dintheri mentem, quàm verba innuunt. Et ne quis putet, hoc Dominium ab Amboisiis emptum Maleano regem donasse, ut jure suo in Mechliniam, & insuper credito octuaginta sex millium, & quingentorum regalium ce-
155 deret, ut oratio sonat; Notandũ emptam eam Urbem ab Adol-
Ejus rei ratio. pho à Marcâ Præsule Leodicẽsi, & Reginaldo Comite Geldriæ patre, & tutore Margaretæ, cui id avitum ex Bertholdis Dominium CLX millibus regalium, sive quod perinde est, centum
156 millibus numorum Turonensium, in jus Ludovici Cressiaci
Mechlinia Cressiaci pretio Flandriæ Comitis concessisse. Post quam emptionem quum in-
157 ter Flandrum controversia intercederet, dicente Brabanto,
Inde controversia. eam partem quæ Geldri fuerat, quum Brabantiæ sit feudum, nõ potuisse alienari sine suo assensu: & velle alteram partem ære persoluto ad se trahere, re verâ autem, quia in intestinis suæ ditionis, & Brabantiæ medio Flandrum suo imperio pernicio-
158 sum fore suspicabatur. Tandem cùm Flander nollet cedere, ad arma
Et bellum. ventum: quorum cùm tæderet, lectus utrimque arbiter, & se-
159 quester, Rex Galliæ: qui pauco pòst tempore, bellum quidem
Quis dux sequester. conjugiis diremit; de jure tamen utriusque nihil definiit. Donec
160 tantæ moræ tædio, modus controversiæ inventus: pactumque
Quæ inter partes conventio. inter eos Teneræmondæ, ut junctim, & paribus auspiciis Mechliniæ imperarent, *alter in Clientela alterius: vectigalia aqualiter*
161 *partirentur: Scultetum & quæstorem simul constituerent: qui ad*
Flander totã solvit. *Neckers poelam morantur Cives, duci; qui ad Blydebergam Flandro*
162 *subessent: Neutri, invito altero, munitiones construere liceret.* Ali-
Quã lege. quanto pòst, Cressiacus totâ urbe cessit pretio octuaginta sex millium regalium. Ita Meyerus. alibi idem quingentos addit. Annales Brabantiæ huic numero mille detrahunt. Iustum pre-
163 tium ex legibus conventionis statim dabo. Quum autem ante
Cessio cur irrita. solutionem Flander è vivis excessisset, Philippus Rex cum Ma-
164 leano certâ quâdam compensatione convenisse dicitur, ut totâ
A Maleano iterata certa compensatione. Mechliniâ cederet. Hanc compensationem Teneræmondæ
165 donationem fuisse ex Dinthero certum: quam *Rex Maleano*
In quo fuerit. *dedit,*

Descript. Teneræmondæ. Commentar. lib. 1. Fland. rerum tomo 10.
Descript. Teneræmondæ. L. b. Hist. Brabant. 14.
Dinther. Hist. B. abant. lib. 5. cap. 27.
Meyer. 2. 1331 & annal. Brab. c. 41. & Divæus Histor. Brabant. L. 4.
Anonymus Ms. de bello Gruthergensi apud Iustum Hardinum.
Meyer. anno 1333.
Ibidem.
Annales Brabant. c. 41. & Oudegherste c. 155.
Divæus Histor. Brabant. L. 14. & Meyer anno 1336.
Idem a. 1346
ad an. 1357. c. 41 an. 1367. Numero 1794.
Lib. 5. c. 377.

dedit, in compensationem, inquit, *medietatis opidi Mechlinienſis, & ſummæ octuaginta ſex millium & quingentorum regalium*, quod ſenſu diviſo intellige: id eſt, in *compenſationem medietatis Mechliniæ*, ſive ejus pretii, quod pro ea pacti Creſſiacus & Ioannes. Hanc autem emptionem Philippum de ſuo feciſſe, nō eſt vero ſimile: quum nihil, aut certè non admodum regis interfuerit, Mechliniam penes Brabantos, aut Flādros eſſe. Imò verò quum ſemper ſuſpecta Gallis fuerit Flandrorum potentia, quàm ſæpe etjam per vim, & fraudem minuere ſunt conati, valde in hoc ſui imperii arcanum peccaſſent, ſi in re alienâ tam fuiſſent munifici. Magis credendum, Regem rogatu Brabanti, qui promiſerat deſerturum ſe fœdus Anglicanum ſi Matrimonium filiæ ſuæ ſecundæ cum Maleano procuraret, etjam hâc in re auctoritatem ſuam apud Amboſium interpoſuiſſe; quaſi ſibi emturum: & quò negotium meliùs ſuccederet; veluti regali munificentiâ Teneræmondam cum Territorio Maleano dédiſſe, eâ lege, ut omni jure in Mechliniam cederet. Quod per regem impetratum non Dintherus ſolùm meminit; ſed de cōditionali inſuper compenſatione, & Meyerus, & Annales Brabantiæ fidem faciunt: Alioquin nulla erat ratio, cur Maleanus eam poſſeſſionem alienaret; præſertim gratis, ut credunt, imò vel invito quodammodo rege: quum antè ab eo ipſo definitum Hiſtoriæ memorent, *ducem, ſi vellet emptionem reſcindere, daturum Comiti octuaginta ſeptem millia, & quingentos regales*. quod de mediatate intellige: de cetero enim ſatisfactum Creſſiaco, antequam conjunctim Mechliniam uterque poſſedit, nemo dubitat. Neq; tam deſperatæ erant res Maleani, ut aliquo metu fuerit deſerturus ſuam cauſſam: quum paullò pòſt defuncto duce Socero, non Mechliniam modò, ſed omnem pæne Brabantiam armatâ manu occuparit, & tenuerit: donec tandem aſſumpto utrimq; arbitro Gulielmo duce Bavariæ Comite Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Dominio Friſiæ, certis legibus ſopito bello, pax coiit. Ex cujus Conventionis capitibus ea potiſſimùm excerpſi, quæ maximè ad hanc rem facere videbantur.

166 *Dintheri interpretatio.*

167 *An à Rege compenſatio.*

168 *Negativa ita ſua.*

169 *Et altera.*

170 *Conjectura verisimilis.*

171 *Maleanus gratuita non eſſet.*

172 *Neque virtuosa impia.*

173 *Quod occupata Brabantia teſtatur.*

174 *Et lege pacis.*

Primò, *ut Lovanium, Bruxella, Nivella, Thenæ, mereant Maleano: & unaquæq; dictarum urbium ſub ſuo ſigno mittat XXV viros; inter hos duos Barones, & duos dignitate Equeſtri; idq; ſumptibus Brabantiæ, per ſex hebdomades quotannis, quotieſcumque evocabuntur, & in quocunque excepto duce Brabantiæ.*

Secundò, *ut Maleanus utatur titulo ducis Brabantiæ quoad vixerit.*

Ita Meyer. ad anno 1337 & Divæus l. 14.

Ad an. 1347. cap. 41.

Gramaye de Mechlinia l. 2. ſect. 5. Meyer. anno 1335.

Idem. l. 15 16 Anonymus Ms. apud Harduinum. & Oudegherſte Annal. c. 163. & Meyer. an. 1337.

Tertiò, *quum Gallus qui lectus erat arbiter inter Ducem, & Cresfiacum, in controversiâ de possessione Mechliniæ decreverit, ut si Comes suo jure cederet, Brabantus illi numeraret summam octuaginta sex millium, & quingentorum regalium, eaq; Pax quæ Asciæ pacta fuerat non esset servata, unde magnas Flandrum expensas facere fuit necesse; ut in posterum Maleanus totam eam urbem, cum ditione recipiat, cum omni jure & Iustitia: nihil Brabantiæ Duci, aut ulli relicto.*

Ita Divæus lib. 13. pro bello impio quit impio.

Quartò, *ut quoniam quod in dotem filiæ suæ dare Dux socer promiserat, nõ dedisset in solidum; Maleanus pro decem millibus florenorum annuis qui restabant, in feudum, à Duce Antverpiam caperet, cum appendentiis, & dependentiis, cum Iusticia mera, mixta, & jurisdictione. Et si urbis redditus non ascenderent ad decem millia florenorum annuè, tum Dux, quod deesset, intramensem proximum suppleret.*

Denique *quod neque Duci, neque ejus uxori, ab hujus arbitralis sententia die, quidquam liceret de suis ditionibus vendere, gravare, pignori dare: neque in partem, neque in solidum.*

Hæ conditiones satis indicant potiorem viribus fuisse Maleanum; neque metu cessisse. Et quidem conformiter huic Cõventioni *Comitem se Flãdriæ & Brabantiæ Ducem*, inscripsit, (quod & sepulchralis Epigraphæ Insulis testatur) & Mechliniæ possessionem adiit: quæ Flandriæ annexa mansit, usque ab Philippũ Bonum; qui sejunxit. Antverpiæ item dominium accepit, quam vel invitam, immisso præsidi, parere coẽgit. Cumque novum Prætorem institueret rerum capitalium vindicem, quem *Flandriæ Souveranum*, sive Summum vocant, utrumque hunc dominatum ejus ditioni subjecit. Neque est quod aliquis suspicetur, nuptiarum gratiâ Comitem cessisse: quum illum ab ipso Brabanto solicitatum constet. Neque denique metu regis id facere in animum induxit; quem certum est Maleani studiosissimum fuisse, ne cum Anglo, quò omnis Flandria inclinabat, paciscereturque: qui & nobilissimâ legatione, & ipse insuper trajecto mari, cum uxore, ac filiâ, & colloquio, & amplissimâ dote Comitem in suas partes pellicere conabatur. Ut ut est, certè gratis Mechliniâ Maleanus non cessit; sed quod & Dintherus, & Annales nostri, & Brabantici testantur, certâ compensatione: quod ut dixi de Teneræmonda intelligo, & mente & verbis Dintheri. Exillo fuit hæc urbs penes Comites Flãdriæ: & nominis cõmunione cœpit appellari *Flãdria Proprietaria*: quia ut dixi neq; Gallo, neq; Cæsari obnoxia, & merâ proprietate à Deo eã Dñi tenẽt.

Archiv. opidi Diplom. an. 1379. Analect. Gallardi-Meyer tomo. 9. Idem a. 1357. Idem a 1374.

175 *Neque nuptiarum gratiâ.*

176 *Neque metu Regis.*

Idema. 1346. Girardus Hist. Gal. ic. anno 1347. Meyer. a. 1346.

177 *Sed compensatione Teneremunda.*

178 *Hæc Fland. Proprietaria est.*

Lib. 5. c. 378

Supra cap. 4.

Post-

Meyer. anno 1385.

Postquam LVDOVICVS inter vivos esse desiit, secuti sunt ii, qui & Flandriam, & Teneræmondam simul tenuerunt: quorũ res gestæ, quum ex Historiis, & Annalibus Comitum Flandriæ vulgò sint obviæ; vix aliud quàm Nomina percensebo, & annũ quo inaugurati hujus opidi dominium acceperunt: quod ad Carolum V. usque omnes præstitêre: qui continuò, ubi ex ephebis excessit, variâ rerum mole pressus, & nunc in illam, nunc in aliam regionem distractus, hãc huic suo Dominio operam dare non potuit. Attamen non ideo inter particularia Principum Dominia desiit censeri: quod præter alios, publicè nuper Triũphali opere Clarissimus vir Ioannes Bochius est professus. Et quamquam Principes ceteris suis titulis nõ etjam hunc addũt, aliter tamen hîc olim usitatum, in tabulis publicis deprehendi. Cui rei fidem facient exempla quæ suprà dedi: *Guidonis Comitis Flandriæ, & domini Teneræmondæ; Machtildis Comitissæ Flandriæ, & dominæ Teneræmondæ; Caroli Ducis Burgundiæ, Comitis Flandriæ, & domini Teneræmondæ.*

179 *Qui post Matildam Teneræm. Domini.*

Pompæ hujus opidi.

180 *Comites Flandriæ Teneræmondæ titulo usi, exempla.*

Cap 4. nu. 20.

Prima occurrit MARGARETA Maleana, Ludovici Comitis filia, quæ hîc jus jurandũ præstitit & accepit a. CIↃ CCC LXXXIV. Hujus maritus Philippus audax, Ioannis Galliæ regis filius, promisit Proceribus Brabantiæ se Antverpiam, & Mechliniam perpetuò Brabantiæ annexurum, si filio suo secundo natu Antonio illum ducatum, vivâ Ioannâ, à quâ adoptatus erat, confirmarẽt: Teneræmondam verò etjam; donec ditionem Cuyckanam, & Graviam suis expensis Brabantiæ asseruissent, quod etjam haud mediocre est particularis dominii indicium. Obiit illa anno CIↃ CCCC IV.

181 *Margareta Maleana Domina.*

Divæus Hist. Brabant. lib. 16.

182 *Ejus maritus.*

183 *Brabãtis quid promiserit.*

Meyer. anno 1404.

Margaretam matrem secutus est IOANNES Burgundus, anno CIↃ CCCC VIII, XX Aprilis (obiit anno CIↃ CCCC XIX.) Illum filius PHILIPPVS bonus, anno CIↃ CCCC XIX. (Obiit anno CIↃ CCCC LXVII.)

184 *Ioannes Burgundus Teneræmondæ Dominus.*

185 *Philippus Burgundus Teneræmondæ Dominus.*

Idem anno 1419. Idem anno 1467.

Philippum CAROLVS, anno CIↃ CCCC LXVII, primâ Augusti Hic cùm in patris indignationem incidisset propter domesticorum munerum collationem, Philippo promovente Philippum Croianũ; Carolo sibi Emeriacum asserente (impensè enim eâ ætate omne nomen Croiacum oderat) secessum sibi in hoc opido legit, ubi vixit donec, procurante Ludovico Delphino, XI postea Gallorum rege (qui & ipse à Patre Carolo VII; sed dispari impietate dissentiens, in Belgicam se receperat) & misso huc Ravestanæ regulo, Parenti est conciliatus. Obiit anno CIↃ CCCC LXXVI.

186 *Carolus Burgund. Teneræmondæ Dominus.*

Oliv. de la Marche lib. 1 cap. 31. Idem l. 1, c. 22 & 33. Meyer. anno 1316 Idem anno 1476.

187 *Teneræmonda quando secessit habuerit.*

188 Maria Burgũda Teneram. domina.

Carolo succeſſit MARIA, unica patris heres, Maxæmyliani Cæſaris uxor, anno CIↃ CCCC LXXVI, XX Aprilis. Hæc hujus opidi uſumfructum Novercæ Margaretæ Eboracenſi, Angliæ Regis filiæ, & ſorori, conceſſiſſe legitur. quod fortè occaſionem dedit vitreæ ejus feneſtræ, quæ in ſummo templo, in Choro D. Virginis viſitur, ubi ejus effigies, & Caroli ducis mariti ejus imberbis ſpectatur. Obiit autem Maria, anno CIↃ CCCC LXXXII.

Anſelm Hazdonini & Archiv. opidi.

189 Margarita Eboracenſis Teneram. uſufructuaria.

Marchant. Comment. l. 3. vita Mariæ

Ceterùm quia hîc Maxæmiliani mentio, non importunum erit hîc inſerere (quod haud mediocrem huic Urbi laudem cõparabit) huic Principi, in præſenti periculo, vitam à noſtro cive ſervatã. Accedit id prælio Guinegattano: ubi deploratis rebus, Galli clàm ei percuſſorem ſubmiſerant, qui ſigno Burgundum mentitus (quò extra ſuſpicionem eſſet) jam Maxæmyliano imminebat, eiq́ue necem procuraſſet; niſi detecto fuco Gallico, noſter hic hominem occupaſſet, eoq́ue dejecto & trucidato, Principi ſalutem, conjugi maritum, Belgicæ ſuum columen, ſibi atque patriæ æternam laudem peperiſſet. Illum fuiſſe credo Petrum Teneræmondanum, virum tam ſpectatæ fortitudinis, ut peculiari encomio *Fortis Petrus Teneræmondanus* diceretur, eiq́; Carolus V. Cæſar meritorum ergò Teneræmondanæ gentis inſignia tribueret, tribus mediis leonibus ad diſcrimen adjectis: quibus inſigniis paullò poſt uſus Michaël van Hofſtad, ejus familiæ heres, Willecommæ, Priemis, & Poelvoordæ Dominus, conditus hîc ad D. Virginis, cum conjuge Paſchaſiâ van Waesberghe: quorũ ille obiit a. CIↃ IↃ LXII, hæc CIↃ IↃ LXVIII.

190 Duis Teneramondanis egregiam facienda.

Marc. Vaernewyck an. nal. Flan. l. 2d annum 1475.

191 Philippus Auſtriacus Teneram. dominus.

Mariam excepit PHILIPPVS Auſtriacus primus, anno CIↃ CCCC XCVI, XIV Martii. quam diem quorumdam privilegiorum confirmatione palàm deſignat: *Datum*, inquit, XIV *Martii auſpicali noſtro die*. Obiit anno CIↃ IↃ XIII.

Archiva urbis ibidem. Marchant. Comment. l. 3.

192 Carolus V. Cæſar Teneram. dominus.

Præmaturâ Philippi morte, CAROLVS V hunc dominatum accepit. Is Pontificis elogio *Maximi fortiſſimiq́;* cognomen accepit. tandem magnis diuturniſq́ue laboribus fractus, Chriſtianorum Cæſarum primus, ultrò, volens, Imperii dignitate, & Belgicis ditionibus ceſſit. Illam Ferdinandus frater ſuſcepit.

Lud. Guicciard.

193 Philippus II. Auſtr. Teneram. dominus.

194 Iſabella Clara Eug. Teneram. domina.

In Belgicam PHILIPPVS ſecundus *Auſtriacus* ſucceſſit, Hiſpaniarum & Indiarum Rex Catholicus: Eccleſiæ Romanæ columen. Hic XLIII Belgici imperii anno, cum aliis ditionibus hunc etiam dominatum conceſſit

Miræi Chronic a. 1555. Bochius operæ Triũphali anno 1598, prid. Nonas Maii.

195 Alberti Auſtriæ Archiducis ſponſa creata.

ISABELLÆ CLARÆ EVGENIÆ filiæ ſuæ, ex Iſabellâ Henrici II. Gallorum Regis filiâ, in dotem, cum Sereniſſimo Archiduce ALBERTO Maxæmyliani II. filio, Ferdinandi Cæſaris Nepote,

Nepote, Belgarum per ea tempora Prorege. Quâ de re tria exstant diplomata; Patris cedentis, Filii approbantis, & *Isabellæ Claræ Eugeniæ* donationem ratam habentis: quæ missō libello, Procuratorio per Archiducem sponsum possessionem adiit. Quo facto, *Albertus*, postridie quàm *Philippus* Rex vitâ defunctus est, per Insubres, & Ligures, in Hispaniâ profectus, traditâ *Philippo III.* Regi *Margaretâ* Austriacâ sponsâ, *Caroli* Archiducis Austriæ filiâ, ipse vicissim suam Valentiæ accepit: peractisque ritè nuptiis, post tauri venationes, Cannarum lusus, & decursus Equestres, ex Hispaniis uterque solvens, trajecto sinu Narbonensi, per oras maris Ligustici, in Italiam Genuam devenit; & inde incredibili Provinciarum lætitiâ, in Belgicam, ac veterem heroum sedem Bruxellas: ubi triumphali pompâ, summo magnatum populique studio, & Ordinum immensâ gratulatione excepti, post varias Brabanticarum Urbium lustrationes, tandem cùm Flandriam viserent, primam hanc Urbem viderunt: eo apparatu, qui neque opes ostentaret; neque celaret affectum: quem ita à Civibus Principes acceperunt, ut suum etiam satis demonstrarint, vel hoc uno argumento: quod dum hîc fuêre, Civium potiùs excubiis in palatio voluerint uti, quàm præsidiariæ hujus opidi cohortis, etsi gentis Hispanæ. His Principibus æternùm Belgica debet, procuratâ populo pace Gallicâ, Anglicanâ, & induciis belli Belgici. De quibus cum ingenti partium desiderio ageretur, datum que mihi in manus esset Elogium illud, ET PACE, ET BELLO, quod cum Emblemate recens excusum, Serenissimo Principi nuncuparat doctissimus Aubertus Miræus, quem ob edita Illustrium Belgarū Encomia, *Solem Belgarum* Immortalis Lipsius vocat, in illud quod dixi Elogium, & alterum ejusdem ferè sententiæ, FATA SEQVAR, studium erga Principem hoc mihi Epigramma expressit:

Fríd. Cal. Iunii. — 18. Calend. Octob. — 9. Calend. Mart. 1599. — 7. Idus Iunii — Nonis Septemb. — 6. Cal. Febr. 1600. — Bechius pōpā hujus opidi. — Anno 1598. Anno 1600. Anno 1609. — Epigram. in Elogia Miræi.

196 *Ex Hispaniis cum Archiduce solvit.*
197 *In Belgicam denuò venit.*
198 *Teneræmondam visit.*
199 *Quem hic affectum ostenderit.*
200 *His Principibus quid Belgica debeat.*
201 *Nuncupatum Archiducis Elogium.*

BELLA *regit* PACEMQVE *Deus: sed Principis unum est,*
Prudente obsequio FATA, *Deumq;* SEQVI.
Qui facit, ut noster Deus hunc vel PACE, *vel* ARMIS,
Aut oleâ, aut lauro conspicuum facies,
Gratior at lauro est, pacatæ fructus olivæ:
Illa cruore venit; iste favore venit.
Bellatum satis est, satis est Gradive cruoris:
Transfer Threcicios ista flagella locos.
Cede deæ PACI; *niveos quæ sumit amictus:*

202 *In illud nostri Epigramma.*

Alteramq;

Astreamq́ polis evocat æthereis.
Ni facis; en, nostris cælo victoria castris
Imminet, & properans numine plena subit.
Perculsura inimicam aciem; quam mittit ab alto
Ille Deus BELLI, PACIS *& ille Deus:*
Dum videt ALBERTVM BELLO, *vel* PACE *paratum,*
Securum Sortis, FATA, *Deumq́* SEQVI.

CAPVT VII.

De bellis, obsidionibus, ærumnis, quas hæc urbs pro Dominis perpessa.

NVMERATIS iis, qui hac urbe potiti sunt, ratio postulat, ut paucis ostendamus, quæ bella Cives perpessi, & quâ fide erga Dominos fuerint: quorum uberiorem narrationem ab Historiis petere licebit. Caussas tamen utcumque potero attexam; ne nimis jejuna sit scriptio: & lector utilius legere, & faciliùs meminisse possit.

Sub Guidone Dampetra.

1 *Guidonis ingenium & fortuna.*

GVIDO Dampetra, & optimus fuit, & simul miserrimus Princeps; animusque illi rectior, quàm cautior: qui tamen suam bilem habebat, ubi ratio cõcitabat. Meyer. a. 1294
Hic cùm filiam Eduardo Angliæ Regis filio, & regni

2 *Quæ ei Galli obtuderit.*

heredi, ambiente patre despondisset, nihil sinistri aut ipse meditans, aut de alio suspicatus: tum quòd liberos locare, gentium jure liberum; tum quòd alta inter vicinos reges pax erat: hoc tamen facto in tantam Galli indignationem incurrit, ut cum Idem. a. 1295
conjuge atque filiâ amicè in Galliam invitatus (alii ultro officii Oudegherste cap. 141.
caussâ iviſse narrãt) antequam in Angliam eam nuptum mitteret, in carcerem sit conjectus: sumpto prætextu, reum esse majestatis (ut ferè volẽti nulla caussa deest) quòd cum regni hoste

3 *In carcerem conjicitur.*

conjugia paciscereturque autem, quia Comitis potẽtiam suspectam habebat: cõcitantibus eum Reginâ, & avunculis: qui Vatiniano erant in Flandros odio. Purgabat se Comes jurejurãdo, Meyer. anno 1298, & 1300, Idem 1295.
etiam promissis obsidibus, nihil se novaturum; sed frustrà erat:

donec

Marchant vitâ Guid. & Oudegherste cap. 130. Meyer. anno 1296. Oudegherste cap. 130. Meyer. a. 1296 Idem a. 1304 & anno 1335

donec sententiâ Duodecim virorum, quos Galliæ Pares vocant, absolutus est: aut ut alii, procurante Pontifice, & fidejubente Sabaudo genero. Filiam tamen Anglo sponsam obsidem relinquere abs Rege coactus est: quam cùm nec prece, nec pretio liberari Gallus pateretur (quin imò sunt qui suspectâ morte 6 *Et frustra repetit.* ſtatim sublatam ferunt, & viginti nobiles puellas in profluētem conjectas, & insuper triginta illustres Equites partim in crucem actos, partim aliâ morte periisse) Guido rei indignitate motus, fisusq; Anglicano Germanicoq; fœderibus, Regi bellum ultro indicit; sed cùm à Cæsare frustratus, ab Anglo desertus, & à suis destitutus (quòd contra morem id bellum, inconsulto populo, indictum esset) parùm præsidii haberet, in tantum hostem, à quo non armis solùm palàm, sed etiam clàm auro subruebatur; eo angustiæ devenit, ut cum Roberto, & Gulielmo maximis natu filiis, & quinquaginta insuper Clientibus è primâ nobilitate, dedere se Regi sit coactus: eâ tamen lege, ut si intra annum de Pace non conveniret, in columis domum cum suis à Valesio Regis fratre deduceretur. Ubi in Gallias, ut pactum erat, venit; in carcerem cum omni nobilitate conjicitur. Quòd Comitem Valesius adduxisset; ratum Rex habuit: quòd Sacramento illi de reducendo promiserat; non habuit. Hoc rerum statu cùm esset Guido, totaque Flandria Regis fisco addicta, & jam omnis pæne occupata à Liliatis (quæ Gallica factio erat) Teneræmonda similem cum ceteris fortunam passa est. Post modum omni Flandriâ recuperatâ, post pugnam Cortracen sem (ubi memorabili strategemate, cæso à plebe Flandricâ flore Christiani orbis, victoria penes nostros fuit) sola Teneræmondæ arx à Godefrido Virsonio (qui cum reliqua Gallici exercitus nobilitate, dicto prælio cecidit) jam antè munita; Wasiis diu infecta fuit, tandem eorum maximè operâ, pulsis per hyemem Liliatis, recepta est. Hāc ille eo accuratiùs munierat cōmeatu, milite, & omnibus quæ ad bellum inferēdum, aut propulsandum necessaria: quòd animo volveret, Teneræmondam, Alostum, imò omnem insuper Brabantiam sibi vendicare, pulso Ioanne Duce, nepote suo, non aliâ caussâ, quàm quòd genere materno ex Flandris esset; sed pugna Cortracensis institutum cum fortuna mutavit. Huic de Virsonio narrationi Divæus nō planè assentitur. Erat autem Virsonius ille Ioannis primi Brabantiæ Ducis frater, Arschoti, Sichemi, Bierbecæ, Rodæ Dñs: dictusq; est Virsonius, à dotali Comitatu. Habuit enim conjugem, heredem ex asse Comitis Virsoniēsis, in finibus Biturigū:

4 *Liberatur.*
5 *Filia obsid.*
6 *Et frustra repetit.*
7 *Bell. Regi indixit.*
8
9 *Regi se dedit certa lege.*
10 *Eā frustratus in carcerem mittitur.*
11
Flandria fisco addita.
12
Teneramonda etiā occupata.
13 *Teneramonda arx.*
14
Difficulter recepta.
15 *Quare.*
16 *Godefridus Virsonius quis?*

H unde

Meyer. anno 1297. Idem a. 1298 Idem a. 1297

Ibidem. Marchant vitâ Guid. Meyer. a. 1300

Ibidem.

Idem a. 1301.

Ibidem.

Ibidem.

Lib. 3.

unde filium sustulit Ioannem, & filias duas medio hujus belli incendio, quod jam fama per omnem Europam vulgaverat, Philippus Flandrensis, Guidonis ex Machtildi Teneræmondæ Dominâ filius, relictâ Italiâ in Flandriam properavit. De eo Meyerus (hujus hîc verbis utar ne meis nimium videar dicere) *Tantus*, inquit, *in eo flagrabat amor patriæ, ut omnia mallet relinquere, quàm tempore tam necessario suis deesse. In Italiâ uxorem nactus erat: Machtildi nomen Cortiniacensi, quæ Theanum & Loretanos possidebat. Adhæc sub Carolo Rege (Siciliæ) res magnas in Siciliâ, & Hetruriâ gesserat; ab eoq; in Aprutiâ & Apuliâ, clarorũ opidorum dominatus acceperat; sed Carolo omnia reddidit* (qui ipse maxima Gallo auxilia ex Liguribus, Etruscis, Siculis adduxerat) *ut ab omni ejus munere beneficioq; liber, patriæ quam posset opem ferret. Huic miris applausibus, effusaq; lætitiâ ab omnibus recepto, fratres, ejus unanimi omnes consensu rerum summam deferebant: ideo quòd major illis esset, reciq; militaris longè peritissimus.* Et paullò pòst: *Fuere mirum in modum Flandri recreati, & gavisi, ob adventum Philippi Theatini, tanti nominis viri, utroque in hanc militiam nomina dederunt: jactantes se ituros Compendium usq;, liberatum Comitem. Quod quidem dubio procul non detrectâssent facere, si ita visum fuisset ducibus.* Hic ita se in ipsis primordiis gessit, ut Galli, ubi vi minùs possent, in morâ & induciis omne præsidiũ posuerint. *Siquidem* (inquit rursum Meyerus) *ubi Flandros conspexissent tantâ alacritate, ac concordiâ, quantâ numquam ante à, sub Philippo longè bellorum exercitatissimo Duce, tam sponte militare; animos planè despondebant.* Inducix tamen pactæ sunt: non quidem imprudentiâ Philippi, aut Gallorum indolis ignorãtiâ; sed amore parentis, & fratrũ, ceteræq; captivæ nobilitatis: in quos duriùs consultum iri credebat, se inducias à Rege oblatas recusâsset. Iis finitis nobilis illa ad Pabulam pugnaâ Philippo cõmissa est; quâ acie fuso, fugatoq; Rege, immortalem sibi gloriam, generiq; comparavit; Patri, fratribusq; libertatem, Flandriæ deniq;, à capitali hoste, pacem. Tãto in discrimine hic rex fuit (qui & vulneratus erat, & equo dejectus, & tantùm non sui impos) ut quàm primùm Parisios venit ad D. Virginis statuam Equestrem sui periculi monimentum dedicarit. Illud hoc bello cum primis patuit, quantum in vulgo momenti sit, ubi aut de libertate, aut pro Principe res agitur: præsertim si Ducem habeat. Erat enim in nostro exercitu pleraq; mera plebs, verè quod dici solet, sine capite corpus, nisi hic noster accessisset. Nam & Comes in carcere cum maximis natu filiis degebat, domi à nobilitate

17 *Philippus Flandrensis in patriam amor.*

18 *Inducias ad dit.*

19 *Hosti metum.*

20 *Inducias pactas situr.*

21 *Quare.*

22 *Gallos acie fundit.*

23 *Regis in prælio periculum.*

24 *Quid hoc bello considerandũ.*

Meyer. a. 1303.

Ondegherste cap. 140.

Anno 1302.

Meyer. anno 1303.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Idem. a. 1304

Ibidem.

Idem anno 1300.

Ibidem.

tate deserti erant, foris tantus hostis urgebat, & quod mirandũ magis, eodem tempore, & in Regem bellabant, & insuper in Hollandia, & Zelandia exercitum habebant. Hæc eò dixi pluribus, quia Teneræmõdanæ gẽtis fuit, à quo, post Deũ, victoria.

Sub Ludovico Cressiaco.

Meyer. anno 1043.

TEMPORE Cressiaci, cùm per factionem penes Tripolim, id est, Gandenses, Brugenses, & Iprenses, universum pæne Flandriæ Imperium esset, totaq; ditio, velut in triarchiam divisa; inter alios Teneræmondenses Gandensium clientibus sunt annumerati: idq; sine suffragio aut Comitis, qui hujus demarchię in potentiam non ferens aliò cõcesserat; aut Amboſii, eâ tempestate Domini dotalis, ut dixi, urbis. Hoc velut inter-regno cùm Gandenses vellẽt novas Teneræmondanis leges præscribere, & lanificium pannosq;, quibus eo tempore vigebat hæc urbs, arctare; tandem hi Cives sive illorum imperia exosi, quibus nihil nisi per vim debebant; sive rei insolentiâ, sive deniq; odio factionis, & studio in Principem, jugum ausi excutere, & Comitem qui tantum non exsulabat, in auxilium vocare. Venit ille Comitatus Amboſio: missitq; Florẽtium à Brughdam, & Franciscum Villanum, qui militem cõscriberent; sed his in viâ interceptis, & trucidatis, exsules sibi adscivit: qui multis modis admodum fuerunt Gandensibus infesti. quâ re magis illi incitati, Duce Gulielmo Varnewyck cum totâ pæne Flandriâ, quam sub imperio, aut fœdere habebant, Teneræmondam confluxerunt. Comes immenso hostium numero territus, cum Amboſio, retro vnde venerat, in Brabantiam cõcessit. Nihil interim de constantiâ remissum. nam qui reliqui erant propugnatores, fortiter eruptionem fecerunt, & pugnarunt viriliter: donec auxilio desperato interventu Ioannis Ducis Brabantiæ, Gandensibus sunt conciliati; eâ lege: ut pannos more solito texerent, sed quinq; dumtaxat quartis latos, cum adspectu reverso. Dein ut mœnia tribus locis Gandam versus inciderentur, & ibidem hiatus fierent, singuli quadraginta pedũ, quos nõ liceret restaurare, nisi unanimi Gandensium, Brugensium, & Iprensium assẽsu. Datiq; expacto triginta duo obsides: octo Gãdensibus, totidem Brugensibus, Iprensibus, & Duci Brabantiæ. Hujus belli aliam rationem dat Oudegherste: ubi

Idem anno 1338.

Idem anno 1345.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Annal. c. cap. 161.

25 *Tota Flandria sub Imperio triam urbium.*

26 *Teneramonda Gandensibus tributa.*

27 *Novæ earum leges.*

28 *Teneramonda Gandensium se subducit.*

29 *Comes & Amboſium præsidio vexant.*

30 *Gandenses hos convolant.*

31 *Illi fugiunt.*

32 *Vbi viriliter desudant.*

33 *Tædem additi.*

34 *Dati obsides.*

35 *Alia belli ratio.*

Continuò, inquit, à morte dicti Artevelde, Ludovicus Comes, summâ diligentiâ rediit in Flandriam: & videns se non posse in ordinem redigere suos subditos, contra spem suam, quæ jusserat sperare, se in Flandria ob mortem dicti Artevelde omnia mutata inventurum,

& in suam rem conversa, misit ingentem manum suorum Nobilium, quæ Teneramõdæ in præsidiis esset, quâ de re Gandenses certiores, magnis viribus ad dictum opidum venêre: quod deditione ceperunt. Hæc anno CIↃ CCC XLV.

Sub Ludovico Maleano.

36 *Maleani fastus.*

POSTQVAM magno aulæ fastu, luxuq; Maleanus sæpius ærarium exhausisset, & exhaustum Flādri aliquoties sublevassent, tũ nullum faceret exigendi modum, tandem restitêre Gandenses, palam professi, ulterius ad hæc tributa nolle cogi. Quam repulsam Comes ignominiam suam ratus, ad Brugenses obiit: iisq; ea concessit: quæ inclinatos ad turbas animos magis irritarunt. Accessit privata Ioannis Heynsii, sive Hions (quem perperam Frossardus passim Lion vocat) indignatio: qui ereptæ sibi per Comitem præfecturæ nauticæ injuriam non ferens, direptis, incensisq; ædibus, quas ipse sibi Comes Waldelghemii in urbis Gandensis vicinià struxerat, funestissimo bello fenestram aperuit; quo uno septennio ducēta hominum millia consumpta memorantur. His initiis eò res abiit, ut brevi pòst tempore à Maleano tota Flandria ad Gandenses defecerit: exceptis Alosto, Aldenardâ, & Teneræmondâ. Aldenardam Comes maximam partem suæ nobilitatis misit: ipse Teneræmondæ substitit, cum stipendariis Germanis. Gandenses statim ad obsidendam Aldenardam profecti sunt, ad sexaginta millia pugnatorum. Frossardus supra centum millia numerum adauget) hîc cùm aliquandiu desedissent; tandem cũ parte copiarum, Duce Rasone Herselio Teneræmondam oppugnatum venerunt. Et jam primâ luce, vi urbem aquâ, terrâq; adorti, uno impetu cepissent; nisi Theodorus de Brederode Batavus Præfectus Vigilum jam antè per accolas, noctis beneficio, factus certior, ad arma suos concitasset. Tantus erat continuò tubarum, armorumq; strepitus; ut ipse Comes arrepto suo signo, ex arce ad muros convolaret: cujus præsentia & civiũ militumq; virtus urbem defendit: adeò ut Gandẽses coacti sint sub meridiem referre pedem, & in castra ad Aldenardam reverti. Inter propugnatores primi nominis & virtutis erant: Gosuinus Sauvagius Flandriæ, Antverpiæ, Mechliniæq; Prætor: quo munere omnium primus à Comite, paucis antè annis fuerat donatus. Richardus (Frossardo Gerardus) de Rasseghem, Ioannes Villanus, Philippus Masminius, & Philippus Longiacus.

Meyer. anno 1379.

37 *Rebellionis.*

38 *Repulsa.*

39 *Irritamenta belli.*

40 *Belli fax quis.*

Lib. 2. variis locis. Meyer. 1379.

41 *Frossardi error.*

42 *Ejus cautio.*

Idem a. 1378

43 *Exitium.*

44 *Quot millia hoc bello cæsa.*

Idem. a 1379

45 *Qua urbes Principi fida.*

46 *Comes Teneramonda.*

Lib. 2. c. 41. Ibidem.

47 *Gand. Teneramondam oppugnant.*

48 *Fraus.*

Meyer. anno 1379.

49 *Qui hic sarpsimi.*

Idem a 1379.

Lib. 2. c. 42. Meyer. a 1378

Ibidem. cus. Id bellum etsi paullò pòst compositum, reeruduit tamen; imprudẽtiâ primum Nobilium (ita vocabantur qui à Principe stabant) qui privatas ob causſas Gandẽſes hîc illic per occaſionem oblatos trucidabant. Dein temeritate Ioannis Prunelli textoris: qui nullo Senatuſconſulto Aldenardam occupavit; turreſque & portas, quæ Gandavum ſpectabant, demolitus eſt; ſed juſſus à Gandẽſibus eam Comiti reddere, paruit. Nonnullâ deniq; culpâ Comitis: qui intempeſtivè de quibuſdam Gandenſibus ſupplicia ſumſerat: de ipſo cũ primis Prunello; quem Athi exulantem Hannoniæ Comes Ludovico tradiderat. Quâre denuò Gandenſium animis concitatis (quia eadem quiſque ſibi timebat) iterum Duce Raſone Liedekercano Teneræmõdam tentant; ſed fortiter à Germanis repulſi, fuſi, fugatiq; ſunt Quatrechtum uſq; ubi denuò plurimi cæſi; captum q; veſtiariorum vexillum. Aliquanto pòſt reverſi urbem cingunt: certi nõ decedere, niſi potiantur. Quanto numero venerint, hinc putari poteſt; quod ad hanc obſidionem non modò omnes ſuos clientes adduxerint; ſed frequẽtiſſima inſuper Brugenſium, & Iprẽſium auxilia. Suſtinuit hæc urbs omnem eorum impetum; donec perlato in caſtra nuncio magnæ cladis, quam Gandenſes Brugis cæſi, pulſiq; acceperant, ſummis viribus, animiſq; oppugnata, plurimâ parte crebris ignibus conſumpta, & à fugientibus deniq; præſidiariis deſerta, deditionem facere coacta eſt. Paullò poſt, pacis legibus ſibi reſtituta, recrudeſcentibus iterũ odiis, abiiſdem licet Domi à Comite obſeſſis, obſeſſa eſt: quâ in obſidione cũ ciues, & qui in præſidio erant nobiles, aliiq; eruperent, magnâ utrimq; virtute nobilis illa pugna commiſſa eſt, quam à loco Teneræmondanam Annales, & poſteri vocarunt. Vulnerati hîc ambo Gandenſium Duces, Petrus van den Boſſche, & Iacobus Berſtanus, quorum hic etiam oculum amiſit. Civium tamen, nobiliumq; major jactura. Et quidem Hulſtani, qui cum plurimo ex quatuor Ambactis milite hîc frequentes erant, cũ ultimi redeuntium eſſent, non potuerunt ſine clade ſe recipere: quod illos à tergo Gandẽſes acerrimè premerent: itaque trucidati omnes, aut merſi ſunt, exceptis paucis, quos ad muros funibus intra urbem amici pertraxerũt. Tenuit obſidio, nec Gandẽſes vaſa conclamarũt, donec auditâ ſuorũ ad Aldenardam ſtrage, ultro, ut ait Meyerus, abierũt. Froſſardus aliter hãc narrationẽ cõtexens, nullâ factâ mentione obſidionis, dicit Gandenſes, etſi obſeſſos, Duce Raſone Herzelio, aliiſq; petito, victo, vaſtato, flammâ ferroq; Aloſto, huc declinaſſe, & uno impetu

50 Tan.
51 Novi belli cauſſa.
52 Culpa nobilit.
53 Prunelli tentatus.
54 Ex Comitis.
55 Teneræmondã tentata.
56 Gandenſium cladet.
57 Teneram. obſeſſa.
58 Summa vi oppugnata.
59 Dedita.
60 Pace reſtituta.
61 Tertiũ obſſſa
62 Pugna Teneræmondana.
63 Obſidio ſoluta

Froſſard. lib. 2, cap 47.
Meyer. a. 1380
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Godegheerſte Anal. c. 177. Meyer. anno 1380.
Ibidem. Lib. 3, c. 61.

64 *Alius urbis occupata.*
65 *Non tamen arx.*
66 *Reuocati reditu.*
67 *Pax rursum.*
68 *Iterum bellum*
69 *Teneram. tentata.*
70 *Gandenses agri vastatur.*
71 *Agri Teneramund. incēdia.*
72 *Reddita Gandensibus arcis.*
73 *Teneramonda obsessa.*
74 *Barcasmes.*
75 *Obsidio soluta*
76 *Nobilis Anglus cadet,*

petu urbem cepisse; non tamen arcem: fortiter propugnante Wiedeschotano: amisso interim viro nobili Philippo Hamurcæo Vinderhouti Domino; & hinc Gerardi-montem abiisse, eâq; urbe vi occupatâ, cum ingenti demum prædâ retro domũ vnde venerant reversos. Interjecto dein exiguo tempore, cùm rursum pax coiisset, iterumq; à plebe, culpâ Brugensium, violata esset, Gandenses Teneræmondam suos mittunt; sed plus inde detrimenti ferunt, quàm compẽdii. Postea cũ nobiles omnem Gandensium agrum crebris incendiis vastassent, Gandenses ne id inultum sinerent, septem pagos in agro Teneræmondẽsi exusserũt. quibus rursum redditæ vices; agris pagisq; totâ ditione Alostanâ, igni ferroq; populatis: quod hinc maximè commeatus illis suppeteret. Invalescẽte dein conjuratione Arteveldicâ, repetito conatu ab iisdem obsessa, constãter & feliciter defensa est. Habebant tum ad Aldenardam Gandenses exercitum: ubi cùm diu multumque desedissent, & interim deditionem Teneræmondæ Artevelda urgeret; responsum Peciali à Teneræmondanis, claves sui opidi in foro Aldenardæ jacere. Ieni Sacrasmo irridentibus, quod duabus sederent sellis. Itaque re infectâ hinc discessum est. Post hæc interplures, maximè memorabilis fuit ea Teneræmondensium victoria, quam de Gandensibus reportarũt ad locum, qui vulgo Seven-Eecke id est septem quercus dicitur. Hic cùm Boscanus conaretur restituere rem, amisso nobili quodam Anglo, Gandavum se recepit.

Meyer. a. 1314.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem. anno 1385.

Sub Philippo Audace.

77 *Philippus Audax bellum cõtinuat.*
78 *Is cur Audax dictus.*
79 *Teneramondam recipit.*
80 *Quò missa.*
81 *Ejus fructus.*

MALEANVS quod bellum cœperat, non finiit. reliquias cum hereditate Philippus Burgundus accepit. Hic Audax dictus est, sive quòd talis fuerat in acie Pictavienſi: sive quòd ita ab Eduardo Anglo vocatus, quod in convivio, præsente Rege, pugno ministrum cæcidisset, quod antè Angliæ regi, quàm Galliæ, parenti suo, etsi captivo ministrasset: sive demum aliis de caussis quas Petrus d'Oudegherste, Gulielmus Paradinus, & Oliverius de la Marche adferunt. Sub hoc non terrâ solùm Teneræmonda Domino suo profuit; sed etjam mari Gandensibus claudendo, (unde potissimus illis cõmeatus) opportuna fuit: missis navibus, quæ cum aliis junctâ classe in Hontâ, & alibi excubarent, & quidquid annonæ Gandavum veheretur, interciperent. Quæ maximè res Gandensibus animos, & spem fregit: adeò ut pauco pòst tempore, de pa-

Meyer. a. 1384. Annotat. 6. in l. 1. Froſſard an. 1356. Oudegherſte Annal. c. 120. Meyer. a. 1377 Annal. fo. 80. I. de antiquo statu Burgũdiæ cap. 9. Introduct. c. 1. Meyer. anno 1385.

Ibidem. ce actum, & transactum sit. suaque Teneræmondanis ob fidem & constantiam confirmata privilegia.

Sub Philippo Bono.

Meyer. a. 1456 Butkind. Chronic. c. 91 malè 1457. M. S. annoy-mus. Meyer. 1435. Commentar. in Olivar. de la Marche li. 2. c. 22. Ibidem. Meyer. anno 1436. Idem a 1438 Idem anno 1502. Idem anno 1436 Et Oudegerst. c. 143. Meyer. anno 1439. Idem a. 1445. & eum a. 1448 & 1449. & Butkind Chronic. cap. 57. Meyer. anno 1451. Idem. anno 1452. Olivar. de la Marchel 2. cap. 25.

PHILIPPVS, cui communi elogio *Boni* cognomen tribuitur, magno molimine Caletum obsidebat. quod opidum antiquo jure hereditario, & patrimonii suum esse contendebat. Erat autem eo tempore penes Anglum: cum quo, jam inde à deserto fœdere, Philippo simultas erat, ob concitatos in Principem subditos. quod non semel detectæ Angli literæ palàm fecerant. Hic cùm Gandenses, & Brugenses quos magno numero in exercitu Philippus habebat, vellent opidum adoriri, factaque vel contra imperium videbantur; Princeps machinas illis eripuit, bombardas, pulverem. quapropter indignati, secessionem fecere, &, vel invito Principe, convasarunt. Alia insuper ratio memoratur, quòd suspecta illis nobilitas esset: nam cùm erumpentibus Anglis graviter pericliterentur; non subvenerunt illi, ut debuerant. Erat tertia denique causa; quòd discessu classis Batavicæ, quæ mare tenebat, dejecti fuerint animo, atque omni spe potiundæ urbis; quæ capi, nisi clauso mari, nō poterat. Flandrorum discessu minutis viribus, Princeps obsidionem solvere coactus, exulceratoque fuit in Gādenses, & Brugenses animo. Sed ne simul cum duabus potentissimis eâ tempestate urbibus, sibi negotiū faceſſeret, quas unanimes difficile fuisset vincere; Gandenses alienos à culpâ secessionis pronunciat: eos seorsum ulturus. Dein habitâ occasione, post varios nequidquam ordinum Conventus, Insulis, Cortraci, Teneræmondæ, Alosti, ubi Princeps nusquam per se, aut per legatos comparuit, quod jam diu animo decretum erat, Brugenses doniat. Gandenses cùm aliquamdiu quieti fuissent tandem translatione Curiæ Flandriæ, quam Princeps Teneræmondam migrare jusserat; dein novis salis & frumenti oneribus, aliisque insuper caussis irritati, multa committunt contra fidem Principi debitam. Non priùs tamen in bellum mutua hæc odia erupērunt, quàm occupatâ à plebe arce Gaverensi, Philippus defectum haberi jussit, ut quo arctiùs Gandenses premeret, Teneræmondam venit, opportunum huic bello locum: ubi pæne ad inducias usque sedem fixit. Hic cùm videret in trajectu Scaldis

82 *Sub Philippo Bono.*
83 *Caleti obſid.*
84 *Quæ cauſſa.*
85 *Gandenſes & Bruggenſes obſidionem deſerunt.*
86 *Quæ cauſſa.*
87 *Altera.*
88 *Tertia.*
89 *Quæ cauſſa bilis Gandens.*
90 *Philippi diſſimulatio.*
91 *Brugenſes ulciſcuntur.*
92 *Gandenſes cæſi. Curiam tranſfert.*
93 *Tributa indicit.*
94 *Gandeni. Gaverum occupāt.*
95 *Philippus Teneramo. venit.*

96 *Mora bello pernitiosa.*

97 *Subito opere Scaldim fernit.*

98 *Propugnaculi munitio.*

Scaldis magnam esse moram: quæ nusquam æquè periculosa atque bello; ubi sæpe momẽto victoria & clades cõstat, *& occasio amplius solet juvare, quàm virtus*; jussit inanibus vasis tabulas imponi, & sic subitario ponte flumen sternere: quod & altum est, & latũ, & vorticoso amne it præceps, reditq́; ut æstus fert. Hũc pontem ne Gandenses convellerent, in ulteriore ripâ propugnaculum hostibus objecit (unde adhuc loco nomen *'T block-huys*, id est arx) cui præfecit Dominos de Ternât, & de Humieres, proceres ambos aurei velleris. Primi per hunc pontem ad expeditionem ivêre dñi de Lannoy, de Humieres, Iacobus de Lalain, & Ioânes Renthiaci nothus, maximo comitatu; in quo multa fuit juventus, è primâ nobilitate. Hi trajecto Durmâ, venerunt in Lokeren; nobilem & opulentum Wasiæ pagum: ubi cùm pulsis Gandensibus, temere se ad prædam plerique convertissent; hostes hinc inde ad tria millia conglomerati, occupato põte, & incensis plurimis ædibus, juvante flammas vento, cũ reditum Burgundis intercluss̃issent, magnam stragem ediderũt.

Flav. vegetd. l. 3. cap. 25.

Oliv. de la Marche lib. 1. cap 25.

Ibidem.

99 *Gandensium clades.*

100 *Eorum Victoria.*

Quumq́; qui reliqui erãt conarẽtur recuperare pontem; miserandum in modum à Gandensibus, qui fortiter aditum, strictis mucronibus, longisq́; hastis tuebantur; magnam partem cæsi, mersiq; sunt. Nullus patebat reditus, nisi per flumen; quod alto, latoq́; gurgite utcumq́; rapido amne fertur: hâc tamen multi cũ equis natando evaserunt. Gandensibus interim pluris victoria stetit, quàm Burgũdis sua clades. Maximè autem Iacobi Lalani virtus hîc emicuit: qui ubiq; Imperatoris, & militis munere egregiè functus, meritus est non unam Civicam. Quocirca imitando Principibus exemplo, Philippus, qui indicto propugnaculo reduces suos excepit, & (quamquam Gandenses superiores fuerant; tamen strenuè suos rem gessisse norat, & victoriam non à milite; sed à Deo esse) proceres suâ mensâ ibidem dignatus est; hunc Lalanum adsidere sibi jussit: seditq́; ipse Princeps, infra illum, dicens, *velle se id de prisco more tribuere honori Equitis, prælii diei fortissimi*. Hic ille est, in cujus laudem tam effusus Oliverius de la Marche. Et certè virum magnum fuisse, Principis hoc de eo judicium, & tot monomachiæ, & provocationes Gandavi, Brugis, in Scotia, Anglia, Italia, Romæ, Neapoli, & denique in Burgundiâ: ubi continuo toto anno, in quosvis paratus depugnavit, satis manifestant. Periit autem obsidione arcis Pauceanæ, ictus in capite tormento: ingenti Principis dolore; qui cùm vir esset militaris, milites non amore solũ; sed etiam officiis prosequebatur, & præ ceteris hunc semper eximiè,

101 *Fortuna Victoria.*

102 *Iacobi Lalani virtus.*

103 *Laudanda Principum humanitas.*

104 *Virtus consummata.*

105 *De Lalano pace.*

Ibidem.

Ibidem.

Idem l. 1. c. 18. 19. 21.

Meyer. anno 1451.

Oliv. de la Marche lib. 1. cap. 16.

eximit, quem non solùm equestri baltheo donavit, eo die quo summâ virtute, cum Ioanne Bonifacio viro fortissimo duello decertarat; sed etiam paullò pòst, ob immensam Viri virtutem,

Idem cap. 22. anno 1451.

quæ jam omnem Europam ingenti nominis celebritate implerat, in nobilissimum aurei velleris Sodalitium Valentianis allegerat. Tanta enim erat ejus præ cetèris existimatio, ut inter tot Burgundicæ aulæ proceres, quorum innumero eâ tempestate numero, ad invidiam usque, & vicinorum Principum, Regumque terrorem Belgica vigebat, in illum potissimùm, boni ominis caussâ, Carolus futurus Princeps (quem bellicosum & audacem posteritas vocavit) anno ætatis circiter decimosexto, rudimenta equestris suę decursionis jussus sit obire. Sepultus est

Ibidem.

Meyer. anno 1453.

Lalani; quo nobilis viri cadaver, cũ lacrymis Princeps prosecutus est, captâque tandem arce, quam dixi, & in potestatem redactis præsidiariis octuaginta septem, omnes cum Præfecto strangulatos amico misit inferias. Sed ut ad institutum redeamus:

Oliv. de la Marche, lib 1. cap. 25. Vide lib. 3. c. 3.

Paullò pòst iidem ferè quos antè dixi, superatâ magnâ vi altâ firmâque munitione, quam Gandenses habebant in Overmeere (pagi id nomen est) magnam eorum fecêre stragem. Sub hoc

106 *Gandensium clades.*

Oliv. de la Marche lib. 1. cap. 26.

tempus Carolus Gallorum rex, legatos Teneræmondam ad Philippum, & ad Gandenses misit, de pace acturos. Hi navatâ

107 *legati Gal. regis ad Teneramo.*

Ibidem.

apud principem operâ eò rem adduxerunt, ut Gandenses cum legatis regiis Teneræmondam profecti, de induciis sesquimensis convenerint. Itaque sopito jam ad tempus bello, Philippus

108 *eorum opera inducie.*

Meyer. anno 1451.

hinc ad Conjugem Bruxellas abiit, relicto Præfecto urbis, & præsidii, Antonio magno Burgundiæ notho: qui finitis induciis

109 *Princeps abit Bruxel.*

Oliv. de la Marche, lib. 1. cap. 26.

hostem sæpe animosè hinc petiit; interdum etiam ab illo lacessitus fortiter se defendit. Hujus absentiâ freti Gandenses, duce Morello decreverant occupare propugnaculum transscaldanum: quâ de re jam antè certior Georgius Nosenbos nothi legatus, accersivit ex urbe trecentos sagittarios, & quinquaginta equites: jussitque expediri omnia quæ ad propugnationem facerent. Gandenses jamdudum exspectati, eâ ferociâ, & animi deliberatione venerunt, ut nihil veriti tormenta bellica, quæ magno numero, & assiduè non vano illos tonitru & fulmine perstringebant, recto tramite, firmisque passibus, ad ipsum usque vallum perrexerint; & incredibili animi ardore munitionem impugnarint, & fortè occupassent, nisi ex urbe alicquoties novæ vires submissæ, hostem lassum identidem propulissent. Itaq ie cùm fessi integri, alii atque alij succederent, ad tres horas acerrimè pugnatũ est. Tandem verò Gandenses cùm nihil proficerent,

110 *quis huic oppido Præfectus.*

111 *Gandensium & occupando Scoldis propugnacula.*

112 *fuga adversus.*

113 *oppugnatio.*

114 *repulsa.*

rent, ad sua se non sine clade receperunt. Aliquantò pòst cùm proditione Arnoldi van Specken præfecti arcis Gaveranæ, Iohannis van Oost Angli, suorumque ducum, dubiâ insuper Tormentarii cujusdam voce *fugite* (cùm ignis in pulverè nitratum incidisset) prælio Gaverano, exercitu ferè ad internecionem cæso, victi essent, & tantùm non cum urbe capti; Pacis leges quas victor Princeps non aliàs rebus desperatis dedit, quàm antè integris, acceperunt. Inter alias etiam hæc erat: *Ne Gandenses in posterum ad se evocarent causas pendentes in tribunali Tenera-monda.*

Meyer. an. 1453. Oliv. de la Marche lib. 1. cap 27 & 28. Anonymus Ms ad D Bavonis Gl. davii & Meyer. an. 1453. Oliv. de la Marche. l. 1. cap 28 & Meyer. a. 1453. Ibidem.

115 *Ad Gaveram clades.*

116 *Pacis leges.*

117 *quid in iis de Teneramonda.*

Sub Maxæmyliano Austriaco, qui postea Romann. Imp.

118 *Causa belli Flandrici sub Maxæmyliano.*

CVM mortuâ conjuge Mariâ Caroli Burgundi filiâ Maxæmylianus vellet Philippi filii, & dotalium ditionum tutelam ad se trahere; & Ordines Flandriæ, ac primates, etjam qui Principi pupillo sanguine juncti erant, id illi negarent, nisi ad tempus; idque eâ lege ut jurejurando se adstringeret, nihil se jussurum nisi viri prudentes auctores essent; quòd eum ob ætatem usu rerum carere existimarent, & plus æquo avaris & inconsultis hominibus tribuere; ingens exorta est controversia. Cui componendæ Antonii, & Balduini Philippi Burgundi nothorum operâ indictus Teneræmondæ conventus, cui interfuêre præter ceteram Nobilitatem duodecim aurei velleris proceres: sed cùm re infectâ discessum esset; Archidux qui in ordinem nolebat redigi, bello, & apertâ via agendum ratus; quo facilius Gâdenses in potestatem suam traheret, (penes quos tum erat Philippus Princeps, Mariæ heres) duos currus personatis Vestalium & Monachorum habitu duodecim militibus oneravit: quibus ductorem dedit Iacobum de Fouquesoles, cumque in procinctu esset cum expedita manu octingentorum equitum, exiguo ab urbe spatio, loco nemoroso, non procul à Cœnobio Svvivecano, cui VVaranda nomen, occupatâ summo mane, ipso D. Catharinæ novo strategemate portâ Bruxellensi, dato signo cum suis in urbem convolavit, eamque cepit: In foro aliquanti sper pugnatum; sed nulla edita cædes, præterquam unius viri, quem ad signum rosæ concidisse ferunt: superstite adhuc ad rei memoriam eo loci tabellâ. Comitis Hornani filium fuisse historiæ meminerunt. Ne autem ulterius

Marchant. Comment. lib. 3 & 4. Comment. in 2. ca. 11. Oliv. de la Marche. Adr Barland Chronico. c. 156. Ibidem.

119 *discordiæ sopiendæ Teneramondæ conventus.*

120 *nullo fructu.*

121 *Maxæmylianus strategema.*

Pontus Heuter. lib. 2.

Oliv. de la Marche li. 2. c. 21. Ibid. Comment. anno 1484. Oliv. Ibidem. Ibidem.

122 *qua hæc urbs capta.*

123 *animi cadet.*

124 *& cujus.*

Ibidem.

Idem in rodust. cap. 61.

Ibidem. rius pugnaretur, prudentiâ suâ Archidux effecit. miserat enim platcatim qui Civibus armatis omnem metum adimerent, & juberent de Principe securos esse. Itaque hâc ratione ab armis discessum. Postridie nihil urbs passa videbatur: ita pacata erant omnia, neque fortunæ, quod fieri solet, direptæ: neque ulla civium militumque offensio. Ita præsentiâ suâ Maxæmylianus occasiones præcidit: qui ipse etiam aliquamdiu hic substitit. Hæc ille qui eo tempore vixit, conformiter narrationi popularium; contrà atque Heuterus prodidit, de ingente civium strage, & fugâ. Aliquanto post Archidux hinc Bruxellas abiens Hugonem de Melun huic urbi præfecit; qui magnâ fide, integritate, & prudentiâ hic se gessit. Reliquit autem insignem memoriæ suæ fenestram, hic ad D. Mariæ, in Choro Virginis matris, cum effigie suâ, uxoris, armorumq; gentilium. Salutaris admodum erat Maxæmyliani in hanc urbem adventus: namque eo ipso die Coppenolius Senatui Gandēsi à secretis (quem concitandis seditionibus, & occupando Archiduci, Gallorum Rex certâ pensione sibi devinctum habebat) Gandavo cum magnâ manu exierat: cui erat imperatum, hujus urbis mœnia, ac turres demoliri, & fossas complanare. Meminerant Gandenses malos sibi vicinos Teneræmondanos esse, & numquam in sua studia potuisse trahi, nisi vi coactos. Sæpius autem ex hac tamquam arce oppugnatos, in summas venisse angustias. Itaque consultum, pace sociam urbem euertere, quam bello non possent. Hujus autem dissidii hic eventus fuit, ut bonorum Civium operâ pulsis Gandavo seditiosis, eâ urbe Archidux sit potitus, & simul filio: quem postridie per Ravestanæ regulum, & Oliverium de la Marche jussit Teneræmondam deduci. ubi summâ gratulatione exceptus, substitit: donec compositis Gandavi rebus, pacataque provinciâ, Bruxellas imperio parentis commigravit, comitantibus illum Balduino & Lannoy, & Ioanne de Bergis.

125 *Principis prudentia.*

126 *ita ab armis.*

127 *(Heuteri error)*

128 *quis hunc ejicit de Trajectino.*

129 *ejus hic mansio.*

130 *Gandensium adventus.*

131 *quo consilio.*

132 *belli quæ exitus.*

133 *Philippus junior Principi Teneramondano deducitur.*

lib. 2. rerum Belgicarum. Oliv. de la Marche. lib. 2. cap 11.

Pont. Heuter. lib 2. Oliv. de la Marche. lib. 2 cap. 11.

Idem cap. lib. 2. 12. & introduct. cap. 6 Comment. in eumdem lib. 2. cap. 12. an. 1485.

Sub Philippo II. Austriaco Hispann. Indiarumque Rege.

NOvissimis Belgicæ turbis, faciliùs fuisset contra decumanos fluctus, & adversam nimborum tempestatem, perpetuum tenere cursum; quàm non involvi publicis procellis: quas illorum temporum luxus, & Dei ira concitavit. Primis tamen hæresēon turbis nihil hîc novatum

134 *superiores turbæ.*

135 *arumnosa hasce urbi fata enarrantur.*

anno 1566.

(contrà atque Borrius scripsit) quo tamen tempore phanaticus lymphatorum hominum furor, per universam pæne Belgicam in imagines & templa bacchatus est. Sub id tempus Auriacus, Egmondanus, Hornanus, Hoogstratæ regulus, & Ludovicus Nassovius, Auriaci frater, quibusdam litteris consternati quas Parisiis à Francisco D'alaua regio illic Legato, ad Margaretam Austriacam in Belgicam transmissas curiosus aliquis intercepérat, Teneræmondam conuenerunt. Erat in iis ut cum tribus illis (designabantur hic Auriacus, Egmondanus & Hornæ Comes) quantum posset omnibus modis dissimularet; favorem & confidentiam vultu præ se ferret; Regem in illos opportuno tempore animadversurum: aliaque multa in hanc sententiam. Super his habita hîc consulatio in ædibus N. V. Ioannis van Royen, in quas paucis antè annis ipse *Philippus* Rex diverterat: & postea serenissimus noster princeps *Albertus* Austriacus. Sententiæ dictæ tres. Prima, rege irato nihil tutum: itaque cedendum. Altera, manendum potiùs: non enim defore Belgis auxilia, quibus vim vi depellant; si quid Rex secus moliretur. Tertia, Regem non esse eâ sævitiâ, ut in Belgicæ primates; summi Ordinis proceres, Collegas suos, toties bene de Republicâ meritas, implacabili sit irâ: neque tam duram, quin leniri possit. meliùs de ejus indole sentiendum, & sperandum. Hanc cùm maximè urgeret Egmondanus, penes quem erat summa bello auctoritas, & Veteranorum favor, sine quo nihil armis poterat tentari; aliis autem periculosa agendi ratio videretur, ubi nihil certi; ancipiti animo discessum est. Anno exinde CIↃ IↃ LXXII occupatis à Ludovico Nassovio Montibus Hannoniæ, Germani equites, ad c. l. qui ab equorum colore nigri vocabantur, ductore Arnoldo vanden Dorpe, mixtis cc. civibus ferè Mechlinianis, qui Auriaco sub quodam gentis Vã Uffele merebant (concesserat enim ea urbs in illius potestatem,) studio paucorum, clàm hîc admissi sunt: quæ res inter causas direptionis Mechlinianæ, à duce Albano scripto publico relata est. Hi uno circiter mense nullâ re gestâ, hîc hæserunt: nisi quod, cùm circa Drygotem (loci nomen est) triremem Antverpiâ appulisse audivissent, vectores & milites depulsuri, ipsi amissis primo congressu aliquot è suis, receptui cecinerunt. Aliquanto pòst receptis Montibus Hannoniæ, Germani illi cum suis veriti adventum regii militis, pavidi vix conclamatis vasis, sine tympanis aut tubâ, levi dato signo, hinc Sassum, inter Bierfletum & inde in Zelandiam discesserunt. Itaque jam liber ab eorum vi Senatus, legatos

135 *aliquot Proceres hic Conventus.*

136 *quâ causâ.*

137 *quæ dicta sententia.*

138 *Cur in Curiam ituros.*

139 *Teneræmonda aliæ occupata.*

140 *ea causa direptionis Mechlinia.*

141 *quando ab occupatoribus deserta.*

142 *Tenerasmondenses ad Albanum legati.*

tos decrevit ad Albanum Georgium Nerpletzen, Patrem Cœnobii Brigittani, Ioannem de Neve Consulem, Ludovicum van Nivole, & Michaëlem van V Vaesberghe Senatores, offensam deprecaturos: in quâ non scelus omnium; sed periculi securitas, & paucorum perfidia, qui de industria excubias neglexerant. Postridie Mondragonius, nobilis ille Hispanus, qui ex gregario milite per singulos militiæ gradus, ad summos honores industriâ pervenit, audito urbem milite vacuâ esse, magnam cohortis suę manum huc misit ductore legato suo, qui cum ad urbem venissent, Cives illorum adventu utcumque soliciti responderunt, regis in potestate suam urbem esse, neq; omnino sibi opus præsidio, quod tamen non recusarent, si Albani mandatum haberent: ad eum legatos à Senatu missos, tantisper ingressum in urbem differrent, dum illi cum mandatis rediissent. Ad hæc Servatius van Steeland, V Vasiæ prætor, qui cum ceteris pro mœnibus erat, Cives securos esse jussit; sine periculo rem esse; offensuros magis regem, si pervicaces ejus militem excluderent. Ejus oratione moti, & præsentiâ confisi, relictis portis militem admiserunt. Hic legatus Mondragonij, aliique qui cum imperio erant, in eam sententiam cum Senatu locuti sunt: ut aliquantâ summâ opus esse dicerent, quâ rebellionem in Principem redimerent: cumque ea in promptu non esset: non alia commodior ratio visa est; quàm ut quisque torques, sciphos, pateras, & muliebrem omnem ex auro, argentoque mundum, in commune ad curiam deferrent: rebus confectis ratâ portione sua recepturi. Hæc cùm potissimi inter se conuerrerent; milites fremere, & vociferari suo præmio frustratos se esse: venientibus urbem direptioni addictam: nunc ducibus omnia cessisse; nihil sibi. Quæ cùm indignabundi agminatim ingeminarent, eo ipso die quo venerant, à meridie urbs prædæ data est, sine cæde tamen. Itaq; decepti suâ spe Cives, ingens passi fortunarum naufragium: donec sequente nocte legati ab Albano veniam factorum referentes, & raptorum restitutionem, quæ nondum avecta erant pleraque recuperarunt. Eam huic oppido injussu Albani illatam vim legatum postea morte luisse aiunt. Id factum non uno loco in invidiam vocans de Meteren, more suo Hispanis imputat, quod eorum fuit, quos vulgo corruptâ voce V Valones nucupamus: ex quâ gente tam Mondragonii cohortem fuisse, satis notum est. Post horum discessum, missâ huc tria signa Hispanorum qui ex Zelandia adventarant: quibus evocatis pars cohortis Polyvileri successit. per ea tempora, toto pæne anno fuit hæc

143 *Mondragonius suos huc mittit.*

144 *Civium reflexio.*

145 *Militum admissio.*

146 *Pecuniæ ratæ.*

147 *Urbi direptio.*

148 *Legatorum reditus.*

149 *Ablatorum restitutio.*

150 *(error Emanuelis de Meteren.)*

151 *Hispanorum præsidium.*

152 *Germanici præsidium.*

153 Reip. nova administratio.

urbs sine Senatu. Opido præerat Ioannes de Bonnieres, dictus de Svvaetre, dominus de Bouë, & Vichte Prætor: Senatus autem munia obibant Guilielmus de Grisper Eques modò, & sanctioris Archiducum Concilii Senator & Martinus Roelants: quibus datus Actuarius Petrus Verreycken.

154 Regis militis insolentia.

Interjecto deinde tempore cùm à morte Ludovici Requesenii Belgicæ Gubernatoris, regius miles stipendiorum prætextu variè tumultuaretur, & tandem ab Ordinibus, quibus Regio diplomate in aduentum Ioannis Austriaci respublica mandata erat, hostes & Regis & patriæ judicati essent, eoque magis hostilia omnia minarentur, & perpetrarent, occupatâ jam per vim Alosto, fædatisq; passim & igni & ferro agris; Flandriæ Ordines de Teneræmonda admodum solliciti, quòd in ea multum illi provinciæ sit momenti; opus esse judicarunt eam reddere suarum partium: quod etsi non omnino erat in proclivi, quia magna pars cohortis Chiliarchæ Polvvileri, cui multa stipendia debebantur, in præsidio erat; magnis tamen pollicitationibus eò rem promouerunt ut milites promiserint acceptis stipendiis, Ordinibus urbem dedere; neque interea Hispanis iter dare: missique ea de re Gandavum obsides. Huic conuentioni tribunus ipse Polvvyler cum Constantino filio summis viribus, quantum potuit, obnixus est. Blosius verò Treloni dominus Prætor, cùm maximè videretur eam rem provehere; tamen id unum studebat, ut tanta summa addiceretur, quantæ Flandri solvendo non essent: manerentque hîc tantisper Germani, dum Ioannes Austriacus, qui jam in provinciam venerat, advẽtaret. Id quantum occultavit, non caruit tamen suspicione. Itaque missus Teneræmondam Cornelius Schepperus Eecke dominus & Franciscus vanden Ketulle Ryhovæ Toparcha, ad subducendas cum milite rationes; eosq; porrò in Ordinum studia pellicendos. quorum operâ eò res deducta est, ut solutis huic præsidio ducentis triginta millibus florenorum cùm toti cohorti ultra CIↃ IↃ millia deberentur, dicerent se opido cessuros. Cùm autem ea summa tardiùs numeraretur, & interim à Tribuno suo & à Ioanne Austriaco solicitarentur ad fidem Regi præstandam, mutaturi consilium videbantur; nisi semimensis stipendio, nomine congiarii, in singula capita eos Ryhovius in suam sententiam pertraxisset. Itaque cùm ejus potissimùm industriâ hoc opidum in Ordinum potestate mansisset in operæ hostimentum Teneræmondæ Præturam illi detulerunt, & in novos præsidiarios imperium. Germani autem illi postquam de stipendiis satisfactum illis

155 Ordines de Teneræmonda solicit.

156 cum Præfectis pacisc. untur.

157 invito Civitatis.

158 Blosii Prætoris Prudens simulatio.

159 consilium.

160 Franc. vanden Ketulle dni Ordinibus operam.

161 Fit Prætor Teneræmondæ.

illis esset, partim ad regios abiêre; partim sacramentum Ordinibus dixêre. Ryhovius novas tres centurias intrò duxit. Hac tempestate cùm externus quidam D. Danieli Heyns, in Beghinasio pro concione locum aliquem in Matthæo citanti, Orationem abrumpens, dixisset: *At quæ sequuntur, taces*; in maximum vitæ discrimen venit, consurgente totâ concione, & multi ebri turbâ, uno furoris impetu irruente. Paullò pòst intempestâ nocte domus quædam, juxta portam Bruxellensem, arsit: an fortè fortunâ, an datâ operâ, incertum. Cumq; militari more tympana sonarent, concursum hinc inde. In hoc tumultu quidam per tenebras alteri obvius, cùm rogaret, Quis tu? atque ille respondisset, *Pacp uyt* (id est foras Sacerdotes) sive id hominis vesaniâ dictum; sive quòd tessera ea erat; jamque hæc vox totâ urbe percrebuisset, uno impetu & templa à mulitibus, & Sacerdotum ædes direptæ sunt; nullo aut Senatus, aut civium assensu: quos quæ fiebant prohibere, & rei ignorantia, & armorum desuetudo, & subitæ rei per noctem metus vetabat. Postridie Petrus Dauvvere Sacerdos è curia, quò à phanaticis deductus erat, descendens, in gradibus privato quodam odio, pugione transfossus est: quo ex vulnere paullò pòst interiit. Ferebatur ejus cædis auctor homo quidam factiosus, & de novâ religione suspectus, quem aliquando de hæresi deferre prædictus Petrus minatus erat: itaque ille temporum occasione fretus, eas minas magno scelere ultus est. Eodem anno (erat is CIↃ IↃ LXX VII.) sub Ioanne Austriaco rebus provinciæ omnino turbatis, cùm Brabanti suæ ditionis gubernacula Auriaco tradidissent, idque ægre ferret præcipua Belgicæ Nobilitas, communi consilio Archiducem Matthiam, per Maelstede dominum, ad capescendam Belgicam invitarunt. quòd cæteri nobiles, ordines, & urbes provinciarum, quod se inconsultis factum esset, siniströ interpretati sunt.

162 *Hæretici ejusdam intempertæ.*

163 *Vitæ periculum.*

164 *Tentamenta de domus cujusdam incendium.*

165 *tenebras personam.*

166 *templa & sacerdotum ædes direpta.*

167 *Petri Dauvvere Sacerdotis cædes.*

168 *cius auctor*

169 *Auriacus Brabantiæ Præfectus.*

170 *Matthias Archiducem evocatur.*

Decreverant superiores illi Archiduci rerum summam tradere; eumq; Teneræmondam ducere, opportunum suo consilio locum: quo videlicet Brabantiæ vicinior, Auriaci auctoritatem nominis splendore obfuscaret, & paullatim extingueret: cujus & potestas, & religio suspecta erat: (Gandenses id captæ postmodum nobilitati objecerunt, dicentes factum ad separandam Brabantiam à Flandriâ, & novos concitandos motus, ducendumque bellum, si Auriacus, Brabantiâ nollet cedere) habebantq; in animo, si opus esset, uti viribus totius exercitus; Sed Auriacus illos occupauit: Nam & præsidio ordinum

171 *quo consilio.*

172 *aliorum ea deve suspicio*

173 *Auriaci [illegible]*

de

de exercitu securus fuit; & Archiducem in Ordinum favorem pertraxit.

174 *Franci. Valesius.* Anno dein CIↃ IↃ LXXXIII. Franciscus Valesius, Andium, & Alenzonii dux, Henrici tertii Galliæ Regis frater unicus, Brabantiæ Flandriæque Principatum, in hac populi secessione adeptus, decreverat calido paucorum consilio, absolutum in provincias imperium sibi asserere: quod aliàs (cum veteri Belgarum in Francos odio, tum diversarum religionum hominibus diffidens) neque diuturnum fore, neque certum suspicabatur. Igitur uno, eodemque die (erat is XVII Ianuarii) præcipua aliquot ad hanc rem loca occupare contendit: ut Duynkercam, Dixmudam, Vilvordiam, Alostum, Meninas, Ostendam, Brugas, Antverpiam, & Tenaremondam. Hîc in præsidiis, Ordinum Flandriæ tres centuriæ erant, sub imperio Ryhovæ domini: qui cùm per ea tempora abesset, vicarium reliquerat Fridericum Vanden Dorpe; cui legatus Ioannes van Loo, Ductores erant Sonneveldt, Schuddematte, & Gouy; Duo insuper signa Gallica, quæ recenter in has ditiones venerant, quibus imperabat de Brugny, & Villenove. Præter hos ad dictam diem venêre Alosto tres centuriæ, sub Blanchefort: & Antverpiam iter habere simulabant. His aliquamdiu ad portam subsistendum erat (quæ de more, ob Hostilis incursionis metum, sub prandium claudebantur) tandem à Friderico van den Dorpe, & Ioanne van Loo admissi, primùm pacata omnia præ se ferebant; at postquam ad forum ventum est, funestam vocem ingeminarunt, Occide, occide. Belgicus miles cum civibus aliquot tueri se parabant; sed serum erat in armis præsidium. Cæsi Cives quatuor, milites paullò plures. Pulsi continuò Belgæ præsidiarii, qui remanserant postridie jussi abire. Ita in Gallorum potestatem redacta Ciuitas. Nihilominus suspensi animo victores, per triduum catervatim sub dio ad ignes substitere: dum resciscerent quo eventu Antverpiæ res gesta esset. ubi cum magna civium virtute Alenzonius cum suis pulsus esset, Berchemo ex castris ad D. Bernardi, inde navigio Tenaremondam cogitabat; sed ab Antverpiensibus missâ per Scaldim classe prohibitus, Dusflam petere coactus est: ubi trajecto Netâ, & dein Rymenandæ, Diliâ, post varias clades (stiterant enim Mechliniani amnem, unde magna exercitus pars inundatione periit) tandem Vilvordiam pervenit, & inde Tenaremondam, mœstus & squalidus. Hospitium habuit in aulâ Viglii; Monpenserius in coronâ; Marschalcus Biron

175 *Bellum Principes.*

176 *Quæ consilium.*

177 *Tenaremonda præsidium.*

178 *Gallica cohortes immissæ.*

179 *Alteros pellunt.*

180 *urbem occupant.*

181 *Sub dio agunt.*

182 *Gallorũ Antverpiæ clades.*

183 *Valesius Tenaremondam cogitat.*

184 *In via clades.*

185 *Tenaram. venit.*

ron in ædibus Ioannis van Royen; Comes de Lavae juxta portam aggeris, eâ domo, quæ vulgò *den Lombaert*. Hîc dum profugus Princeps hæret, tandem cum Ordinibus certis legibus in gratiam rediit: *ut ipse Duynkercam proficisceretur, & cum illo trecenti Equites, & quadringenti pedites: ubi aliquamdiu se continerent: atque interea cum legatis Ordinum, de Provinciarum negotiis ageret: Vilvoldiam Ordinibus traderet: ejus milites tam Galli quàm Helvetii Ordinibus mererent: ut & milites, & ipse Dux sacramento se adstringeret, nihil in posterum attentare contra Rempublicam. Eâdem lege Angli & Scoti in Wasiâ tenerentur. Interea Dux obsides acciperet: iis acceptis, ejus milites Teneræmondâ decederent: Dux Duynkercam abiret. In itinere captivos (solutis antè expensis, olioqui aut alius, aut ipse Dux sponsor esset) & chartas cum ciftis, scriniis, & supellectile, reciperet. quo facto Dux Dixmudâ præsidia sua evocaret, & simul obsides redderet. Dein Bergas S. Winoci milite suo liberaret: & denique omnium officinarum utrimque amnestia esset, & conventio Burdigalensis* XXIV *Ianuarii an.* CIↃ IↃ LXXXI *rata haberetur.* Acta hæc & confirmata *Teneræmondæ* XVIII Martii CIↃ IↃ LXXXIII. Ex lege hujus conventionis migravit hinc, cum suis, vitio creatus princeps, Duynkercam, hebdomadæ sanctæ feriâ V: & inde rebus desperatis, XXVIII Iunii, in Galliam: ubi postquam cum fratre Rege, post longas simultates, in gratiam rediisset, profluvio sanguinis, circa trigesimum ætatis annum, periit.

186 *cum Ordinib. pacisitur.*
187 *pactiones.*
188
Teneræmondâ cedit.
189 *& Belgicâ.*

Post Alenzonii discessum rursus hanc urbem Flandriæ Ordines præsidio munierunt, ejusq; curâ iterum Ryhovio imperata. Paullò pòst, Gandenses occupato jam ab immortali heroe principe Parmensi Sasso (propugnaculum id est ad ostium novi rivi, quem Gandenses ab urbe suâ, per quatuor Ambacta ad mare usque, sub Carolo V. deduxerunt) & insuper traditâ à Servatio vanden Steelandt ditione VVasianâ, cùm ancipites animo essent, & nunc in pacem cum principe propenderent; nunc alia meditarentur consilia: de Teneræmondâ in omnem eventum securi esse curarunt. Missi itaque XXVII Oct. CIↃ IↃ LXXXIII Iudocus Triest. Antonius Heymans, & Iacobus de Somere, qui Ryhovium exauctorarent, ne is in mora esset (quod futurum erat) si quid fortè de suarum urbium, & arcium deditione cum Parmensi decerneret. Erat is tum Gandavi, cumque id agi intellexisset, conscenso equo, itineri se dedit. Portâ autem quæ huc ducit observatâ, decreverat mœnibus eques desilire; nisi obequitans, & idoneum saltui locum circumspiciens, tandem ad Mudanam usque portam progressus, eam so-

190 *Teneramonde tursus præsidio munitur.*
191 *Eorum de hac urbe consilia.*
192 *Et exauctoratio Ryhovii*
193 *deprehensa.*

194 & impedimento. lo obice obductam comperisset. Itaque hac erumpens, cito cursu Teneræmondam venit; ubi quàm primùm legatos illos in carcerem conjecit: ex quibus Iacobus de Somere etiam de vitâ periclitabatur.

Sequente anno cum Principis Chimacensis studio Brugæ, Hypra, & Dammum in regias partes concessissent, ac inter Gandenses etiam de pace sermo esset, Montiniacus obturato ad VVetteram Gandavum inter, & Teneræmondam Scaldâ, structisque utrimque ad ripam propugnaculis, eò rem adegit, vt pactis induciis Tornacum miserint, acceptis obsidibus Sigurâ ductore Hispano, & Nicolao Daubermont dño de Manui Aldenardæ Gubernatore: qui à Ioanne Embiesio Consule hospitio accepti, eo eventu rem gesserunt, ut Consul non dubitarit XXIV Martii decano nautarum imperare, quasdam naves & pontones onerare scalis, perticis, tabulis, cratibus; & prono amne Teneræmondam vehi. quæ res cùm non omnino clàm fieri posset, Senatus decreto impedita est. Fuit id illi postmodum exitio: Nam continuò jussus abdicare Magistratum, in carcerem abductus est; & Senatus sententiâ damnatus, præcipitem illam animi levitatem (quam & ipsa res, & litteræ Montiniaci ad Siguram, & Roelandus Iorck Centurio, consilii conscius, detexerant) extremo supplicio luit. Hac de re Ryhovius certior, continuò legatum dicti Roelandi Sethon Scotum in vinculà conjecit: qui quæstionibus admotus, & ordine omnia fassus, morte multatus est in crucem primùm actus, inde in quatuor partes dissectus: quarum singulæ ad singulas urbis portas; caput autem ad D. Quintini ludibrio, & exemplo expositum est. Eo periculo Ryhovius cautior, majoribus præsidiis urbem firmavit, quæ ad sex signa Oliverius vanden Tempele Bruxellis submisit. Parmensis dein post superatum Liefkens-hoeck, validum ad Scaldam propugnaculum, tentatâ etiam, sed desertâ Lilloæ arce, junctis viribus Teneræmondam obsessum venit: cujus potiundæ ideo propior spes erat, quòd partem præsidii Lilloam missam sciebat; & qui reliqui erant, circa sex signa, non admodum æquo animo esse, ob multa stipendia quæ debebantur, quorum prætextu Ryhovius in Hollandiam profectus erat; re autem, metu obsidionis (omnia enim sua convasaverat, quæ antequam Antverpiâ solveret, amisit, fraude nautæ, qui depulsâ navi, antequam ille adventaret, nusquam postea comparuit) relicto ad defensionem urbis legato suo, dño de Mortaigne cum quin-

195 Scaldis vnatra aggere facto.

196 cessa collocat.

197 Obsides.

198 Embiesii hostia cæsi.

199 ejus machinatio.

200 impedita.

201 cum morte luit.

202 non solus.

203 Teneramonda præsidio firmata.

204 à Parmâ obsessa.

205 à Prætore defensa.

gentis

gentis circiter militibus, & unâ equitum turmâ. Parmensis occupato in novo castro (loci nomen vulgò Nouburgh) propugnaculo, quod ante tulam pavidi milites deseruerant, & derivato per viam regiam Tenerâ, cujus inundatione Cives tutos se credebant (trænarant enim fluminis amnem aggere circa locum vulgò Putkens turre) admotis viâ Bruxellensi octodecim tormentis, magno impetu cœpit urbem quatere, & facto longo hiatu, primò propugnàculum ad portam Bruxellensem magnâ vi, tandem altero assultu expugnauit. Inde antè quam murum adoreretur, cujus ruinam novo intus opere propugnatores conpensarant, deditione urbem cepit XVII Augusti CIↃ IↃ LXXXIV: amissis in oppugnatione, & antè, multis magni nominis militibus; inter quos Petrus de Pace Chiliarcha Hispanus, & Petrus Taxis. Hanc deditionem inter potissimas victorias Parmensem habuisse, hæc, in conclavi Pontificio Romæ, Epigraphe docet: ubi inter paucas urbes Teneræmonda numeratur. 206 derivato Tenera. 207 bis oppugnata. 208 tandem deditio.

Alexander Farnesius Octavii filius, Parmæ, ac Placentiæ Dux tertius, Provinciam nactus Belgicam, Philippi Hispaniarum regis imperia detrectantem, Mastrichum urbem munitissimam expugnavit: Bironium Gallum diversarum partium ducem, collatu signis prælio vicit: Duynkercam, Gandavum, Brugas, Hiptas, Teneræmondam; Bruxellas, aliâque plurima Belgii opida, aut vicepit; aut ad deditionem compulit. Antverpiam nullis humanis viribus expugnabilem, ingenti ad Scaldim operum magnitudine circùm munitam, in deditionem accepit, Noviesium receptum Colonienſi Archiepiscopo reddidit. Belgas omnes qui continentem incolunt, in Philippi regis potestatem, & ad Ecclesiæ Romanæ obedientiam reduxit. Hæc ob res fortiter gestas à S.P.Q.R. Summus Imperator, elogio prope majorum triumphos, quorum gloriam aut vicit, aut certè aquavit, ornatus est, Achille Cibo, Octaviano Crescentia Coss. 209 ejus deditionis Roma memoria.

Præsidiarii lege deditionis incolumes gladio & pugione accincti V Villebroecam deducti sunt. Emanuel de Meteren (ut alia omittam de exhaustis paullatim fossis, dirutis cataractis, & obstructo amne &c.) duos concionatores contra pacta captos esse scribit: quod secus est. Nam unus tantùm erat; neque ejus in legibus deditionis, aut sermone, aut scriptis, ulla mentio. 210 Præsidiarii dimissi. 211 (Eman. de Meteren error.

212 *Minister strangulatus.*

mentio. cumque inter præsidiarios exiens ministèr esse deprehenderetur, captus est, & strangulatus. idque eò magis, quòd sacerdos antea fuerat, & volens sciensque Principem, cum religione ejurárat. Exinde in Domini sui obsequio semper hæc civitas mansit: unde exciderat, non Civium vitio, quorum paucissimi profanatæ religionis cultum, in communi illo delirio secuti; sed fortunæ incumbentis necessitate, & externorum cogente potentiâ. Enimvero omnes superiorum temporum Principes, ab ipso usque Maleano, summis elogiis egregiè prosecuti sunt horum Civium fidem, quorum variæ hac de re laudes in archivis exstant. Eximiùs erit testis, unus instar omnium, Carolus V. Cæsar; quem Principem nominare, laudare est: hic illustri, & augusto testimonio, omnium temporum merita complexus, posteris testatum reliquit, *Hanc urbem semper bonam fidamque fuisse erga se, & suos Majores Flandria Comites: neque ullum extare contrarium exemplum.* ut meritò dicique at, quod auspicatissimo ALBERTI & ISABELLÆ Principum in hanc suam urbem adventu, vir doctus panxit.

213 *Civium in fidem Catholicam & Principem studium*

214 *de Civium fide. de Caroli V. testimon.*

Thessala sit Tempe, & Memphitica marmora desunt;
Adversus Dominos est amor, atque fides:
Ladere quam potuit fatis vis major iniquis;
Fata sed ipsa quidem frangere non poterunt.

215 *de eadem Epigramma.*

CAPUT VIII.

Privilegia.

FIDEM Civium erga Dominos præmia id est Privilegia sequantur: quæ Dominorum favore variè adepti sunt: & ut omittamus ea, quæ antiquitus à priscis Dominis habuerunt, quorum pleraque situ temporum, & oblivione periêre, à Ludovico Maleano auspicabimur; qui primus Comitum Flandriæ, hoc Dominium accepit. Sunt autem inter cetera hæc:

1 *Confirmatio legum & consuetudin.*

Ludovicus Maleanus confirmavit leges & consuetudines, quæ fuerant tempore Roberti Comitis. Archiva oppidi.

2 *Confirmatio privileg. textor.*

Idem ut *dominus supremus & sine medio* confirmavit privilegia textorũ, & pãnificii: quibus eâ tempestate hæc urbs vigebat. diplom. an. 1343. diplom. an. 1311.

Idem

diplom. 1555. Idem confirmavit jus Asyli, quo antiquitus sub priscis opidi dynastis fruitam hanc urbem declarat: exceptis qui exsulant ob conspirationes contra Dominum, qui vim Domino intulerunt, aut ministris Iustitiæ: latronibus insuper, prædonibus, incendiariis, & qui feminæ vim intulerunt. 3 de jure Asyli.

Ibidem. Ibidem immunitatem Civibus largitur ab arresto per totam Flandriam. 4 de immunitate ab arestis.

diplom. 1379. Idem Teneræmondanos à novo telonio Antverpiensi liberat. 5 de telonio Antverpiano.

diplom. 1349. Idem vetuit hic exteros ad munia publica ad mitti exceptis Flandris. 6 de muniis publicis.

diplom. 1383. Maleani gener *Philippus Burgundus* hujus opidi Cives (quod antè socer fecerat) à novo telonio Antverpiensi immunes esse declarat. 7 iterum de telonio.

diplom. 1397. Idem concessit nundinationem anniversariam: cujus initium esset Martis post D. Lucæ, duraturam triduo, cum immunitate ab arresto. *Corolus V.* transtulit diem, statuitque initium primo Veneris post primum sabbatum mense Octobri. Dicta autem immunitas non modò nundinationis tempore data est; sed octiduo antè, ad veniendū, & advehendum merces, & octiduo itidem pòst, ad convasandum, & abeundum. unde tamen excluduntur exsules, fugitivi hostes, & debitores Principis. 8 nundinæ annuversariæ. 9 earum translatio.

diplom. 1550.

diplom. 1402. Idem confirmavit antiquam consuetudinem, quâ penes Scabinos erat potestas adscribendi viros, & feminas, cujuscunque loci & conditionis, in Civitatem & privilegiorum fruitionem. 10 de data Civitate.

diplom. 1601. Idem dat Senatui potestatem ex alieno carcere & tribunali etjam in criminalibus cives suos, eorumq; causas ad se evocandi. 11 de evocationibus.

diplom. 1454. *Ioannes Burgundus* transtulit eas impositiones, quas Assias vocant, in publicum urbis usum. Diplomati etjam filius ejus *Philippus* subscripsit. 12 de assisis.

diplom. 1414. Idem *Ioannes* adstringit omnes territorii incolas ad purgationem fossarum hujus opidi. 13 de purgatione fossarum.

diplom. 1414. Idem cogit Ecclesiæ Collegiatæ Canonicos, & qui Ecclesiasticis beneficiis fruuntur, ad personalem residentiam. 14 de residentia sacerdotum.

Idem declarat causas hujus Curiæ Feudalis non spectare ad cognitionem Consilii Flandriæ; sed Iudices Feudales hîc judicare per Arrestum, & repræsentare ipsum Principem. 15 de judicio feudali.

Philippus bonus largitus est Curatoribus Sacelli D. Virginis 16 de cudendo nummo.

poteſtatem cudendi numos æreos, pretii quatuor obolorum Flandricorum. Id Maxæmylianus confirmavit. diplom. 1513. diplom. 1440.

17 *de cerevisia Cerevisiæ.* Idem vetuit toto Territorio intra ſecundum ab urbe lapidem Cereviſiam coquere, aut aliunde quàm ex urbe petere: quod poſtea confirmavit Carolus V.

18 *de exportatione Cerevisiæ.* Idem vetuit toto territorio Cereviſiam è navibus exportari; ſed in urbe id fieri mandavit: ubi etiam juſſit duas horas in ripa relinqui; quod ſtapelam ſive ſtabulationem vocant. diplom. 1440

19 *de optimo cathallo.* Idem remiſit medium bonorum mobilium, quod ad Principem ſolebat pervenire à morte eorum, qui non erant Cives, compenſatione optimi cathalli. 1444

20 *Terra Mondanensis non eſt Comitatus Flandriæ.* Idem ſingulari privilegio declarat opidum & dominium Teneræmondenſe nec eſſe, nec fuiſſe Caſtellaniæ Gandenſis; neque de Comitatu Flandriæ, neque de hujus tenemento; ſed purè vicinum Caſtellaniæ Gandenſi. diplom. 1451.

21 *de Sodalitate D. Georgii.* Idē cōprobat Sodalitatē D. Georgii, eamq; privilegiis ornat. diplom. 1458.

22 *de conditione feudorum.* Idem confirmat antiquam conſuetudinem hujus Curiæ, feuda ad lubitum onerandi, vendendi, alienādi, ſine venia Principis, aut proximi heredis aſſenſu: nullâ etjam juratâ neceſſitate; *quia*, inquit: *hæc feuda alterius ſunt naturæ, quàm aliarum Curiarum: quū hæc terra ſit Imperialis: & non de noſtro Comitatu Flandriæ: ut ſatis liquet ex noſtris tabulis in Conſilio Flandriæ aliàs expeditis, & nunc examinatis, poſt maturam deliberationem, habitoq; ſuper hoc judicio Curiæ Flandriæ.* &c. Hoc tempore Principi ab arcanis erat Ioannes de Bricquegny, Petri de Bricquegny Equitis filius, qui hoc Philippi diploma ſignavit: cujus eò potiſſimùm hîc memini, quòd ejus hac urbe poſteritas durat. diplom. 1461.

23 *de carcere Civis.* *Maxamylianus* vetuit Civem ob cauſſas Civiles in carcerem rapi, ſi ſponſorem præbeat. In Criminalibus etiam noluit Prætorem in aliquem manus injicere, niſi habitâ antè ſuper facto inquiſitione: aut niſi aliquis ſit, qui ſe palàm Aduerſarium & actorem profiteatur, ſeq; cum Reo Prætori dedat. diplom. 1480.

24 *immunitas à fisco.* Idem declarat Cives in perpetuum immunes fore à fiſco, ob quodcumque demum crimen, exceptis læſione majeſtatis, conſpiratione, & ſeditione. Ibidem.

25 *de nova dignitate magistratuum.* Idem vult quotannis novos eſſe magiſtratus: neque ulli ſuum munus ultra annum prorogari. Ibidem.

26 *forum hebdomadale.* Prædicta *Maxamyliani* beneficia cōfirmavit *Philippus Auſtriacus* primus. diplom. 1494.

Idē *Maxamylianus* conceſſit mercatum Hebdomadalem diebus Lunę: & immunitatē ab exſecutione & areſto ob debita, diebus diplom. 1494.

bus Dñcis, Lunæ, & Martis. Id etiam *Philip Austrius* cõfirmavit.

diplom. 1497. *Philippus Austriacus* primus confirmavit antiquam consuetudinem, de non arestandis ob debita urbis, aut loci ubi habitant, iis qui cujuscumque generis annonam in hanc urbem deferunt, quocumque modo. 27 *de non arestandis qui annonam asferunt.*

diplom. 1524. *Carolus V.* confirmavit consuetudines quæ observantur in ædibus mortuariis. 28 *de ædibus mortuariis.*

diplom. 1514. Idem novam D. Andræ Sodalitatem privilegiis ornat. 29

diplom. 1527. Idem jussit ut nundinarum tempore adscripti cives incolæ territorii cum armis ad excubias in portis præstò essent. 30 *de Sodalitate D. Andreæ.*

diplom. 1533. Idem dedit Senatui privilegium in casu appellationis, ad Curiam Flandriæ transmittendi lites cum iis scriptis ex quibus secundùm allegata & probata judicatæ sunt. 31 *de nundinis.*

diplom. 1540. Idem vetuit monopolia exercere in territorio: mandatque omnibus merces ad forum deferre. 32 *de transmittendi litibus in scripto.*

diplom. 1540. Idem prohibet uspiam non Cerevisiam modò; sed ne ullas omnino merces onerari aut exonerari præterquam in urbe. 33 *de monopolio.*

diplom. 1544 Idem hic constituit Judicem causarum Civilium, quem Princeps *suum locum tenentem* sive vicarium vocat: coram quo Cives Gandenses & Teneræmondani possunt citare debitores suos, qui habitant locis sequentibus: *Lokeren, Coudenburgh, Dacknam, Waesmunster, Eeversele, Sombeke, Thielrode, Basele, S. Gillis, S. Nicolaes, Nieukercke, Kemseke, S. Paulels, Stekene, Sinay, Belsele, Moerbeke, Themseke, Ripelmonde, Exaerde, Hacsdonck, in S. Nicolaes, in Belsele, in Waesmunster, in Lokeren, Pumbeken, Paddeschoot, Aerschot, Bornem, Inghene, Mariekercke, de Weert, S. Amants-Basserode, Opdurp, Messelaer, Ghyseghem, Hosslaey, Wese, Moorsele, Herdersem, Wanselein ditione Teneramondana, Oordeghem, Baveghem, Buesiem, Nieukercke. Eerdeghem, Liekercke, Leene, Lombeke, Dender-houtem, Ninove, Kerckhove, Okegem, Hillegem, Eremboodegem, Wolle, Tseghem, Ter Aiphene, Aspelaere, Hautre, Haultert, Kercks-Kin, Hilleghem, Woubrechteghem, Sententelins, Zele, Hamme, Belle, S. Gillis, Swiveke, Grimbergen, Moerseke, Baesrode, Lebbeke, Oudeghem, Appels, Moorsele, Capittele, & Wese-Capittele.* 34 *de Judice Civili.*

diplom. 1550. Idem novâ lege quam *Carolinam* vocant, adimit Gandensibus omnem jurisdictionem, auctoritatem, & præeminentiam in Teneræmondam, ejusq; Territorium. 35 *Jurisdictio in hos Civ. Gandenses sublata.*

diplom. 1542. Idem cogit omnes territorii incolas, qui intra secundum milliare habitant, ad munitionem opidi. 37 *de munitione opidi.*

diplom. 1546. Idem abolitis priscis privilegiis Sodalitatum D D. Ægidii & Sebastiani, iisq; in unum corpus redactis, nova indulta largitur. 36 *de Sodalitate D. Sebastiani.*

CAPVT

CAPVT IX.

Politia.

1 *Quæ ille summa dignitas.*

NVNC quæ Politia sive administrationis sit ratio, ostendam. Summæ dignitatis, & auctoritatis munus, ut in plerisq; Belgicæ urbibus, ita & hîc est Prætura. Vicem enim Domini absentis Prætores obeunt, jus Domini curant, decimas exemptione, aut mutatione omnium terrarum (exceptis feudis) capiunt: itidem reddituum, qui pro hypotheca fundum habent. Iustitiam exercent criminalem, aliasq; habent insuper dignitatis, & muneris prærogativas, quæ omnia aut per se, aut per vicarium, sive Proprætorem curant. Atqui hæc quum eximia sint, non nisi claris natalibus viris, & virtute illustribus, demandari solent. quales ii, quos à multis retro annis cùm ex Analectis prudentissimi viri Ioannis de Clerck, hujus urbis actuarii; tum ex Dionysii Harduini scriptis apud Iustum Harduinum nepotem collectos, consequenti serie producam. Etsi multo antè fuisse Roberti Betunij Flandriæ postea Comitis diploma ostendit: quo ille vivo adhuc Guidone patre, *jussit suum Pratorem Tenteramondensem præsentem esse venditioni, & traditioni, quam facturus erat Raso Gaveranus Ecclesia Sancti Bavonis, de altâ justitiâ pagorum Everghem, Sleydinghe, Wondelghem cum omni reliquo jure.* Idem Svvivecanus Codex testatur. & aliquanto antè, Roberti Advocati cum Capitulo Cameracensi conventio.

2 *Prætoris munus.*

Archiva, D. Bavonis.

anno 1274. anno 1245.

3 *Prætorum ab anno 1364. ad hoc annum series.*

Gulielmus le Most anno CIↃ CCC LXIV.
Ludovicus Lichterveldius.
Ioannes Halewinus anno CIↃ CCC LXXVI.
Richardus de Haultrive anno CIↃ CCC LXXVIII. ad an. 1378.
Ghildolphus Gruythusius Eques anno CIↃ CCC LXXVIII.

4 *Controversia sedata inter Gruythusios & Bovinos.*

Hujus meminit Meyerus, ubi dicit: *Pacem factam per Margaretam à Francia Ludovici* (Maleani) *matrem inter Ghildolphum ab Gruythusio, & dominum Gruythusium cum suis, ex una; & Ioannem Bovinum* (malè ibi legitur Bovinum) *Molenbecæ dominum, & ejus propinquos, alia ex parte; & sedatas domesticas eorum vikas, & inimicitias.*

Olive-

Oliverius Halowinus Eques anno CIↃ CCC LXXXII.

Robertus de Capple octavo Maii anno CIↃ CCC LXXXVI idem fuit aliquanto pòst Prætor Aloſtenſis.

Ioannes van Hoorſt ſexto Februarii anno CIↃ CCC LXXXIX.

Philippus Maſminius Eeckæ, & Hundelghemi Dominus anno CIↃ CCC LXXXIX.

Meyer, anno 1379.

Hic idem ille fuit, qui ſub Maleano cùm hæc urbs à Gandē- 5
ſibus aquâ terrâque obſidebatur, inter nobiliſſimos propugna- *Philippus Maſminius. Tenerem. obſeſſus.*
tores eſt relatus: & poſtea pacatis inter Philippum Audacem & Gandenſes rebus, conventioni pacis inter alios proceres ſub- 6
ſcripſit. Uxorem habuit Catharinam de Mirabel Franconis fi- *Ejus uxor.*

Colleſtan. Gallardi.

liam, viduam Ioannis Uyter-zwaene, & ex eo matrem Ioannis: utriuſque memoriam inveni in obituario Collegiatæ Eccleſiæ Teneræmondenſis, in hæc verba: anno CIↃ CCC XCI *menſis Aprilis decimo octavo, obiit nobilis & ſtrenuus vir Dominus Philippus de Maſſemine miles, qui dedit pro obitu ſuo Dominæq; Catharinæ de Mirabelle ejuſdem uxoris, nec non Domini Ioannis eorumdem filii, militis, tertiā partem prati cujuſdam ſiti in parochia de Wichline*: Et rurſum ad tertium Cal. Novembris: *Anno Domini* CIↃ CCC LXXXVIII *obiit nobilis Domina Catharina de Mirabelle, uxor quondam nobilis viri Domini Philippi de Maſſemine, militis: quæ dedit pro obitu ſuo partem prati, juxta tenorem qui habetur in hoc libro 14. Cal. Maii.* Conditi autem ſunt hîc ad D. Virginis, ubi ſplendidiſſimum habuêre monimentum, paullùm ſupra terram ſurgens; ſed illud hæreticorum rabies evertit: at non ſimul omnem memoriam, quàm fugiente jam veteris ſepulchri inſcriptione, ne pænitus obſoleſceret, in ſaxo ad parietem hoc ſenſu novavit vir nobiliſſimus Iacobus Yedeghemius hujus urbis Prætor. 7 *Verioſquè in obituario Teneræm. memoria.*

Hic jacet nobilis vir Dominus Philippus de Maſmines Eques, 8
Eeckæ Dominus, & Hundelghemi Magnus Prætor urbis *Epitaphium.*
& territorii Teneræmondenſis, qui obiit vigeſimo ſexto
Iunii anno CIↃ CCC XCI. *Et Domina Catharina de Mira-*
bel ejus uxor, vidua ante Domini Guerini Vyter-zvvaene
Equitis, Domini de Miromez, Herdeſſem, & Zombecæ.
quæ obiit vigeſimo Octobris anno CIↃ CCC LXXXVIII *qui*
ſecundi Conjuges fundarunt hic duas Sacellanias quarum
alterius Collator eſt Dominus Iacobus de Yedegem Eques,

Wiesæ, & Imbiesæ, &c. Dominus, magnus Prætor urbis & Territorii prædicti, ex prædicta Domina Catharina oriundus: qui felicis memoriæ, & ejus honoris ergò hoc mnemosynon fieri curavit, anno CIↃ IↃ LXXV.

Ioannes Vyter-zwaene Eques Ioannis & Catharinæ Mirabellę filius Philippi Masminii privignus, Dominus de Herdesem & Advocatus Wiechlinæ. hic duxit anno CIↃ CCC XCI uxorem Margaretam Harlebecanam, Dominâ Wackenæ, quæ patrem habuit Ioānem Wackenæ dñm, matrem Ioānam Halowinam, ex qua sustulit Triestanum, Hectorem, Ioannem, Ioannam, & Margaretam. Triestanus Dominus Wackenæ, Herdesemi, & Zombecæ, habuit uxorem Elisabetham van Steenhout, Roelandi filiam, Dominam Zombecæ, & post illam, Catharinam van Ghent, Ioannis van Ghent Equitis filiam, & ex hac Philippum (qui à morte patris Wackenam vēdidit Andreæ Andriessens & sinè prole decessit) & Margaretam, quam duxit Ioannes Masminius, habuitq; ex eâ liberos Ioānem & Elisabetham. Hector maritus fuit Elisabethæ Pointe (legi etjam Pointinck). Alteram item habuisse uxorem monimenti lineamenta ostendūt: liberos reliquit Hectorem, Elisabetham, & Mariam. Humatus est cum utraque Conjuge hîc ad D. Virginis, in choro qui olim Sanctæ Crucis nunc DD. Hilduardi & Christianæ sepulcri lapis is erat, qui nunc Philippum Masminium, quem dixi, tegit. De Ioanne nihil habeo certi. Ioanna nupsit Philippo Masminio: Catharina verò Ioanni de Maerschalck filio Ioānis. Porrò cùm Ioannes, quem Prætorem diximus, è vivis sublatus esset, immaturis adhuc liberis, eorum tutelam suscepêre Boclariæ Dominus, & Ioannes Mirabellus sive de Hale Lilloæ toparcha.

Analecta Hardenni.

9 *Ioannes Vyter Elvarate cujus filius.*

10 *Maritus.*

11 *Patres.*

12 *Avus.*

Simon Rym vigesimo quinto Ianuarii an. CIↃ CCC XCI. Nepos fuit ex fratre illius Simonis, quem Rymiæ gentis columen, sub Maleano Civilia bella declinantem, latâ à Rasone Malardo tribuno Gandensium lege, ut qui Equestris ordinis virū cepisset, præmium auferret duas libras crassorum, qui Scutiferū unam, in urbem vi tractum Gandēses, cum famulo insontem supremo supplicio affecerunt. cujus sceleris cùm aliquanto pòst, Ioānem van Zickele hic Simō insimularet, & insuper objiceret illustriū Gandæ familiarum arcana divulgasse, atque id utrumque Ioannes negaret; ortum celebre apud Scriptores, & in hominū memoria duellum, Insulis, coram Philippo & Isabella Principibus: quo Victor Simon scelus Ioannis, & mortem Patrui egregiè

13 *Simonis Rym Patruus.*

Meyer. anno 1382.

14 *Patruus Civili supplicio affectus.*

Idem. a. 1384.

15 *Simonis Rym duellum.*

Ad an. 1181. egregiè vindicavit. Illum tamen Meyerus elogio *probatissimi Civis* ornat, eumque ne conspirationis in Principem aut parti- 16 *Iannes van Sukele apud Meyer. elogio.*
ceps, aut suspectus esset, in Hannoniam concessisse; & hanc viri cædem in invidiam vocans, *Postea tamen* (inquit) *Insulæ, quo jure, quâque injuriâ, tanquam seditiosus à nobilitate necatus est.* Obiit autem prædictus Simon anno CIↃ CCCC IX vigesimo Aprilis. 17 *Symonis Rym obitus.*
Conditus hîc in Choro D. Virginis, sub laminâ æreâ, quam cū inscriptione & consanguinearum gentium insignibus fanaticus nuper furor evertit. Ejus tamen adhuc in tabella monimentum visitur, ubi armata ejus effigies, & hi versus:

Simon Rym miles, Dominus armis decorosus,
Hic laudes statuit sub saxo relligionis, 18 *Et monimentū*
Anno milleno, centeno quater, quoque nono.

Ceterùm quod ad gentem Rymiam attinet, eam ex Saxonia 19 *Gens Rymia unde.*
oriundam ferunt: & primùm inde venisse Balduinum de Rym, postquam ea gens à Carolo Magno victa, huc illuc vitandis rebellionibus sparsa est. Is quòd habitarat in Saxonia castellum 20 *unde alii Symbolum Byster-velt.*
Bystervelt, gentilibus armis in hanc usque diem hoc nomen inscribunt. Illum autem Balduinum delegisse sibi sedem volunt, 21 *Rymiorum latibula ut vocat.*
non procul à Scalda, eo loco qui ab hac gente Ringenesse quasi Rymenesse dici putatur. id est Rymiorum nidus, & sedes. Hos 22 *Et alia gentilitia.*
gentiles ędes eadem urbe, Maleani etjam ævo habuisse constat ex Meyero, ubi dicit: *Exules turpiter grassatos in alto portu* (loci id nomen) *ędes quibus nomen de Rym, invitis omnibus bonis sibi ad habitandum vendicasse.*

Ludovicus Salaert nono Maii CIↃ CCCC VII.

Ludovicus van Steelant anno CIↃ CCCC XII. Antè fuerat Prætor Alostensis. De hac gente memini legere privatis familiæ 23
Meyer. anno 1361. viribus bellum Tornacensibus movisse. Etenim Steenlandia 24 *Gentis Steenlandiæ privatum bellum.*
unde nobilissimæ huic familiæ nomen jamdiu inundatione periit. Notat Meyerus anno CIↃ CCC XXII nondum fuisse mersam: *Gentis nomen unde.*
ex tabulis quibusdam publicis ejus anni, quarum initium *Hos Gulielmus Block van Steeland. Eques, Petrus Gulielmi filius, Hyens Pastor in Steelant, Robertus van Steelant Dominus Vploserę, Dionysius van Steelant*, &c. 25

Ioannes vander Hameyden, (alibi legi de Homey) Hic uxorē 26 *Ioannis van Hamayda uxor.*
habuit Iodocam Halowinam, & ex eâ liberos Iodocum, Godelivam, Christianam, & Philippam. Humatus est hic ad D. Vir- 27 *Liberi.*
Analecta Harduini. ginis, inter ĐD, Annæ & Huberti altaria. Hanc gentem per ea tempora illustrem fuisse indicio est, quod *Iacobus ab Hamayden* legitur inter illos proceres, qui Caroli Burgundi 28 *Sepulchrum.*
Meyer. à 1473 *Familia nobilitata.*

mensæ ministrarunt, in memorabili illo epulo, quo is Cæsarem Fredericum apud Treviros excepit: quo tempore Ducis filiam Cæsar Maxæmyliano filio suo ambiebat; Carolus autem à Cæsare Regis Burgundiæ titulum. Ibidem.

Ludovicus Salaert anno CIↃ CCCC XIV. uxorem habuit Elisabetham Bonin. Obituarium S. Mariæ.

Gerardus Maldeghemius Eques Scoudeę & Baserodæ Dominus, undecimo Augusti anno CIↃ CCCC XIV.

Guido Ghistelanus Axelæ & Wasquali Dñs an. CIↃ CCCC XVII. Hic in tabulis publicis dictus est *nobilissimus, & potens Dominus Guido.* Uxorem habuit Margaretam Oudenhoviam Wasquali Dominam, quæ obiit anno CIↃ CCCC XVI. & post hanc secundis nuptiis Duxit Margaretam, filiam Balduini de Vos, Laernæ Domini: cujus dote Axelæ Dominium accepit. De ea in libro obituum hîc ad D. Virginis leguntur hæc: *Decimo quarto Calend. Iulii anno* CIↃ CCCC LIII *obiit nobilis Domina D. Margareta de Vos uxor Domini Guidonis de Ghistella militis.* Habet autem hæc Ghistellana gens cognomen à Ghistella, nobili prope Brugas municipio. Estque id primariæ celebritatis, non solùm ob hujus gentis proceres, quorum virtus militaris & togata, sæpè belli domique Principibus & patriæ præsidio fuit; sed etiam ob reliquias D. Godelivæ Hemtridi de Sonfort ex Ogena filiæ, quam maritus Bertulphus Ghistellanus mantili compresso gutture jussit suffocari. Accidit autem id anno CIↃ LXX, nono Iulii, quem diem ejus memoriæ pia posteritas consecravit. Annales Harduini. Collectan. Gaillardi. Meyer. a. 1070

29 *Guidonis Ghistellani uxor una.*

30 *Et altera.*

31 *Ghistellana gentis nomen unde.*

Ludovicus Salaert vigesimo quinto Novembris anno CIↃ CCCC XIX.

Ioannes de Vaernewyck Dominus Exaerdæ decimo nono Decembris anno CIↃ CCCC XXI. Idem anno sequente Prætor Alostensis.

Rogerius Villanus decimo Februarii anno CIↃ CCCC XXIII. de hac gente vide infra lib. 3. cap. 3. ubi de Calckene est sermo.

Ioannes Vyten hove Ioannis filius decima quartâ Aprilis an. CIↃ CCCC XXVI. Hujus familiæ fuit ille *Fulco patriâ Gandensis, percelebri vir sapientiâ, qui cùm nullis posset modis inpelli ab Iacobo Vitriacensi Innocentii Legato, ut expeditionem (in Albienses hæreticos) promore concionaretur, idoneum se esse negãs;* subitò *seu vindice irato numine, gravissimâ correptus est hemorrhoide: quam viginti quatuor per annos, tam fortiinfractoq; tulit animo, ut Christũ Servatorem ante mortem videre, ut aiunt,* diemq; *obitus præscire meruerit. Canonicus erat Insulanus. Condidit Gandavi domum hospitalem* Meyer. anno 1110.

32 *Fulconis Vytenhovei commendatio.*

talem (de portu B. Mariæ Virginis) *pro egenis, cui à vetusto* loci nomine *nomen est biloca* ubi medio templi ante Crucem monimentum habuit. Ejus Epitaphium ut ex M. S. Gaillardi Collectaneis excerpsi, extra ordinem hîc dabo, ut gratiam ineam apud Gandenſium Antiquitatum ſtudioſos. Eſt autem hoc:

In hoc vicino ſacello B. Mariæ requieſcit Dominus Fulco Vtenhovius, qui ex hac luce migravit an. Domini CIↃ CC XL, *tertio Cal. Septembris. Ad ejus ſiniſtram verò pauſat venerabilis domicella Truna Vtenhovia, ejuſdem Fulconis germana, quæ obiit anno Domini* CIↃ CC XLII *tertio Cal. Aprilis: qui favore inclytorum Ferdinandi & Ioannæ Flandriæ Comitum, inchoaverunt, & fundârunt hoſpitale & Monaſterium unicum profectò, atque ſupremum pauperum infirmorum ſolamen, atque refugium. requieſcant in pace. Amen.* 33 Et Epitaphium.

Ab eo uſque tempore, & fortè multo antè habita eſt Vtenhoviorum familia inter Gandenſium potiſſimos: habuitque ſemper viros, quorum virtus in ea Repub. non eſt ignobilis. 34 Gentis Vtenhoniæ antiquitas.

Gulielmus Zaedelaer à Conſilio Ducis Burgundiæ vigeſimo Septembris anno CIↃ CCCC XXVIII.

Ioannes Vtenhovius Ioannis filius diplomate Philippi Burgundi decimâ tertiâ Decemb. anno CIↃ CCCC XXIX.

Gulielmus Oudenemi Dominus Eques, à Conſiliis & cubiculo Ducis Burgundiæ anno CIↃ CCCC XXXV.

Ioannes de Prooſt Eertbrugæ Dominus, & in Schellebelle, à conſiliis Ducis Burgundiæ, decimo nono Octobris anno CIↃ CCCC XXXVI. Idem antè fuerat Prætor Aloſtanus, obitâq; Prætură hujus Dñii rurſus Aloſtenſem adiit an. CIↃ CCCC LXII. Filius erat Adami de Prooſt, & Ioannæ vâ Belle, Bernardi Eertbrugæ & in Schelle-belle Domini, filiæ: unde inſignia geſſit paternæ & maternæ familiæ mixta. Uxorem habuit Alexandrinam van Stee-landt. Obiit ille anno CIↃ CCCC LXXV, Decemb. hæc verò anno CIↃ CCCC LXXXII octavo Octobris, uterque conditus eſt Aloſti ad D. Martini in choro D. Virginis. 35 Ioannis de Prooſt Patern. 36 Uxor. 37 Obitus.

Gulielmus Dominus Quevillæ à Conſiliis & cubiculo Ducis Burgundiæ, decimâ quintâ Ianuarii anno CIↃ CCCC LVI.

Henricus vander Eycken, Falconarius, & à cubiculo Philippi

38 Henricivander Eycken uxor.

Boni anno CIↃ CCCC LXI obiit anno CIↃ CCCC LXVI. Sepultus hîc ad D. Virginis. uxorem habuit Elizabetham Zaelaert, & ex ea filium Ioannem Sacellanum S. Ioannis, & insuper filiam Catharinam quæ nupsit Ioanni Peeters, unde filiam sustulit Elisabetham, Conjugem Ioannis de Rantere: qui omnes excepto hoc, ad D. Virginis uno monimento clauduntur.

39 Libri.

40 Monimentum.

Colinetus Daveluz anno CIↃ CCCC LXVII.

Galaudus Masminius vigesimo Augusti anno CIↃ CCCC LXIX. hic omnium primus usus dicitur titulo *Summi Prætoris*, cùm alii Prætores solùm dicti essent.

Ioannes Serpieters. (legi etiam *Pieters*) is hoc munus & diploma accepit ab Adolpho Clivensi Raveſtanæ regulo, Mariæ Burgundæ vicario, secundo Aprilis CIↃ CCCC LXXVI.

Iacobus Donche, diplomate Mariæ an. CIↃ CCCC LXXVII. antè fuerat magister rationum Margaretæ Eboracensis, viduæ Caroli Burgundi.

Sigerus Spot per absentiam Iacobi Donche decimo octavo Septemb. anno CIↃ CCCC LXXX.

Ioannes van Tedeghem anno CIↃ CCCC LXXXI de hac gente vide lib. 3. cap. 7. numero 6.

Carolus Masminius anno CIↃ CCCC LXXXIII.

41 Iacobi Donche obitus & sepulcrum.

Iacobus Donche iterum diplomate Maxæmyliani & Mariæ a. CIↃ CCCC LXXXV mense Ianuar. obiit XXX Iulii an. CIↃ CCCC XCII. sepultus hic ad D. Virginis, sub laminâ æreâ, juxta monimentũ Ioannis van Steghem Scribæ hujus urbis.

42 Ioannis Coutreau uxor.

Ioannes Coutreau Eques Ascę Dominus an. CIↃ CCCC LXXXVI. sepultus est hîc ad D. Brigittæ, cum conjuge Anna van Immersele. Illius consanguineæ gentes ibidem in fenestra spectabantur olim hæc: Coutreau mixta cum Dampmartin, inde Dampmartin, Ameronghe, Vienten, hujus verò Immersele mixta cum Berchem, Molenne, Molin, & Halle.

43 Ex gentes consanguineæ.

Christophorus de Barouse uxorem habuit Philippam Utenhove: cum quâ conditus est hîc ad D. Virginis, in crepidine altaris B. Mariæ, ubi olim Gallica epigraphe æri incisa; quæ in MSS. Harduini & Gaillardi analectis exstat in hunc sensum:

Hic situs est Dominus Christophorus de Barouse, Eques, natus in regno Portugalliæ, dum viveret, Oeconomus Dominæ Mariæ ducissæ Burgundiæ, & filii ejus Philippi, Archiducis & Castellæ Regis, & primus Oeconomus Dominæ Ioan-

na

næ Reginæ Hispaniarum, & magnus Prætor opidi & Castellaniæ Teneræmondensis: qui obiit a. Dñi CIↃ IↃ XXVI. XXIII *Septembris: & Domina Philippa Vten-hove ejus uxor; qui variè hic cultum Dei locupletarunt, & plurimas huic Sacello & ecclesiæ eleëmosynas contulerunt. Obiit autem hæc anno partæ salutis* CIↃ IↃ XLI. V. *Septembris.*

Leo de Proost Ioannis filius anno CIↃ IↃ IV. Eodem & præturâ & vitâ defunctus est: humatus hîc ad D. Virginis.

Oliverius van Royen Paddeschoti Dominus diplomate Philippi Austriaci primi, pridie Cal. Ianuarii anno CIↃ IↃ V.

Alardus Bentinck (alibi *Benton*) armiger vigesimo tertio Novemb. anno CIↃ IↃ VII.

Oliverius van Royen iterum ut constat ex tabulis publicis an. CIↃ IↃ XI quæ penes Coriarios. Obiit quinto Septemb. anno CIↃ IↃ XXXIII sepultus hîc ad D. Virginis cum duabus uxoribus Amelberga Andriessens Danielis filia; & Margareta Rops cui pater Ioannes. 44 *Oliverii van Royen obitus & uxores.*

Lævinus van Pottelsberghe Lævini filius Eques Vinderhouti & Merendræ Dominus, diplomate Caroli quinti dato Gădavi decimo octavo Iunii an. CIↃ IↃ XVII obiit Gandavi conditusq; ibidem ad D. Michaelis.

Adrianus de Bette Scutifer Dominus Schellebellæ Angreavi, Autreppæ, Holbecæ, Wellæ, & Esseghemi, diplomate Caroli V. dato Mechliniæ duodecimo Maii an. CIↃ IↃ XVIII. Huic genti in Flandria originem dedisse dicitur ille Bette, qui cum Borluto, Sersandro, Sersimone sub Arnoldo Flandriæ Comite in has ditiones ex Italia venisse creditur. Memorantur autem hi omnes Gandavi domicilium posuisse, & harum quatuor stirpiũ auctores, quas immensa à Principibus privilegia accepisse ferũt. Siquidem ab his universam Gandensium Rempublicam administratam à patribus posteri acceperunt, & adhuc constãs fama est: donec ducentis circiter post annis Ferdinandus Comes earum familiarũ quasi tetrarchiâ abolitâ eã Remp. constituens Triginta-novem-viros introduxit. Hos quatuor gentium primores, per quatuor urbis regiones, singulã habuisse Prætoria in literas relatũ inveni: eorũ adhuc duo supersunt, & præter priscũ splẽdorem, singularẽ etiã præ se ferũt antiquitatẽ. Bettiorũ sedes in D. Ioãnis parœcia, eã domus erat quę postea 45 *Oliis de Bette orto.* 46 *Auctoritas.* 47 *Domicilium Gandavi.*

à Comitibus San-paulinus, S. Pauli dicta est. Borlutorum in S. Michaëlis ea domus quę postea à Gruythusia gente nomen accepit: Serfandrorum in D. Iacobi, quæ nunc propolarum est, vulgò MERCEMERS-HVYS: Serfimoniorum in D. Nicolai, ea domus quæ à duabus turribus nomen habet, postea ad Utenhovios devoluta, & ab his ad Gruteros, inde ad gentem de Bette, in qua nunc eam possidet Ioannes de Bettæ Eques, Ledæ Baro, Angreavi, Autreppæ, Peronæ & Esseghemi, *&c.* Toparcha, prædicti *Adriani* ex Iacobo filio nepos, primigenius nunc, & sue stirpis caput. Huic etiam genti partim acceptam ferunt Flandri legitimam principum successionem. Nam cùm Balduinus Comes, is qui filiam duxit Theodori Alsatii, aleæ lusu amisisset centum triginta millia librarum Flandricarum (quæ summa ad id tempus immensa erat) cumque vix solvendo esset, fertur Roberto fratri Hollandiæ Comiti, qui eam summam lucratus erat, Flandriam transscripsisse: Flandri autem veriti provinciæ expilationem, exactor enim Robertus erat, collato consilio tandem Adrianus & Lævinus Borluti, & Arnoldus de Bette liberandæ ab externâ servitute patriæ eam summam luerunt: pacti antè pecuniæ suæ annuos redditus, quos à Gandensibus acciperent. Itaque reddita Comiti Flandria, sacrumque patrimonium, eâ lege: ut neque Comiti neque ejus Successoribus Flandriam liceret gravare, nisi Gandensium assensu. quam conditionem Comitem accepisse ferunt, & ad perpetuam rei memoriam actorum exemplar Parisios missum, ibique in Regni Archivis conditum, Legatis ad eam rem Philippo de Baenst Prætore, & Gerolpho de Bette Consule, quos ex Gallia reduces latrones in itinere obtruncarunt. Hæc ut Harduyni analecta suggerebant hîc inserui. Meyerus autem nusquam meminit nisi quod à nonnullis scriptum dicat. *Flandriam abs Theodorico (*Alsatio*) Anglis fuisse oppignoratam: ceterùm coram Rege Francorum grandi solutâ pecuniâ ab Gãdensibus redemptam, ac Theodorico redditam*, quam ipsam narrationem fabulæ propiorem quam Historiæ existimat. Anno 1157.

48 *Huic genti Flãdra quid debeat.*

Iacobus de la Trouilliere Eques, Dominus de Beaumanoir, diplomate Caroli dato Bruxellis vigesimonono Augusti, anno CIↃ IↃ XXXI. Conditus hic est ad D. Virginis, in Choro venerabilis Sacramenti: ubi olim Deo, & memoriæ suæ fenestram dicavit.

49 *Iacobus de la Trouillere n. s conditus.*

Franciscus van Pottels-berghæ, Eques, Vinderhouti, Merendræ, Welenbecæ, & Brouckæ Dominus, diplomate dato Antverpiæ

verpiæ decimo quarto Octob. anno CIↃ IↃ XLII. Patrem habuit Lævinum qui hîc antè Præturâ functus est. Matrem Lævinam van Steelant: uxorem Iacobam de Bonnieres, qui omnes Gandavi sepulti sunt ad D. Michaëlis. 50 Franciſca Voſterhuſbergia patr. 51 uxor

Ioannes de Wignacourt, Eques, Dominus de Fletres, diplomate dato Bruxellis anno CIↃ IↃ XLIV, decimo quinto Martii. 52 S. palatinum.

Ioannes de Montmorency Eques aurei velleris, Dominus de Courrieres, à Cõsilio & cubiculo Caroli Quinti Cæsaris, diplomate dato Bruxellis ultimo Iunii an. CIↃ IↃ XLVI. Idem paucis pòst annis fuit Prætor Aloſtensis. Ad hujus gentis illustrem antiquitatem notavit ex Massono Doctissimus Miræus, ab anno CIↃ CLXXIX habuisse jus exigendi salis, allato in medium eâ de re diplomate. Idem ex diplomatis sigillo eruit, ab eo usque tempore insignia illis fuisse, Crucem, & in quatuor spatiis aquilas, sed singulas eo ævo, quæ nunc quaternæ. *Sigillum* illud erat *Matthæi de monte Morienciaco*. Fratrem habuit Bochardum, qui uxorem duxit Laurentiam filiam Balduini Hannonię Comitis, viduam Theodorici Comitis Aloſtensis, Ywani filii, Theodorici Alsatii Comitis Flandriæ ex filiâ nepotis. Chronic ad annum 1219. 53 Gentis de Montmorency antiquæ nobilitas. 54 Et priſca insignia. Meyer. a. 1146

Antonius de Northout Eques, Baro Baeyeghemi, diplomate dato Bruxellis, tertio Novemb. anno CIↃ IↃ LIV.

Ioſephus de Baenſt Eques, Dominus de Meliſant, Ooſt-kercke, & Gapinghem, diplomate dato Bruxellis vigesimo quinto Februarii. De hac gente dicit in Collectaneis suis Cornelius Gaillart, habuisse olim in suo Dominio Casand potestatem cudendæ monetæ argenteæ, ejusq; generis numos se vidisse. Eosdem antiquitus *de Caſand* vocatos, idem memorat. Stirpis autem originem refert ad Hiberniæ regem, cui nomen Bagos: qui ortâ cum Angliæ Rege controversiâ, veritus hujus vires fugâ sibi consulens, ad Flandrię oras circa Rodeburgum (nunc Ardeburgum) appulit: & à Liderico Flandriæ Forestario, Casand opportunum ad mare locum impetravit, ubi conditâ arce ejus uxor peperit Fridericum, qui primus suorum nostro ritu initiatus est. Hic adultus duxit filiam Principis Turnini (opidi id nomen quod olim juxta Antverpiam, locum nunc Deurne vocãt) Ingruentibus dein barbaris dirutâ arce Casandicâ, fortunisque direptis captus, atque abductus est, cum liberis: inter quos maximus natu Arturus, quòd facie erat liberali, atque venusta à Bollone Barbarorũ Duce, Franciæ Regi dono datus est. Cũq; Oginæ Regis filiæ, quam Bollo desertâ gentili impietate duxerat, admodum gratus esset; hujus præsidio Suffocensis Angli 55 Gentis de Baenſt antiquitas & origo.

Comitis filiam in conjugem accepit. Unde sustulit Antonium de Casant, qui etjam Anglam habuit uxorem, & inde liberos. Horum maximus natu erat Oliverius; qui relictâ Angliâ huc rediit, & avito Dominio jure postliminii recepto, arcem Casandicam restituit, & reliquit filio, Ioāni de Casant, cui Comes Arnoldus dedit neptem uxoris suæ Rosalæ, quæ ex Italia huc migrarat. Utriusque arma gentilitia dicuntur paullo ante nuperam tempestatem visa in templo Casant. Filium reliquere Ioannem, qui versatus est in aulâ Comitis Balduini Barbati, à quo creatus est Eques. Creditur autem is Comes primus qui invexit in Flandriam Equestris ordinis dignitatem. Ioannes quem dixi uxorem habuit familiæ Bolonienſis: ex quâ filium habuit Antonium de Casant; qui Robertum Frisium comitatus est ad Sacrum bellum, ubi fortiter superato procero quodam, & robusto pugnatore, insignia ejus clypeo depicta, gentilibus desertis, sibi & suis asseruit. Erant autem antiqua Casandicæ stirpis insignia medium brachium, cum manicâ rubrâ, & manus plena sole. Hujus Antonii ævo multa loca terræ Casandicæ, Zombecæ, Oostburgi, aliaq; inter Walachriam & Flandriam maris inundatione perierunt. Uxorem habuit Veromāduam, & ex eâ filium Rolandum: cui uxor fuit stirpis Catwicanæ in Batavia; unde natus est Guido, qui uxorem habuit ex gente Lyndaliâ, & ex eâ liberos quorū stirps per Flandriā, Brabantiā, Hollādiam, & Zelandiā, variè diffusa est. Huic Guidoni victæ Cōstantinopoleos laudē tribuunt, cū enim esset Archithalassus, concitato armatæ suæ prorę cursu, catenā perrupit, quæ portū tuebatur, & accedere propiùs nostrā classē vetabat. Quo facto nostris summâ vi irruētibus, regina urbiū oriētis, sub nostrū jugū venit. Hæc de gēte Baenst sive Casandicâ; quia ad illustrationē ejus familiæ faciūt, vitū ex Gaillardo in lucē dare.

Ioannes de Bonnieres Dominus de la Boue & Vichte. Obiit Consul Brugensis an. CIↃIↃ LXXIII: ut liquet ex inscriptione funebris tabellæ, quæ hîc ad D. Virginis, in choro B. Mariæ.

Iacobus van Tedeghem Eques, Wiesæ, & Imbiesæ Dominus, diplomate dato Noviomagi duodecimo Iulii a. CIↃIↃ LXXIII. Hic ille est qui Philippo Masminio, & Catharinę de Mirabelle Epitaphium posuit, quod suprà dedi. Cap 3. n. 1.

56 *Ludovicus de Blois Terloni Dominus quæ-stio cujus.*

Ludovicus de Blois Terloni Dns. Hic cùm Arcis Antverpianę turbulētis illis temporibus vicegubernator esset, & ab Ordinibus ad Ioannem Austriacum propenderet, eiq; conaretur præsidiarios novo Sacramento devincire; à Ponto de Noyelles Boursii

Bourſii Domino, præſidiariæ ibidem cohortis ductore, vi ſuperatus captuſq; eſt, eiq; ab Ordinibus datus ſucceſſor. 57 Et Prætura privatur.

Frãciſcus vãden Kethulle Ryhovę Dominus a. c1ↃIↃ LXXVII. XVII Auguſti, hac præſertim ratione: quòd in publico illo regii militis tumultu, & Ordinum Belgicæ fluctuatione, cùm Flãdriæ Ordines de hac urbe admodum eſſent ſoliciti, quòd multũ in eâ omnem in partem interſit, itaq; conſultum crederẽt, in ſuâ illam poteſtate continere, hujus potiſſimũ operâ id effectũ eſt. Cujus beneficii memoria apud Ordines adhuc recẽs erat, quãdo Trelonius, ut dixi, exauctoratus eſt. Obivit Ryhovius id munus, donec rebus Ordinũ deſperatis, imminẽte hujus urbis obſidione, ſtipendiorum prætextu, ad Auriacum in Hollandiam conceſſit, ubi mortem cum vita commutavit.

Medio rerũ tumultu cũ adhuc in Ordinũ poteſtate hęc urbs eſſet, Prætură accepit *Carol⁹ Daubermõt* Eques, Raimbaucourtii Toparcha, beneficio Alexãdri Farneſii, Parmæ Principis, Belgicæ Proregis, a. c1ↃIↃ LXXX. Hic jusjurandũ præſtitit Inſulis a. c1ↃIↃ LXXXI: dein Teneræmondæa. c1ↃIↃ LXXXIV. omnium quotquot fuerunt diutiſſimè hoc munere functus eſt, & fungitur. Vicariam illi operam præſtitere Adrianus Brunel, Hubertus Uytẽ-eeckhoute, Antonius de Potterę, Carolus le Doux, Ioannes van Belle, & Lucas van Hoorenbeke Iuriſconſultus.

Utin Criminalibus *Prætor*, ita in Civilibus (feuda excipio) ſummũ jus *Amptmannus* obit. Is Senatus ſentẽtias exſecutioni mandat. heredat, & exheredat. Eidem licet in nocturnos ambulones animadvertere & mulctas ſuijuris facere. Idem obit cum Scabinis luſtratq; vias opidi, ſuburbii, aggeres, rivos, & canales. 58 *Amptmanni munus.*

Id munus fuit olim penes gentem de Lu; ſed redemptione ad hujus urbis dynaſtam rediit, qui in compẽſationem ſolvit quotannis duodecim libras Pariſienſes. 59 *Cujus olim gentis.*

Quod jus Amptmannus in urbe habet, eo peregrè, quoad exſecutiones, fungitur is, quem ſummum Majorem vocant.

Civili inſuper munere fungitur Decanus Hallę: hic Civiũ tribubus præeſt, Comitia indicit, ad populum Principis & Senatus poſtulata refert, ejus jura, & privilegia tuetur, eſtq; tribunus quidam plebis. 60 *Decani Hallę munus.*

Quod ad Senatum attinet, quotãnis menſe Maio per Mandatarios Principis eligũtur, natalibus, virtute, & auctoritate pręcipui, olim ſeptem, nunc novem: inter quos primus *Burgi*, id eſt, opidi *Magiſter* vocatur. Ex cetero numero interdum duo deſignantur Præfecti pupillorum, interdum aliunde adſciſcuntur. Senatui adſidet Iuriſconſultus, quem ab annuâ penſione vulgo 61 *Senatores à quibus eligantur.* 62 *Senatus adeſt Iuriſconſultus.*

63 *Et Actuarius*

64 *Senatorum munus.*

65 *Quæstor.*

66 *Magister Fabricæ.*

67 *Prisca vini pretium, & nunc constitutio.*

68 *Condendi decreta.*

69 *Civitatem dandi.*

70 *Causas Civiles cognoscendi.*

71 *Res & cives rei ex alieno tribunali & arcere evocandi.*

72 *Controversias judicandi.*

vulgo Pensionarium dicunt: & Scriba sive Actuarius, qui Senatui est à secretis. Munus autem, & dignitas Senatorum, potissimùm in hoc consistit, quòd Rempub. administrant, pecuniariá rem conficiunt, numos per Quæstorem distribuunt, Sarta tecta per magistrum fabricæ curant, rationes Principis legatis quotannis reddunt, vini pretium in singulos cados statuunt. Quod credo originem habuisse occasione diplomatis Balduini Imperatoris Bisantini, qui primus Flandriæ Comitum, vini sui pretiũ passus est augeri. antea enim quanticumque erat, non pluris tamen sibi emi patiebantur quam in binos sextarios tribus denariis Parisiensibus. Habebantque ad id satellitem qui nolentes Oenopolas cogeret. Quod cùm graviter Respublica ferret, Mercatores præsertim, quorum maximè intererat; Balduinus quem dixi, eam consuetudinem iniquam ratus, abolevit, Brugensium primùm, dein totius Flandriæ rogatu: decrevitque ut & ipse, & futuri in posterum Comites, eorumque domestici, tanti vina emerent quanti empta esse Scabini affirmarẽt. Idem potestatem habent condendi omnis generis decreta, ad bonũ publicum, sive opidi, sive territorii; approbante tamen Prætore, quæ mandant promulgari in opido: eaq; mutant secundùm necessitudinem & occasionem temporum mulctas inponunt, quales videntur convenire. Quoslibet in Civitatem adscribũt. Primam habent de suis Civibus cognitionem, & judiciũ. Itidem quoad domos Mortuarias, & aresta, quæ totâ ditione fiunt, iis locis quæ Principi immediatè parent: Ius insuper evocandi Cives suos, eorumq; causas, etiam in criminalibus, ex alieno carcere, & Tribunali ad suum: modò id fiat ante litis contestationem, aliàs non. Sine horum & feudalium sententiâ prætor neminem potest subjicere quæstionibus: imò neque Civem in carcerem rapere. Iidem Scabini omnes causas Civiles cognoscunt, & judicant, exceptis feudalibus. Olim per aresta judicasse satis suprà ostendi. Sub Philippo Audace ad Curiam Flandriæ provocatum, idque in Consuetudinem abiit, quia nullus fuit assertor. Senatum etiam Gandensem adse olim hujus ditionis causas traxisse, cùm aliàs notum; tum ex Pacis legibus, quas illis Philippus Bonus præscripsit, quarum hæc una: *Ne in posterum Gandenses de causis Teneramondensium cognoscant*: quæ etsi primùm cum ceteris omnibus rejecta; Pace tamen, post cladem Gaveranam, admissa est. Postea verò iidem id sæpe conati, tandem lege Carolinâ in perpetuum repressi sunt: ubi distertis verbis ut antè dixi, Cæsar vetat, ne in posterum de causis hujus nostri

Oudegherste Annal. c. 92.

Dipl. a. 1101. Dipl. a. 1108.

Cap. 4. an. 13.

Meyer. anno 1453.

Dipl. a. 1540. cap. 2. n. 33.

nostri Dominii cognoscant. Ceterùm in Criminalibus Homines feudales cum Scabinis judicant, idq; in ipsâ Curiâ feudali; pronunciante tamen sententiam Actuario Senatus. Prætor autem quidquid judicatum est exsequitur. Ius dicunt secundùm consuetudines urbis, decreta Principum, & Sanctiones Roberti Tenëræmondæ quondam Domini, quas cum antiquitatis & memoriæ, causâ adscribere visum; tum etiam quia aliquod ex illis indicium supremi Imperii, de quo antè: 73 Id modo. Cap. 2. n. 17.

Hæc est lex, & consuetudo, quam nobilis Dominus Robertus Advocatus Atrebatensis, Betuniæ & Teneræmondæ Dominus, de consilio Scabinorum Teneræmondensium, constituit, & tradidit observandam. 74 Sanctiones Robert. Teneram. Domini.

I. *Si aliquis infra libertatem Villæ Teneræmondensis, alicui vulnus imposuerit, & illud veritate coram Scabinis agnoscatur, de quacumque re factum fuerit, ad domum in qua ille manet qui vulnus fecit, per Scabinos, & Iustitiam Domini Teneræmondensis debet submoneri: qui submonitus, si scabinis se præsentet, veritate inquisitâ, de illo qui vulnus fecit, per viginti libras foris factum emendabit. Et si Scabini sciant quod vulnus non fecerit; liber, & in pace remanebit.* 75 De vulneri. 76 De citati.

Quicumq; verò foris factum aliquod incurrerit, vel fecerit, vel ille qui foris factum aliquod fecisse imputatur, unde ad diem debet moneri, vel citari; citabitur primò ad tertium diem; & citabitur ad secundum tertium diem: ad tertium verò tertium diem similiter citari tenebitur, & moneri. Si verò ad tertium tertium diem suæ monitionis, vel citationis non venerit; à foris facto sibi imputato reus, & convictus permanebit.

II. *Si quis verò aliquem domo suâ assilierit, & inde clamor factus fuerit, Scabini & Iustitia domum ipsius ibunt inspicere: & si Scabini poterunt videre assultum esse apparentem; ille de quo clamor factus est, debet submoneri, ut superiùs est expressum: qui si Scabinis se præsentaverit, & illum intellexerint fecisse assultum, viginti libras amittet. Si verò Scabini cognoverint illum assultum non fecisse, liber & in pace recedat.* 77 De assultu domus.

III. *Quod si alii illi assultui interfuerint, de quibus clamor factus non sit, si Dominus Teneræmondensis veritatem super hoc requisierit, Scabini debent veritatem inquirere: & quidquid veritate coram Scabinis de assultu Rei tenebuntur, unusquisq; eorum viginti libras reus erit; ac si de eo clamor factus esset. Si verò Scabini nullum as-* 78 De iis, qui assultui præsentes.

sultum agnoscere poterunt, ab ipsis super hoc veritas est inquirenda.

79 De eo qui aliquem armis fugaverit.

Qui cum armis molutis, infra præfinitum terminum aliquem fugaverit, si veritate coram Scabinis convincatur, in forisfacto viginti librarum tenebitur. IV.

80 De eo qui vim vi depellens ledit.

Si quis asiliatur, quidquid ipse fecerit in corpus suum defendendo, ad nullum tenebitur forisfactum. V.

81 De cade exulis.

Qui occiderit aliquem bannitum, in hoc nullum facit forisfactum. VI.

82 De rapina.

Quicumque veritate coram Scabinis convictus fuerit de rapina, viginti libras pro forisfacto dabit, & damnum rapinæ restituet. VII.

83 De conciliatione Exulis.

Qualemcumque concordiam faciat Domino Teneræmondensi, tamen remaneat bannitus, donec viris Teneræmondensibus ad opus castri sexaginta solidos dederit. VIII.

84 De eo qui hospitio accipit exulem.

Qui bannitum pro forisfacto viginti librarum hospitio suo susceperit, veritate coram Scabinis convictus viginti libras amittet. IX.

85 De forisfactis inter extraneos.

Extranei ab extraneis à forisfactis omnibus infra libertatem villæ Teneræmondensis accidentibus poßunt convinci, & sic à facto rei permanebunt. X.

86 De eo qui fuste percußerit.

Qui aliquem fuste, vel baculo percußerit, convictus veritate coram Scabinis in forisfacto decem librarum erit. XI.

87 De eo qui pugno, palmâ, &c

Qui pugno, vel palmâ aliquem percußerit, seu per capillos accesserit: si inde veritate convictus fuerit, sexaginta solidos dabit. XII.

88 De eo qui alii per terram traxerit.

Si vero ad terram traxerit, centum solidos persolvet: & si postquam ad terram ipsum traxerit, manu, vel pede, vel aliâ re percußerit, decem librarum reus erit: & convictus talem habebit emendam à malefactore, qualem ei Scabini judicabunt. XIII.

89 De convitiis.

Quicumq; alicui convicia dixerit, si per veritatem coram Scabinis convincatur, decem solidos persolvet. XIV.

90 De treguis si petatur.

Si verò Scabini ab aliquo treguas petierint, pro quacumque discordiâ fuerit, & ille respondent quòd propinquiorem habeat parentem: ille debet ducere Scabinos ad propinquiorem parentem, & ab illo treguas debent requirere Scabini. Et si ille negaverit, & dare treguas noluerit, viginti libras persolvet. Et si de cetero ab ipso treguas petierint, & ille iterum dare negaverit, quotiescumq; ad petitionem Scabini treguas dare renuerit, toties viginti librarum reus erit. Si vero propinquior parens inventus non fuerit, ille quem primò XV.

primò Scabini tenuerint, treguas debet dare, donec Scabinis propinquiorem monstraverit parentem, & eodem Scabinis ostenso, debet quitus morari. Si autem treguas dare renuerit, viginti libras dabit, sicut superius dictum est.

XVI. *Si verò dissentiones, aut discordiæ aut guerræ, aut aliquod aliud malum inter probos viros villæ exoriatur, unde ad aures Scabinorum perveniet clamor, salvo jure Domini, Scabini poterunt illud inter se componere, & pacificare.* 91 *De pugnis Civium.*

XVII. *Qui autem compositionem, vel pacem quam Scabini inter se facient, sequi noluerit; forefactum viginti librarum incurret.* 92 *De eo qui pacem renuit.*

XVIII. *Si verò aliquis ea quæ à Scabinis judicio, vel testimonio fuerint affirmata, dedixerit; unicuique Scabinorum qui dedicti fuerint, sexaginta solidos persolvet: Domino autem tantum dabit quantum dabit omnibus Scabinis de forefacto.* 93 *De eo qui Scabini testimonio vel sententiæ dedixerit.*

XIX. *Quicumque etiam in Scabinos per malum manum suam miserit, veritate convictus viginti libras de forefacto dabit.* 94 *De eo qui Scabinos vim infert.*

XX. *Quicumque per vim feminam violaverit, & super hoc veritate coram Scabinis convincatur, ei collum cum asse re qui vulgò nominatur* Plancke, *debet abscidi.* 95 *De vi famine illata.*

XXI. *Si autem aliquis hominem infra libertatem villæ Teneræmondensis occiderit; caput pro capite dabit: membrum pro membro, & omnia sua debent esse in voluntate Domini, si de homicidio veritate convincatur.* 96 *De homicidio, & latrocinio.*

XXII. *Nemo infra milliare manens gladium debet ferre intra muros villæ Teneræmondensis; nisi gratiâ negotii per castrum transeat. Si verò villam intra muros velit intrare, causâ inibi morandi, gladium suum debet dimittere in Suburbio, quod si non fecerit, sexaginta solidos & gladium amittet.* 97 *De gestando gladio in urbe.*

XXIII. *Justiciæ verò Dominis, & ministris ejus, qui pacem villæ observare debent, nocte & die arma ferre licebit.* 98 *De eodem.*

XXIV. *Si verò Scabini per absensum Justiciæ Domini bannum ponent in pane, vel in vino, vel in aliis mercibus, gratiâ emendationis villæ; tertia pars forefacti quæ de banno illo proveniet, debet dari ad opus villæ: residuum verò Domino reddetur.* 99 *De banno panis, vini, &c.*

XXV. *Si Mercator vel aliquis homo extraneus, coram Scabinis pro requirenda Justiciâ venerit; & si ille de quo quæritur præsens sit, vel inveniri possit; Scabini ei Justiciam debent facere juxta legem villæ, infra tertium diem, vel saltem infra octavum diem.* 100 *De judicanda lite, absente parte.*

XXVI. *Si aliquis de infractoris villæ, coram Scabinis falsum tulerit testimonium, & Scabini illud cognoverint, viginti libras amittet.* 101 *De falso testimonio.*

102 *De scabino falsi convicto.*

Si aliquis Scabinus testimonio Scabinorum, suorum parium, de falsitate convictus fuerit; ipse & sua omnia debent esse in voluntate Domini. XXVII.

103 *De absentia scabinum.*

Si verò Dominus Teneramondensis, vel aliquis alius, aliquid contra Scabinos velit dicere, super aliquâ causâ; Dñs Teneramondensis debet eos submonere ad domum suam, apud Teneramondam; vel apud Antverpiam, vel alibi ubicumq; Dominus vellet, ubi posset adducere Scabinos de Antverpiâ: & ibidem debent venire & judicio Scabinorum de Antverpiâ Scabini Teneramondenses, possunt convinci. XXVIII.

104 *De novo lege.*

Si verò Dominus villam aliquo modo vellet emendare, & aliam legem ponere, consilio Scabinorum ejusdem villæ, gratiâ emendationis villæ, aliam legem potest ponere. XXIX.

105 *Cives immunitati.*

Volumus etiam, quod burgenses de Tenremonde non possunt in prisoniamitti, si habeant plegios sufficientes. XXX.

In cujus rei testimonium, præsentes literas sigilli nostri munimine duximus roborandas. Actum anno Domini millesimo, ducentesimo, trigesimo tertio, mense Iunio. XXXI.

106 *Iudex Civilis quis,*

Præter Senatum, civilem insuper hîc jurisdictionem habet Iudex caussarum civilium, quem *Principis Locum-tenentem* sive vicarium vocant, institutus à Carolo V. Cæsare, an. ∞ IↃ XLIV. Coram hoc licet civibus Gandensibus, & Teneramondanis convenire suos debitores, certis locis in Wasia, ditione Alostana, & alibi viventes: de quibus distinctiùs suprà, capite VIII, numero XXXIV.

CAPVT X.

Populus ejusque divisio.

1 *Populi hujus indoles.*

2 *Mores.*

3 *Sermo.*

4 *Cur hîc nihil de Nobilibus familiis.*

5 *De Nobilitate disputatio.*

SENATVI *Populus* succedat. Huic propria est ab omni ævo, fides in Dominos, & in Catholicam religionem studium. Genio ferè sunt hilari, & libero: ingenio quo pleriq; Belgæ: animo in peregrinos & pauperes liberali: rara inter Cives dissidia, & si qua oriantur, citra sanguinem consistunt. Moribus sunt honestis, sermone neque indisserto, neque affectato, & quiad Antverpianum magis accedit, quàm Gandensem. Enimvero Civium alii sunt Nobiles; de quibus hîc sigillatim nihil, nedum familiam alteram alteri præpono, curis me mactẽ, & onerem invidiâ. Ne tamẽ nihil dicã: Inter ea quæ Sapiẽti suo Stoici tribuũt, id cũ primis est, quod *Hominem*

Senec. Epist. 16. Hor. Satyr. 6.

Hominem eâ parte æstimat, quâ homo est:
——Turpi cecernit honestum,
Non Patre præclaro; sed vitâ, & pectore puro. 6 quid proprium Sapientis.

Itaque ille ex solâ animi virtute, hominis dignitatem metiretur: quæ cùm in actione consistat; verè illi nobiles, qui vel togâ domi, vel foris sagô, Principi, & patriæ suam operam cum laude impendunt. quæ si eximia aliqua sit, non vivorum modò plausu; sed & posterorum encomiis celebratur. Hæc Nobilitas etsi vera est, & unica; non tamen habetur vulgò, nisi Principis auctoritas accedat, qui sæpe benemeritos hoc favore dignatur. 7 unde hominis dignitas. 8 qui verè nobiles. 9 qui est jam positus. 10

Idem lib. 4. Ep. 3.

& quia

Fortes creantur fortibus, & bonis:
——nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam;

quæ nunc dicta Nobilitatem confutando sunt.

in ejus honoris communionem veniunt,

Virgil. Æneid. lib. 7.

Et nati natorum & qui nascentur ab illis. 11 & altera.

utili cumprimis instituto, ad excitandos subditorum animos: laudata enim virtus

Crescit, & immensum gloria calcar habet.

Sed id ferè vitii inter hos videmus, à rerum humanarum ignorantiâ ortum habens: quod multi corpus quidem exercent, cui jam inde ab incunabulis desudant; animum verò negligunt: qui tamen primùm, & potissimùm exercendus, quia ab illo omnis nostra dignitas. Alii dein solo hoc titulo sibi blandientes, nihil à proletario hominum genere differunt; quàm quòd gladium gestant, exuvium leonis super crocoton. qui quum à se nihil habeant, quo glorientur, imò omnium ferè rerum profiteantur ignorantiam; cæteros tamen non pluris quàm umbras faciunt. Imò verò eò insuper stoliditatis ventum est; ut qui suâ virtute emergit, præpostero judicio, per ignominiam, *Homo novus* & *primus suæ familiæ Nobilis* dicatur, ab iis, qui ipsi nihil, non dicam viro nobili, sed ne homine quidem dignum præ se ferunt: solo familiæ nomine contenti, & virtute Majorū: quam jactitare malunt quàm imitari. Et tamen ad Rempublicam non admoueri solùm volunt; sed etjam ceteris præferri: ubi sedent *lapides super lapides*, ut Chrysippi, habet Apophthegma. In ceteris animalibus eatenus patrum habetur ratio; si natorum virtus respondeat. Ignavus equus generosæ stirpis, non tanti est, quanti magnanimus vili gente satus. In navi ad clavum sedent, non ii quorum Majores solertes naucleri; sed qui ipsi gubernationis peritissimi: præsertim si tempestas imminet. Id si in Re- 12 quid in claro-rum hominum posteris sæpe vitii. 13 Præpostera de Nobilitate judicium. 14 *Inscitia ambitio.* 15 ea reprehensa. 16 rectum bonestum unde ortum.

pub. & foris, & domi fieret; accuratiùs, credo, Majorum vestigiis Nobilitas insisteret: & qui nunc alieno merito honos datur, proprius illis esset. Nunc verò quid ineptius, quàm si aliquis in segnitiâ desideat, quia Patrem habuit aut Majores industrios? quales duplici cõtumeliâ digni; cùm quia rectæ rationi, quæ cõmunis est omnibus, non obtemperant; tum quòd ad virtutem, ne domesticis quidem exemplis, patiuntur se adduci: ocium negotio præferentes; industriæ ignaviam; ignorantiam scientiæ. Et tamen hujusmodi monstris populi stultitia passim assurgit, & indignissimorum mancipiorum superciliosis nutibus ancillatur. quod ob gladium ac vestem plerique, ex consuetudine faciunt. Alii etiam, quia tanta vis est virtutis; ut eam in clarorum hominum posteris, etsi degenerant, aliquo tamen honore dignam putent: quem quoties capiunt, erubescerent profectò, & virtutem Majorum tacitè sibi objectam sentirent; nisi iis ipsis unde initium suæ Nobilitatis duxerunt, nobiliores esse sibi persuaderent. cùm contrà vera Nobilitas sit illustrior ubi incipit, quàm ubi desinit. Porrò quænam vera sit Nobilitas, quænam umbratilis, non ex Philosophorum modò scholis; sed vel ex Phalaridis aulâ discant: cujus hæc ad Axiochum Epistola:

17 *Nobilium posteri degeneres pœna digni.*

lib. Epistol. Phalar. Epist.

18 *De Nobilitate Phalaridis Epistola.*

Honestum est gloriari nobilitate, ut aliis item bonis; sed non novi hercle aliam nobilitatem, quàm virtutem. Cetera omnia fortunæ sunt. Et sanè qui vir est integer, etsi obscuro loco natus; nobilior tamen est omni rege. Contrà qui præclaris natalibus, antiquâ, illustrique ortus stirpe, improbi tamen vitam degit; ignobilior est iis, qui vilissimum ortum sunt sortiti. Quocirca lauda apud Syracusios animi virtutem, non nobilitatem Mortuorum: quæ posterorum ignobilium vitio, penitus intercidit.

19 *Populi divisi in locupletes & opifices.*

Præter nobiles familias hujus urbis, Civium alii suo sibi censu vivunt, alii in certos ordines distributi, mercaturam, & opificia exercent. In his olim eminebant Textores: quando lanificio pene hoc opidum stabat, nunc hujus generis non est tanta copia; sed tamen adhuc magna pars lanâ, lino, xilo, sedet serico rem agunt. alii pecore, & pascuis; nundinatione item hebdomadali, & annuâ, quæ utraque valdè ab exteris frequentatur.

20 *Altera Populi divisio in Collegia armatorum.*

Omnium pars lectior in tria Armatorum Collegia sive Sodalitates distribuitur: quorum *Georgiani* qui arcu utuntur chalybeo, dignitate primi, Privilegia sua & Sodalitii confirma-

21 *Georgiani hastarii.*

tionem

diplom. ann 1451. tionem nacti sunt à Philippo Bono: ante cujus tamen ævum diu fuisse, confirmationis diploma ostendit: ubi *Maioribus suis sæpe cùm laude meruisse & huic urbi præsidio fuisse* Princeps fatetur.

Meyer. ann. 1453. Quarto post confirmationem anno, decem ex hoc Collegio interfuere celeberrimis illis ludis Tornacensibus, quibus ex quinquaginta novem Belgicæ Collegiis, quingentos quinquaginta tres Balistarios, artis suæ specimen dedisse memorant.

Sequuntur *Ægidiani*, quorum Manuarius est arcus. Horum mentionem ante tria pene sæcula inveni in archivis Svvivecanis. Nunc Sebastianici fere dicuntur: postquam DD. Ægidii, & Sebastiani Collegia coaluerunt: quod factum Caroli V. ævo: à quo abolitis veteribus privilegiis, nova acceperunt.

archiv. Svviv. an. 1566. 22 *Ægidiani sive Sebastiani Sagittarii.*

diplom. Caroli V. anno 1545.

Tertii sunt *Andreani* qui Bombardis utuntur. Prima sua indulta à Carolo V. habuere. & quamquam ætate sunt postremi; tamen quia armorum genere exercentur præ ceteris hoc tempore usitato, utilitate queant esse primi.

diplom. ann. 1514 23 *Andreani bombardieri.*

Suam singula Collegia habent Politiam: parentq; Præfectis quos Hooftmannos vocant: dein Decanis, & Curatoribus, qui ex omni numero quotannis novi eliguntur. Tenentur autem omnes fidem præstare Ecclesiæ Catholicæ, Principi, Senatui, & iis qui Sodalitio præsunt. unde vernaculâ voce *Ghulde* quasi *Ghebuldi*, id est jurati, dicuntur: *Guld* enim nobis jusjurandum est. Instituta autem, aut confirmata per Belgicam à Principibus hujusmodi Collegia, in subsidium, ubi res ferret, & ad tumultus civiles vitandos, & cohibendos: cùm habeant privato sacramento florem sibi urbium, & potissimæ fortunæ homines devinctos. 24 *Collegiorum Politia.*

Præter dicta Collegia tria sunt insuper eorum quos *Rhetores* nostri vocant (alii per allusionem *Rhetorijckers* quasi *redenrijcke*, id est rationum divites, & fœcundos.) Veriùs tamen, & aptiùs Rithmici dicantur: quum Rhetorum oratio numeris soluta sit; horum vincta. Illis vitio homœoteleuta sint, his necessaria. unde Homœoteleuticos Macropedius indigetat. Scriptores suos *Factores* vocant: pari ratione quâ Græci, & Latini ab origine Græca, Poëtas. Hi Odas, & Elegias, & Epigrammata linguâ vernaculâ scribunt. Quin & soccos induunt, & subinde etiam cothurnos: ad Comœdiam tamè quàm Tragœdiam procliviores; quod illa & minore curâ cudatur; & majore excipiatur plausu. Si tamen ad Tragicam gravitatè stilum transferre libeat, priscæ fabulæ, aut historiæ imitationem concedunt, & nostra lingua ad eâ majestatem potest assurgere: si modò eruditio adsit, & genius 25 *Tertia Populi divisio in Collegia Rhetorissiana.* 26 *Eadem an aptè vulgò dicantur Rhetores.* 27 *Factores qui.* 28 *quid præstent.* 29 *Cur Comœdi magis quam tragœdi.* 30 *Lingua Flandrica maxime apta.*

31 ejus exempla.

non absit. quod ex nobilissimi Theodori Liefveltii Opdurpæ domini transfatis Bartassii Septimanis, Lyricis item atque Hippolyto Iusti Harduini & Clytemnestra, Gulielmi Coudron mihi nuper æstimare licuit etsi affecta hæc tantum erat, & recens à primâ incude, nondum limam senserat. Collegia sunt SS. *Dorotheæ, Hilduardi,* & *Rochi*: quorum symbola, *Rosa* & *Alauda Carduus*. Inter prima duo certamen est de Antiquitate. *Rosiani* suis tabulis se tuentur, quas ipse vidi indicio Lævini Svveems, ejus Sodalitatis Poëtæ primarii: quibus originem ostendunt, quam debent Iodoco van Hoecke, Gulielmo Inghels, & Christophoro de Vriese) & Senatus assensum, à quo Sodalitii leges confirmatæ sunt, Consule Hectore van Belle anno CIↃ CCCCLXXVIII: Baptizationem item (ut voce illis usitatâ utar) id est potestatem conveniendi ad provinciarum, & urbium ludos publicos, à Præside, & Consilio primariæ Sodalitatis Rithmicæ Gandavi anno CIↃ IↃ LXV. *Alaudani* verò distractis per has turbas archivis, neutrum probant. Originem suam acceptam ferunt, Gladiatorum Collegio; quod sublatum est, quia inter batuendũ aut fortè fortunâ, aut destinato consilio, quidam ad mortem læsus est; mutatumq; in hanc rithmicam Sodalitatem. Etenim paucis post Rosianos annis inveni in tabulis *Decanum & Iuratos Sodalitatis Alaudanæ*: quando autem cœperint, ignoro. Prædicto Rosianorum Collegio quod in certamine Poëtico Bruxellis olim accidit, quia insolens cum primis est, uno verbo hic visum dare. Agebant in theatro fugam, & raptum Heliæ: Hic ubi ad Corvum ventum est, qui sanctissimum virum in summa inedia pascebat, cùm ejus avis simulacrum per funem demitteretur, fortè fortunâ & vicinia corvus advolans, ejus rostro panem eripuit & avolans, tam prope Heliam accessit, ut is velut oblatum panem extensâ manu acceperit. Paullo pòst, cùm idem Helias ignito currũ in altum rapiendus esset, tanta subitò vis ignium ex æthere incubuit, ut præ coruscatione vix prospiciendi potestas ex cavea daretur. Ita brevi tempore quod nulla industria potuisset, bis casus dedit. Quod ad *Carduistas* sive *Rochianos* attinet, ii non multo sunt *Rosianis* posteriores: ut ex tabulis publicis constat, quæ datæ anno CIↃ CCCC LXXXIX. Hi privatis sumptibus Sacellum sibi struxerunt, & D. Rocho dedicarunt, quum alii altaria tantùm habeant. Iidem festo S. Rochi sportulas præbent Canonicis, Senatui, & omnibus opidi Collegiis, ac Sodalitatibus. In hæc etjã Collegia nomen dãt primores Civium. Habent suos ut superiora Decanos, & Curatores. Diebus sacris conveniunt,

32 Collegia hic quæ

33 Rosiani antiquiores.

34 etas.

35 Alaudanorum origo & etas.

36 eventus in S. anatarum.

Archiv. Ecclesiæ Teneramun. an. 1491.

37 Carduistæ quando primum.

videlib. 2. cap. 13. num. 5.

38 Collegiorum Politia.

39 exercitatio

niunt, & aut commentantur, aut recitant novi quidquam, aut priſci. Privatim etiam ſæpe dialogos exhibent. In amburbalibus verò ante meridiem quotannis ludos ex plauſtris, quæ ad priſcum morem circumvehuntur; à meridie autem Comœdias per varios dies ex theatro: quarum rerum ſumptus de publico fere fiunt. Hi Gandavi, Antverpiæ, Bruxellis, propter inventionum ſolertiam, & in rithmis accurationem, non ſemel præmia retulerunt. Unum addam corollarii vice, nobilis illius Poëtæ, Oratoris, Philoſophi, Fraciſci Petrarchæ, qui de hujus artis antiquitate diſſerens; *Hoc genus*, inquit, *Rithmorum, apud Siculos ut fama eſt non multis ante ſæculis renatum, brevi per omnem Italiã, ac longiùs manavit. Apud Gracorũ olim, & Latinorum vetuſtiſſimos celebratum. Siquidem & Romanos vulgares rithmico tantum carmine uti ſolitos accepimus.*

40 Peritia.

41 De rithmorum antiquitate.

Præfatione ad Epiſtolas.

LIBER SECVNDVS

Loca Sacra & quæ ad Religionem.

CAPVT PRIMVM.

Chriſtianam Religionem quis invenerit, & cujus hæc ditio Diœceſios.

1 De Incolarum Religione.

NVNC ad Sacra accingar. Et quidem quoad Religionem certum eſt Incolas, Accolaſque, paganiſmi olim tenebris involutos, idola ut Deos coluiſſe. Primam Chriſtianæ lucis facem quis intulerit incertum. Nam quod de D. Hilduardo Tullenſium Epiſcopo hîc creditur, quî poteſt? quum toto ſæculo, & multis antè annis, non modò vera fides in viciniis illuxerit (quam ingenti virtutum exemplo, prædicatione, miraculis, invexerunt, Tornaci [a] Piaton, Chryſolius, [b] Eleutherius, [c] Medardus; Tungris, D. Agricolaus; Morinis, [e] Antimondus; Atrebati [f] Vedaſtus; in

2 Chriſtiana D. Hilduardo eſſe non poſſe veroſimile.

3 Ejus rei argumentum à finit. vicinis.

[a] Meyer. Sub Diocles. inquit ad an. 484. ad eſt circa annum 300. b. 486. c. 515 d. 512. e. circa 300. [f] Meyer. ad annum 668. ad 1.

Sithiu post defectionē [e] Audomarus; Gandavi [h] Amandus, Bavo; Brugis [k] Eligius; Oudenburgi [l] Ursmarus; in Brachanto [m] Lęvinus; Antverpiæ, Hulsti, Axelæ, Hasnedæ, [n] Willibrordus; alius alibi) sed etiam varia variis locis structa sint Cœnobia: [o] Blandiniense, & [p] Gandense, [q] Troncinienſe prope Gandavum; [r] Trudonopoli Sarchiniēſe; [s] Elnonense in Pabula; [t] Sithiense Audomaropoli; [u] Atrebati S. Vedasti; [x] Nivigellense, [y] Torholtense, [z] Tornacense, [a] Altimontense, [b] Hasnonium, [c] Laubiense, [d] Marchianense, aliaq; plura, quæ commemorare longum esset: & sola hæc loca tam diu tenebræ occuparint? mihi quidem non fit verisimile: in tantâ loci ad geminum flumen opportunitate: quem præ ceteris incultum mansisse, nemo credat. Præsertim cùm legam de vicinis * *Flandrensibus, & Menapiensibus, quod de diversis idolorum cultibus revocati, facti fuerint una Ecclesia Christi:* idque circa annum septingentesimum.

4 & Canobia.

5 & loci opportunitate.

6 Quinq; Diœceses hæc Dynastia.

Paruit autem olim in sacris hæc dynastia partim Camera cēsi Episcopo, partim Tornacensi, nunc verò * post novas institutiones sub Philippo secundo Austriaco, Gandensi subest. nisi quòd aliquot eis Scaldim loca Mechlinienſem Antistitem agnoscunt. Hæc videlicet: *Opwyck, Bella ad Teneram, Appels, & Oudegbem.*

e 651. h. Chron. D. Baronis 608. i Ibidē. 427. k Meyer. 649 l 670. m. 693. n. 691. o. Chronic. D. Baro. ann. 610. p. 608. q. Meyer. 638 r. Miræus Orig. c. 15. an. 606. s ca. 2 614. t cap. 4. 626. v. c. 5. 680. x. Meyer. 650. y 670. z 670. a Miræus Or. cap. 5. 851. b. ca. 7. 670. c ca. 10. ante ann. 697. d ante ann. 651. * anno Abbatis D. Vismari. Miræus Chronic. an. 1559. * diplo. Paulli v. 4. Id Mail.

CAPVT II.

De Ecclesia Collegiata & quæ inibi.

1 Quot olim hac urbe Parœciæ.

2 Templi ætas.

3 DD. Hilduardi & Christiana reliquiæ.

4 D. Hilduardus quis.

VNICA hîc olim erat ante prolationem pomerii Parœcia: quæ etiam nunc totum pene opidum complectitur, titulo beatæ Mariæ Deo Sacra. Vetus hîc Templum ante Normannorum tempora structum hinc apparet; quòd illis omnia populantibus, Cives hujus urbs, Dickelvennâ transflatas D D. Hilduardi & Christianæ reliquias hîc condidisse memorantur. Factum id putem circa annum 846. quo barbaræ gentis metu, etjam DD. Bauonis, & Pharaildis reliquias, aliò in tutum delatas, Meyerus tradit. Supersunt autem adhuc ex reliquiæ, & magna popularium religione asservantur. Fuit Hilduardus Tullensium Episcopus: de quo ex Teneræmondensi

ad an. 855.

In Martyrologio,

mondensi Martyrologio ita Molanus: *Ad septimum Idus Septembris, In Civitate Teneræmonda, B. Hilduardi Episcopi, & Confessoris. qui sub duce Magryptio, primò diversis tormentorum cruciatibus affectus, sed fidei constantiâ in adversis, velut in proseris latus, fidelem populum ad agnitionem veritatis admonuit, fidemq; catholicam constantissimè pradicauit. Tandem ipse Magryptium oppositio veritatis speculo ita devicit; ut abjecto incredulitatis erroneo, Iesum Christum Dei Filium assereret: & se suosq; velle baptizari acclamaret. Quo factò vir Dei Dickelvennæ Oratorium exstruxit, in quo post hujus labilis vitæ decessum, glorioso fine quievit. De quo loco viri Teneræmondenses veneranda ejus ossa, omni virtute famata, invenerunt: atque cum summo exultationis jubilo Teneræmondæ transtulerunt.* De Christianâ verò in eodem Martyrologio exstant hæc: Ad diem

plura vide apud Molanum Natal. SS. Belgii.

septimum Idus Septemb. *Item eodem die* (B. Hilduardi) *apud Teneræmondam adventus corporis B. Christianæ Virginis.* Et iterum ad diem septimum Calend. Augusti: *In Civitate Teneræmonda, B. Christianæ Virginis, quæ regis Anglorum Migranimi filia unica erga Deos suos & idola, secundum patrum suorum traditionem exstitit devotissima. hanc omnipotens Deus sibi dignam adsciscens, de cælo illi Angelum sub specie pauperis transmisit, qui eam catechizavit, atque in Christi nomine baptizari præcepit: cujus etiam ductu Dickelvennæ pervenit.* De hac plura Molanus ad XXVI Iulii. Enimverò

5 D. Christianæ.

In Natalibus Sanctorum Belgii.

multo pòst tempore, Ringotus Dynasta dictum templum à Normannis fædatum restauratum creditur. Quocirca ejus *Conditor* in sepulchrali inscriptione dicitur, quàm suprà dedi. Iti dem in hujus Ecclesiæ Obituario, ubi hæc verba: *Annograt iæ* CIↃ. C. VI *obiit Ringotus Calvus, fundator hujus Ecclesiæ.* nisi qui de Canonicatuum institutione id intelligat: quâ notione nomen illud *Ecclesiæ* in diplomatibus non infrequens. ut autem hic antea nullum templum fuerit, non est credibile. Idem sex inibi Canonicatus fundavit; adsignatis, datisque ad id *alleodiis de Winsia, Morsela, & Gheverghem, in campis, sylvis, & pratis.* Hujus fundationis confirmationem impetravit Adelvvidis Ringoti vidua, ab Odardo XXXVI. Cameracensium Præsule; quem Odonem Massæus vocat, & Abbatem antè Tornacensem fuisse, virumque egregiè doctum asseverat. Diplomatis hæc est series:

6 quis templum restauravit.

7 Ringotus quare dicitur hujus Ecclesiæ Conditor.

lib. 1. c. p. 6 numero 17.

8 ejus alia ratio.

9 quis Canonicatuum auctor.

10 quæ data.

Archiv. Ecclesiæ Teneræmon.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Odardus per gratiam Dei Episcopus Cameracensis, pro salute animæ meæ, meorumq; Pradecessorum, pro magnâ Ecclesiæ devotione, dominæ Adelvvidis, venerabilis uxoris Remigii Teneræmondani, & omnimodâ supplica-

11 Confirmationis diploma.

tio-

tione Canonicorum Teneramondensium, eos ab omni personâ, omnigq; laicâ vexatione, auctoritate Dei, & nostrâ emancipamus: & Canonicis ejus Ecclesiæ Canonicam libertatem assignamus. concedentes, ut Decanus, qui Canonicorum ibidem Deo famulantium curam habuerit, in Ecclesia malefactores excommunicandi potestatem habeat. Sic tamen ut eadem Ecclesia, pro libertatis memoriâ, tres Teneramondensis monetæ solidos Decano Bruxellensi, ad usus nostros, singulis annis persolvat. Duo Ecclesiæ altaria de Opwyck, & Lebbeke, Ecclesiæ Teneramondensis, sanctæ scilicet Trinitatis, & sanctæ Christianæ solummodo ad ædificia sive ornamenta Ecclesiæ retinenda, libera Canonicè tradidi: in quibus salvis nostris redditibus pontificalibus, Presbyteri per Decanum & Canonicos statuantur: & ipsi nobis, vel Ministris nostris ad curam suscipiendam præsententur. Prædata quoque Ecclesia alodia de Winsia in campis, in sylvis, in pratis; de Morsele in campis, in sylvis, in pratis; de Gheverghem, in campis, in sylvis, in pratis; cum omni Justitiâ terræ, & sylvæ, liberè & integrè confirmamus: solis Canonicis usibus profutura. Præterea quæcumque, à quibuscumque in terris, in sylvis, in pratis, seu in alijs possessionibus prædata Ecclesiæ oblata sunt, vel in posterum offerri contigerit, modis omnibus, ad Canonicos usus permanere ac conservari decernimus quæ bona ne tradantur oblivioni, nostri sigilli imaginatione signamus. Et ne ab aliquo violentur, auctoritate Dei & nostrâ sub anathemate prohibemus. Hujus confirmationis testes sunt, signum Rodolphi: Archidiaconus S. Anselmi, Archidiaconus sancti Everardi, Archidiaconus sancti Sigardi, Decanus sancti Lamberti, Subdecanus sancti Lamberti, sanctæ Mariæ Canonici, sancti Gerardi Canonici, sancti Marcellini Canonici. Peractum hoc est anno dominicæ Incarnationis, millesimo, centesimo, octavo. Indictione primâ prædicti Episcopi anno tertio. Salus & gloria omnibus Christianis.

12 *Guilielmi & Machildis liberalitas.*

Post Ringotum maxima fuit munificentia; sed non æquè celebris *Gulielmi* Advocati Attrebatensis, Betuniæ, & Teneramondæ domini, ejusque Conjugis MACHTILDIS: qui *Ecclesiæ Teneramondensi unum modium siliginis Teneramondensis mensuræ de decimâ suâ in Opwyck, ad quotidianam distributionem largiti sunt: sic tamen, ut de consuetudine Ecclesiæ Betuniensis, soli servitores præsentes inde participent. Iidem dederunt Ecclesiæ Teneramondensi decimas de Lebbeke, de Opwyck, de Basrode, de Tenrebelle, de Grimbergis, de Zele, de Waesmonstiers, & de Hamme: (excepta decimâ quæ jacet in palude de Hamme) ad opus trium capellanorum, nomine eleemosynæ: ita videlicet quod quilibet trium Capellanorum, deberet percipere annuatim de decimis memoratis, duodecim modios; quatuor siliginis,* 1 *Ibidē dipl. 6. anni 1112.*

liginis, quatuor ordei, & quatuor avenæ, ad mensuram Teneramondensem: residuum verò dictarum decimarum si quod esset, cederet in usus ipsius Ecclesiæ, secundum virorum venerabilium Archidiaconi Cameracensis, in Brabantia, & Abbatis Affligemensis consilium, & ordinationem. Hanc donationem rogatu *Machtildis* viduæ confirmavit Ioannes de Betunia Cameracensis Episcopus, frater *Gulielmi* Advocati, ut ex diplomate constat Actum anno c10 cc xvii. Eadem *Machtildis* à morte mariti tres Sacellanias, in totidem Canonicatus convertit. Eâ de re sentam situ & fugientibus litteris membranulam nactus sum: quam ut potui descriptam, memoriæ causâ, hîc insero. 13

Ibidem. 13 *ad a. 1110. Pabinde à 1110 & undè.*

Ibidem. *Universis Christi fidelibus, quibus præsens scriptum videre contigerit, Ioannes Archidiaconus in Brabantia, & Ioannes Canonicus Antverpiensis, quondam ibidem Christianitatis Decanus, Salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quòd cū nobilis matrona Machtildis domina Teneramondensis, ejusdē loci conventualis Ecclesiæ patrona, & Walterus, & Wasso, præsbyteri, & Ewanus, in dictâ Ecclesiâ in tribus Capellaniis beneficiati, ex una parte; & Ioannes Ham Decanos dictæ Ecclesiæ, universumq; Capitulum, suarum prebendarum beneficiis, in terris, in redditibus, in decimis, in censu, in hospitibus, in causis de suis hospitibus, & cum suis hospitibus tractandis, in emolumentis in . . . receptis, & recipiendis, in oblationibus, & in aliis emolumentis, ad corpora antiquarum prebendarum pertinentibus, sibi reservatis, suprà dictas Capellanias & Evano & suis successoribus, in prædicta Ecclesia Canonicis instituendis, super procuratione & petitione Prælatis suis conferendis, super expensis pro rebus Ecclesiæ à Canonicis communiter faciendis, super sigilli Capituli sigillatione, super electione Decani, & Custodis, super collatione parochiarum, exceptis capellis de Vlassenbrouck, & de novo castro, super terrâ Oberti, quam vir nobilis Walterus Teneramondæ dominus Præsbyteris prædictæ Ecclesiæ contulit, super obitibus nomine obitus distribuendis, collatis, & conferendis, super cotidianis distributionibus, collatis, & conferendis, super legatis & elemosynis Canonicis de ceteroconferendis, super vicariis instituendis; á partibus fide & juramento interpositis, fuerit compromissum: Nos de bonorum virorum consilio duximus ordinandum, quod tam Walterus, Wasso præsbyteri, & Evanus Clericus, qui prædictas Capellanias jam sunt adepti, quàm alii qui in hujusmodi beneficia sunt vocandi, in sæpedicta Ecclesia Teneramondensi instituantur Canonici, eorum beneficiis nomine prælendarum censendis: fidelitatem jurent Ecclesiæ, obedientiam Decano promittant, more Canonicorum ad horas obligentur Canonicas, si allum recipiant in Choro, &* 14

14 *ea de re diploma.*

vocem habeant in Capitulo, in Decani & Custodis electione, in parochiarum collatione, exceptis capellis de Nassenbrouck, & de novo castro, quæ ad corpora antiquarum pertinent præbendarum: In ordinatione rerum universaliter ad omnes Canonicos pertinentium, in procurationibus, in expensis communiter faciendis, & in rebus Ecclesiæ, sive præbendarum alienandis. Præterea tam novi quàm veteres Canonici, de corpore suarum præbendarum, fideliter non in suis expensis, nisi voluerint, auxilium sibi ad invicem impendant, & consilium. Item tam novi, quàm veteres. Canonici, procurationes Prælatis debitas, & expensas pro rebus ab ipsis communiter communicandis faciendas, communiter, & æquali persolvant portione. Item super communi negotio quod tam novos tangit, quàm veteres, præter ipsorum consensum non sigillentur, aut emanent. Item novi & veteres Canonici, tam non Præsbyteri, quàm præsbyteri, & eorum vicarii, in eorum absentia, & Custos, & præsbyter parochialis, quos præsbyteri parochialis solicitudine. . . . Decani obedientia, & horas canonicas, ... Proventus terræ Oberti, quam vir nobilis Walterus quondam Teneramondensis dominus, in eleëmosynam contulit, & universos obitus nomine distributionum collatos. . . . De Vicariis instituendis. . . . Vt hoc robur firmitudinemq; obtineat in perpetuum nostri sigilli munimine duximus corroborandum. Actum anno millesimo ducentesimo, decimo quinto, Mense Martio: in fine . . per memoriam quod de tribus ordinavimus capellaniis, quoad missarum solennitates, Testatoris intentione & institutione, cum libertate dictæ dominæ Teneramondensis, & sui successoris, de Capellano in dicta Ecclesiâ sibi eligendo, nunc omnino salvatis, & in posterum salvandis.

15 *Electio Sacellani domini Teneramondensis, restituta.*

Has autem sacellanias non esse easdem, quas *Machtildis*, ut antè dixi, instituit, inde liquet; quòd ea donatio confirmata demum anno CIↃ CC XVII, neque ulla in diplomate mentio Canonicorum; sed *Capellanorum*: hæc autem mutatio facta, anno CIↃ CC XV. Itaque biennio antè. Non multo pòst tamen etiam illæ in Canonicatus conversæ sunt à *Roberto* filio, quantum suspicor. Sic ad duodecim præbendas numerus adauctus est: quarum omnium jus patronatus ad Teneræmondæ dominum spectat. Hujus ex filia nepos *Robertus* Betuniæ & Teneræmondæ dominus, avi, & proaviæ pietatem secutus, præter alia Anniversarium hîc fundavit uxori suæ *Blancæ*, Caroli Andegavensis Siciliæ, & Neapolis Regis filio; ex qua sustulerat Carolum brevis ævi puerum, quem Crucis signo inter scapulas signatum fecerunt. Idem *ut Canonici ad faciendam in eâdem Ecclesiâ personalem residentiam facilius incitarentur, unà cum Decano & Capitulo Tene-*

16 *tres postremi Canonicatus à quo.*

dipl. Joannis Epis. Cameracens. 1260.

dipl. 1221.

17 *Blanca Andegavensis.*

18 *Ecclesia Rotomagi.*

Meyer. an. 1265.

dipl. an. 1265.

ramon-

ramondensis Ecclesia tractatu habito diligenti, decrevit, ut fructus primi anni præbendarum Canonicorum dictæ Ecclesiæ de cetero ibi instituendorum, ad præbendas, post mortem, sive resignationem qualitercumque vacaverint, excepta causa permutationis, integrè convertantur, & converti debeant, perpetuò, ad comparandos redditus ad distributiones quotidianas, & ad usus alios Canonicos in horis nocturnis & diurnis personaliter deservientibus distribuendos. Huic decreto *Canonici* assensi sunt, *Obligantes se & posteros, specialiter ad hoc, quod dictos fructus ad alios usus, quàm ad redditus comparandos, & Canonicis distribuendos, ut dictum est, convertere non possint: statuentes insuper, ut præmissa firmiter in posterum observentur, quod quicumq; de cetero in præfata Ecclesia constituetur Canonicus, vel institui debeat, non instituatur in Canonicum, & in fratrem à Capitulo, nec admittatur ad aliqua jura præbendæ sibi collatæ, nisi prius ab ipso expressè præstito sacramento, quod præsentem ordinationem inviolabiliter observabit.* Id quo magis ratum esset, confirmavit Inghelrammus Cameracensium Præsul: addità causâ quòd *antea quotidianæ distributiones in prafata Ecclesia erant, tam tenues, & exiles; quòd per exilitatem hujusmodi, Canonici ejusdem Ecclesia non curabant in eâdem Ecclesiâ personaliter residere.* *Id autem Consilium visum sibi accommodatum: ut sic ad faciendum personalem residentiam facilius inclinarentur, & in ipsâ Ecclesiâ divinus cultus, ex frequentia residentium, augeretur.* Hæc Collegiata ad annum usque CIↃ IↃ LXXXVI proprium habuit Horarum usum, & Breviarium, quod adhuc exstat; sed ab eo tempore in Romanam consuetudinem conscesserunt.

diplom. an. 1276.

19 *Reformatio Confirmatio.*

20 *quis horarum usus.*

Decanus à primâ origine præfuit: cui ab Odardo Præsule data *potestas excommunicandi malefactores Ecclesia.* Hæc dignitas nunc est penes R. V. D. Iacobum Lauvvers S. Theologiæ Licentiatum. Eam cùm ante aliquot sæcula, nemo ne oblatam quidem admitteret; idque propter ingentes sumptus quibus ferendo exigua emolumenta non erant (cogebatur enim antiquitus de more non solùm *residere in Choro sine aliquâ dispensatione beneficii, vel servitii extra Chorum;* sed insuper *debebat respondere ad Synodum suis expensis, & integrè expensas dare toti Capitulo, & suppositis, Diacono, Subdiacono, Canteribus, Receptoribus, in prandio trium solennitatum, Natalis domini, Pascatis, & Pentecostes*) ne acephalon Capitulum esset, unde cum ingenti rerum confusione, multa præter decorum, & honestum fieri necesse est; delecti sunt *nomine Episcopi Cameracensis Scholasticus Lobiensis, Officialis, & Cantor Nivellensis, nomine verò Roberti Advocati Aire-*

diplom. ann. 1106.

21 *Decani etc.*

22 *privilegium.*

ex vetusto M. S. ex archivis Capituli.

exiles Decanatus proventus.

24 *magna cura.*

Ibidem dipl. ann. 1163.

batensis, Betunia & Teneramonda domini, Præpositus Betuniensis: qui in reformatione hujus Capituli, & Ecclesiæ, inter cetera jusserunt *quod de bonis personatuum de Opwyck, & de Lebbeke antiquitus ad fabricam Ecclesiæ Teneramondensis deputatis, decem libræ singulis annis, ad augmentationem proventuum Decanatus ipsius Ecclesiæ accipcrentur; quum ita sint exiles proventus Decanatus, quod ad onus ipsius suscipiendum aliqua persona idonea nequeat inveniri. Eligetur autem Decanus à Concanonicis, de gremio Ecclesiæ, secundùm formam de hujusmodi Prælatis eligendis in jure traditam: & vocabuntur Canonici ad eligendum, qui consuevcrunt vocari in victnis Ecclesiis, videlicet Mechlinienſi, & Antverpiensi: & percipiet Decanus duplicem quotidianam distributionem.* Quod autem ad Canonicos illos attinet *Ecclesiæ Mechlinienſis, & Antverpiensis*, nulla hîc amplius memoria. Itaque aliquando credidi eorum operâ nostros usos fuisse, cùm non major senario eorum numerus: postea verò desitum illorum uti suffragiis, quando in duplum Canonicorum numerus auctus est; sed fallam eam suspicionem fuisse didici: primùm ex Conventione Roberti cum Canonicis veterum præbendarum; quæ inita anno CIↃ CC LXIV: dein ex superiore *Machtildis* diplomate anno CIↃ CC XV. quum superiora illa de Decani electione decreta sintanno demum CIↃ CC LXV. quo tempore jam & veteres erant, & novi Canonici. Quando autem, aut cur ea cõsuetudo abolita, nondum inveni.

25 emolumenta addita.

26 Decani electio.

27 In ea olim Antverpiens. & Mechlin. Canonici.

vide li. 7 ca. 7. au 33.

Inter Ecclesiæ munia potissima sunt *Scholastici*, & *Cantoris*: quorum hîc ante quatuor sæcula institutus ab Ægidio Cnyf, eâ lege ut proximus si quis esset succederet; ille verò jãinde à Roberti Atrebatensis Advocati, Betuniæ & Teneræmõdæ domini temporibus fuit, & antè: ut constat ex Reformationis diplomate, ubi *Rector Scholarum* nuncupatur. Eorum neuter est Canonicus. Scholasticus tamen Sacellanorum primus habetur. Præter superiores præbendas, Sacellaniæ in hoc templo jam olim numerantur hæ: *S. Mariæ tres, S. Annæ una, S. Catharinæ duæ, S. Spiritus, S. Ioannis Baptistæ, S. Crucis, S. Iodoci, S. Georgii, S. Eligii, S. Nicolai, S. Ioannis Euangelistæ duæ, S. Cornelii, S. Mariæ Magdalenæ:* quarum omnium collatio ad Capitulum spectat: ut etjam Sacellaniarum, quæ variæ sparsim totâ urbe, de quibus infra. Præterea habent Canonici jus Patronatus in Lebbeke, Opwyck, Vlassenbrouck, novo Burgo, & sacello S. Odulphi, cujus tantùm memoria exstat & locus in ripa Scaldis.

Archiv. Sacelli B Virginis.

28 Cantor à quo.

29 Scholastitus à quo tempore.

anno 1565.

30 Sacellania sacellæ.

archiv. Capituli ex M.S Capituli.

31 Collatio penes quem.

ibidem. ca. 12. & 13.

32 Ubi insuper Canonici habent jus patronat.

Ad hujus Ecclesiæ munia etjam referri queat *Archipræsbyter* sive *Decanus Christianitatis*, ut vocant: etsi non semper hinc à

33 Archipresbyter.

Præ-

Præsule eligitur: sed interdum etiam ex Sacerdotibus Territorii. Hic omnibus ditionis Pastoribus, & Sacellanis præest: paucis exceptis, quos Diœcesios Mechlinianæ supra diximus: qui bus succedanei sunt, extra hoc Territorium Pastores *S. Amandi, Mariæ-kercke, Bormchemi, & Inghenæ*, qui ab Archipræsbytero quotannis visitatur, quæ quidem visitatio lustri instar est. Obit enim singula loca ut Censor, & in mores vitamq; Sacerdotum inquirit: & si quid notâ dignũ, de eo ad Præsulem aut Curiã Ecclesiasticam refert. Insuper Oeconomiã tẽpli, & mẽsæ pauperũ examinat, & rationes audit. quâ viâ fit, ut quãtũ humana cõsilia valent, Sacerdotes frugi sint, sua sacra decenter obeãt, tẽpli sarta tecta curentur, & pauperes deniq; non negligantur. Habuerunt Canonici antiquitus sive privilegiũ, sive cõsuetudinẽ, quòd in Civilibus, & criminalibus primi suorũ causãs cognoverint, & judicarint. Et quidem in re civili exemplum inveni in causa Hérici de Keysere Decani: quem cũ judex Ecclesiasticus ad suum tribunal citasset; graviter de eo cõquestum est capitulũ, *quòd Iusticiabilis esset corã suo Capitulo. Itaq; rogarunt ut secundũ laudabilẽ consuetudinẽ, hactenus, & ab antiquo conservatam, causa ad Capitulũ remitteretur.* Itidem cùm Roelandus de Bosco Pastor hujus Ecclesiæ à dicto Iudice de crimine appellaretur, allegarunt, *omnium, & singularũ causarum correctionẽ, & punitionem, exceptis Sacramentis ad se spectare. Præsertim quũ corã Capitulo causa ventilari cœperit.* At vero cùm & hîc & alibi viderent, indies auctoritatem suam lædi, universim & singulatim jura violari, immunitates, libertatẽ, privilegia minui, & labefactari, *per plerosque tã Ecclesiasticâ, quàm sæculari potestate, atque Iurisdictione fulcitos, eorũdemq; & præsertim Reverendi in Christo Patris & domini, domini Episcopi Cameracensis Vicarios & Officiales, & nonnullos alios contra Iustitiæ tramitẽ, timentes verisimiliter ex jã factis plus in posterũ gravari posse, & gravaminibus hujusmodi propter divitias, majorum potentiã, & cujusl bet suppositorũ paupertatẽ, & litis sumptuosè deducẽdæ insufficientiam, occurrere non posse, nisi de remedio provideretur opportuno*; Societatẽ inierunt cum Capitulis *S. Gudulæ Bruxellis, S. Rumoldi Mechliniæ, S. Petri Anderlecti, S. Gõmari Lieræ, S. Petri Tour nouti, S. Gaugerici Halteræ*: idq; hunc in modũ: *Quod*, inquiunt, *nos invicẽ, & subditos nostros tuebimur, & defendemus in bona Iusticiã, contra quoscumq; Ecclesiasticos atq; seculares, quacumque auctoritate, & dignitate, etjam Pontificali fulgentes: nos injustè aut de factò opprimentes, seu opprimere volentes: Itaque quod si aliquis ex nobis, vel subditis nostris, prætenderit se gravatum, aut oppressum,*

34 ejus munera

M. S. Geriul.

35 Canonicorum privilegium.

Ibidem.

Ibidem;

nibul ann. 1490.

Ibidem;

36 Societas.

37 æqualis.

opprimive timet, aut gravari in futurum; Casum Capitulo suo ad longum exponet: & illud de eodem, & meritis sua causæ diligentissimè informabit quod si ex informatione Summariâ, & verisimili, reperiat rem ita esse; scribat aliis Capitulis de Confraternitate, talem advenisse casum, qui est contra tale vel tale Privilegium, aut statutum, vel contra talem vel talem consuetudinem: quare sibi videtur, quod talis sit cum Iustitia à Confraternitate defendendus: Sicq; rogabit & requiret alia Capitula, ut rescribant opinionem suam. Et si omnia, vel major pars eorum consentiant primo Capitulo scribenti; tunc defendetur per omnia Capitula, consilio, auxilio, & favore, ac etiam expensis ab omnibus æqualiter exburſandis. Si tamen postmodum inveniatur, illum pretendentem se gravatum, Capitulum suum male informasse, solvet expensas per omnia Capitula jam factas, & ob eam causam necessariò faciendas, si sit solvendo: alioquin secundum exigentiam casus aliter corrigatur, & puniatur: taliter quòd ceteris cedat in exemplum. &c. Hanc Conventionem omnes simul Confœderati sacramento confirmarunt Bruxellis ad D. Gudulæ, in conclavi, an-

39 *eadem narrat.* no CIↃ CCCC XLVI. Iterumque Mechliniæ ad D. Rumoldi, sub novâ formâ & stipulatione anno CIↃ CCCC LXIIII Conventumq; utrobique, ut omnes in posterum ad præbendas admittendi, in hoc fœdus jurarent, quod ne quis recusaret aut rescinderet Pontificium etiam indultum accessit: quod postmodum sancivit Sixtus IV anno CIↃ CCCC LXXV: adjectâ auctoritate admittendi in dictam Societatem quosvis alios.

Archiv. Capituli.

Ibidem Nicolai dipl. an. 1447.

39 *Canonicorum Privilegium secundum.* Aliud insuper magni olim momenti privilegium ab Apostolicâ sede per legatum Canonici accepere, ut, *cùm generale terræ fuerit interdictum, liceat in Ecclesiâ, non pulsatis campanis, interdictis & excommunicatis exclusis, voce submissâ, divina efficta celebrare: dummodò causam non dederint interdicti, vel id contingat specialiter interdici.* Nunc autem rarior hujus est usus; quia moderatiùs Pontifices hac auctoritate utuntur: quàm olim in rebus politicis, vel ob pecuniam non numeratam, vel aliam aliquam causam universas provincias Ecclesiæ communione interdixerint.

Archiv Capitul. dip. an. 1234.

Meyer. an. 1119. 1125. & 1140. Mosch. Compend. li. 1. vita Cresc. a Platina vita Clemētis IV. & alibi.

40 *privileg. tertium.* Peculiare insuper hîc est, post summi sacri solennia, Episcopali ritu populum beare aut benedicere, ut vocant: canendo, *Adjutorium nostrum in nomine Domini*, quod alibi legêdo solùm effertur.

41 *necessitas testandi.* Hujus Ecclesiæ Canonicos compulit Ioannes Burgundus Flandriæ Comes, Teneræmondæ dominus, ad residentiam: alioquin null os percepturos fructus; nisi fortè in Comitatu

Archiv. Capit. diplom. an. 1419.

Prin-

Principis versarentur, aut studiis quæ privilegiata vocant. Id confirmarunt Petrus Alliacensis Cardinalis, & Ioânes V. Cameracensium Episcopi, & post eos ipse Pontifex Romanus.

Non exiguum hujus Collegii ornamentum est quod hinc olim lectus est *Præsul, Reverendus pater Dominus Nicolaus Ruter. Episcopus Atrebatensis.* quod Obituarium hujus Ecclesiæ mihi suggessit. quo autem anno vixerit, non potui inde colligere. Et quidem Posteritatis justa querela est, dum incuria temporum Antiquitas, rarissimè annos notat: unde & hac in re, & aliis variæ passim difficultates emergunt. 42 *quis hunc lectus Præsul.* 2d 17. Kal. Decemb.

Est in hoc templo præter cetera magnificum Sacellum, D. Virgini structum: quod Christophorus Barousius Lusitanus Caroli Burgundi, & ejus filiæ Mariæ, Philippi item primi Castellę regis, ejusque conjugis Ioannæ Oeconomus variis muneribus, & legatis olim ditavit; ibidem sepultus, cum vxore Philippa Utenhove, matrona illustris, & vel ante quadringentos annos celebertimæ Gandavi familiæ. Huc è sacello D. Virginis ad portam aggeris translata est Sodalitas D. Virgini sacra: in quam quotquot transscripti sunt, optimam vestem ad necessarios sacelli usus legant. Quâ de re datæ à Senatu tabulæ quæ supersunt in archivis dictæ Sodalitatis. Multo pòst cùm esset cõtroversia inter Canonicos, Senatores, & Curatores, de Sodalitatis administratione, eam sopivit Officialis Cameracensis, hoc modo: *ut in festo Conceptionis B. Virginis Canonici unum ex suis legant non Canonicum; Senatores unum non Senatorem; & Curatores destituendi duos, unum Sacerdotem, alterum laicum, omnes ex dicta Sodalitate: qui ante administrationem tenentur præstare juramentum in manibus Bailivi, aut Decani Christianitatis Bruxellensis, vel ejus locum tenentis, & rationem reddere coram dicto Decano aut vicario in Ecclesia Teneræmondensi.* Nunc verò tres universim sunt, quorum unus à Canonicis, duo à Senatu eliguntur: redduntq; rationem administrationis coram Capitulo, & Senatu. Hujus Sodalitatis Curatoribus ex consilio Canonicorum, & Senatus, Philippus bonus concessit olim in puram eleëmosynam cudere numos æreos, pretii quatuor obolorum Flandricorum, quas mitas vocant: quæ valerent toto dominio Teneræmondano. Ejus rei diploma cùm per tumultus bellicos periisset, novo Maxæmyliani privilegio est confirmatum. Hic indulsit *decem millia singulis decenniis cudere.* Eo potissimùm numi genere solitas solvi expensas dicti sacelli, hinc conjicio, quòd dicto diplomate hãc privilegii causam adfert Maxæmylianus, *quòd si dicti* 43 *Sacellum D. Virg.* ex ejus Epitaph. Analect. Harduini. Meyer ann. 1510. 44 *Fratres Sodalitatis.* an 1563. Archiv. Capit. rubul an. 1498. 45 *de Curatoribus.* Archiv. Sacelli. 46 *Sacelli privilegium cudendi numos æreos.* Ibidem an. 1533. 47 *quo pretio.* 48 *quo numero.*

numi

numi desinerent cudi, periculum esse, ne divinus dicta Sodalitatis cultus paullatim minuatur, & tandem penitus intercidat. Cusos primùm ad Portam aggeris ante Sodalitatis trãslationem, ex populari narratione constat. Dicti autem sunt ii numi *B. Virginis*: tum quòd ab ejus Sacelli Curatoribus cusi sunt; tum quia pene omnes imaginem D. Virginis præferunt. Varia uno anno genera excusa liquet, ex iis qui circumferuntur: & quidem penes me sunt quatuor variæ formæ omnes, unius anni. Porrò alterius latetis communis inscriptio *Denarius S. Teneramõdẽsis* (Mariæ scilicet cujus in medio effigies) aut *Ave Mater Salvatoris Iesu Christi*, raro alia: Alterius verò varia; nũc enim nomen habet Curatoris, qualis apud me unus, cujus hæc Epigraphe: *Theodorus Cãtor anno Domini* CIↃ IↃ XII, sed ejus generis non vidi aliũ: nunc, *Ave gratia plena dominus tecum*, aut aliud simile. Desitum autem ingruente nuper tumultu Belgico.

49 *numis.*

50 *genera.*

51 *Inscriptio.*

Iuxta D. Virginis Chorum exiguum illud Sacellum ab aliquo gentis Coudenhoviæ structum inde apparet, quod in Cornelii Gaillardi monimentis, *Sacellum de Goudenhove* nuncupatur. Id ante nuperam belli tempestatem D. Gulielmo dicatum erat: nunc verò venerabilis Sacramenti dicitur. In eo dum hæc scribo magno totius Civitatis luctu condita est præstantissimi animi heroina *Cornelia Lalana*: de qua quod ab illustri manu accepi, bone lector, hîc habe: & bonis manibus bene precare.

52 *Sacellum Venerab. Sacramenti.*

53 *Aqua frustum.*

54 *Inclyta condita Cornel. Lalana.*

55 *ejus Epitaphium.*

Illustrissima Cornelia Lalana, Philippi Comitis Hochstratani, & Annæ Renenbergicæ Comitissæ filia, virtutibus & factis heroicis præclara, (ut varia diplomata, & Historiæ testantur) Sexagesimum Sextum agens annum, ut remotiùs à curis, & pacatiùs divino cultui vacaret, Temeramondam sibi elegit: ubi Senatus, Populique maximo applausu excepta, & immunitate donata, ut præcordia animi sui in hanc urbem proclivi palàm faceret, in album Civium inscribi voluit. postea per annum piis operibus, rebusque divinis planè vacans, ut antè omnibus exemplo fuerat; ita etjam in ultimo vitæ limine, non minùs admiranda. Obiit XV. *Novembris, anno* CIↃ IↃ CX.

Sepul-

Sepultura tradita est D. Andreæ die in Choro Venerabilis Sacramenti, summo in templo: pompâ quâ & genuit, & modestiam ejus decebat. quod præstitum per filios Comitem Gulielmum, & Philippum Baronē fratres. Vidua erat Illustrissimi Gulielmi de Hamale, è Loßensibus Comitibus, Monceauxi Baronis, strenuissimi herois, ut varia scripta testantur: qui ob bene fortiter, & prælarè gesta, pro fide, & Rege, laudem æternam meruit: quibus in negotiis occubuit in Frisia, anno CIↃ IↃ LXXXII *ipso die Venerabilis Sacramenti.* 56 *quando sepultus.* 57 *ejus filii.* 58 *maritus.* 59 *mariti mors.* 60

inter cetera Philippi regis 14. Aug. 1582

Quæ sequuntur ad familiarum insignia spectant. 61 *arma familiæ.*

Quadratum in medio, Hamala cum Lalanis insignia:
Ad dextram superius, Lalanorum Comitum in Hannonia:
Inferius Luxemburgensium ducum, unâ cum Lesbaukorum, Andreanum Ducum, in Gallia mixta:
Ad sinistram superius, liberorum Comitum de Rennenberghe in Germania superiori, sive ultra Rhenum:
Inferiùs Culenburgicorum Comitum, Vltrajectinis Gheldriisq; limitaneorum, id est in Inferiori Germania, ad Leccam. 61 *& gentis consanguineorum.*

Insuper in hoc templo locus exsulum ostenditur, qui in hanc urbem antiquitus confugere soliti ad asylum: idque non more solùm Majorum sed Principis etiam Privilegio. Est autem supra Chorum qui olim S. Crucis nunc D. Hilduardi dicitur; sed per nuperas turbas omnia eversa; ne tabulatum quidem supereſt: fornices supernè nudi jacent. 62 *locus exsulum ubi.*

archiv. urbis diplom. Ludovici Malcani an. 1338

Præter monimenta quæ sparsim hîc illic dedi, pauca hîc supersunt cum inscriptione Latinâ: quæ hîc visum dare, ne curiosum lectorem aliquâ parte frustrer. 63 *templi Latina monimenta.*

Henricus de Damme magister in artibus, hîc sub
Arbo sarcophago sepultus, obiit anno
Domini, millesimo, quingentesimo, quoque quinto. Mensis Iulii XIX. *ejus anima vivat super athera, amen.* 64 *Henrici van Damme.*

D. O. M.

Genere & moribus ornatissima Matrona,
CATHARINÆ A POTTELSBERGHE, 65 *Cathar. Pottelsberga.*
Conjugi suavissimæ,
Nobilis vir CAROLVS A CATS,
Dominus de Ostenda,

ætatis suæ anno LXII,
sibique, & posteris vivus posuit.
obiit illa anno à Christo nato CIↃ IↃ LXIX,
VII. *Idus Februarii:*
cùm vixisset annos XLI.
quinque relictis ex septemdecim prolibus.
Hic verò . . . . . .

S. T. T. L.

66 Agapiti Fossani. *Agapitus Fossanus, nobilis Romanus,*
Eques SS. MAVRITII & LAZARI,
cùm ad bellum Belgicum contra hæreticos veniisset,
post longam infirmitatem,
multâ cum patientiâ, & devotione,
animam reddidit Deo Factori,
XXII. *Septemb. anno* CIↃ IↃ LXXXIV *à Christi natali,*
ætatis verò suæ XXX.

D. O. M.

&

67 Henrici Cares. *Magistro Henrico Cares*
Weertensi,
Hujus tum temporis florentissimi Gymnasii, Rectori,
qui à Senatu stipendium, & domicilium,
ad Institutionem Scholarum,
primus accepit anno
CIↃ IↃ XL,
& obiit XIII *Iulii, anno* CIↃ IↃ LVII.
Conjux verò ELISABETH BAEX
XXVI *Febr. an.* CIↃ IↃ LVI.
requiescat in Pace.

68 Livii Marcei. *Mnemosynon Illustris Capitanei*
Livii Marcei,
hîc sepulti:
qui decessit IX *Decembris, anno* CIↃ IↃ LXXXIV.
Anima ejus beatorum consortio fruatur.

69 Iacobi vander Meeren. *Monumentum honorabilis viri D. Iacobi vander Meeren, filii Adami, ex matre Catharina S'Hertogben, Pastoris hujus Ecclesiæ,*
& Ca-

& Canonici, & Decani Christianitatis, ætatis suæ LXVIII. *obiit anno* CIↃ IↃC IX. XXII *Maii.*

Tempora Guillelmo veniebant nubila soli,
Baeystius in terrâ nil nisi terra jacet. 70 *Guilielmus Baeyst.*
Præsbyter instituit Iuvenes, puerosq; tenellos,
Splendida quos fovit Teneræmonda sinu.
Præfectusq; Scholis, vigilanti pectore curat
Præsulis insignis munia rara sui.
Abstulit atra dies tristi modulamina cantus,
Omnibus insidiis mors fera quemque manet.
Da Pater omnipotens, placatus sanguine nati,
Spiritus emergens sidera clara petat.
Tristia discipulus posuit monimenta Magistro.
Invide post cineres, protinus ager abi.

Quod sequitur brevi cum mnemosyno ponendum Clarissimus Vir Iacobus Brueseghemius Teneræmondanus, Medicus Reipublicæ, & arcis Gandensis, amicus noster, nobis transmisit: quod præ ceteris ob elegantiam hîc locum meretur.

Christo nato ejusq; Matri
S. 71 *Maria Sexagia.*

& æviternæ Memoriæ
Mariæ Sexagiæ,
Iacobi Sexagii, Viri amplissimi
& in Curia Brabantiæ Consiliarii
aquissimi & sapientissimi,
filiæ:
quæ sic semper vixit,
ut omnes illi vitam longam optarent;
sic mortua est,
ut mortem ipsam amplecteretur.
Sed &
Ioanni Mariano pupulo,
qui utrum formosior, an blandior fuerit,
dubium reliquit:
Iacobus Brueseghemius
Medicus & Senator, maritus, & parens,

Conjugi, & Pusconi dulcissimis
cum luctu, & lacrymis. P.
Vixit illa ann. XXVI, menses IV, dies XI.
diem suum in puerperio clausit:
antè tamen si ipsum hunc enixa.
Anno Christi CIↃ.IↃ.C.LXVII Kal. Iulii, horâ IX matutinâ,
& post annum orbo patre relicto,
commune thalami pignus ad se vocavit
Trismegistos.

72 *ad eandem anagramma Chronicon.*

Ejusdem in uxoris mortem felicissimum anagramma Chronicon, & in id Clarissimi viri Cornelii à Marca, Euripidis & Senecæ Belgici teneros versus, ob elegantiam, amici affectum, ejusq; optimæ conjugis memoriam, hic addo; ut hoc caput docto Corollario claudam.

MARIA DE SESTICH.

ACh! M'Ita DeserIs?

73 *in illud carm.*

Quò properas mea vita? nimis properasse dolebis,
Huc ubi sollicitos ventilat urna reos.
Cur M'Ita DeserIs? aCh? *quis te malus abstulit error!*
Non potes ambiguam sola redire viam.
Nec sumego, vel plectro qui te, vel carmine ducam:
Non exorato stant adamante fores.

Bis sena potuisti lustra mecum vivere,
Si nominis quadrasset auspicium tui
Sexagia; *sed te Lachesis insontem abstulit*
Properata nimium: Dum tibi pigros malè
Lucina nexus languidâ intricat manu.
Nondum alter annus caperat parilis tori,
Et fugis; & atram tota libitinam induis.
At ne silentem sola corriperes fugam,
Ille tuus, ille meus, & ô! thalami brevis
Commune pignus, bimulus nondum, occidit.
Et ponè matrem subit: & Elysio vagus
Quærit papillas, anxium oblitus Patrem.

CAPUT

CAPVT III.

De Templo D. Ægidii.

Archiv. Svviv. diplom. an. 1222.

1 Templum D. Ægidii à quo conditum.

PRÆTER D. Mariæ parochiale templum alterum est intra muros, D. Ægidio sacrum: conditum olim à Machtildi Teneræmondæ domina. Id in urbe parùm loci comple&titur: latiùs se peregre diffundit. Fuerat à primâ origine Hospitale S. Ægidio nuncupatum; sed paucis post annis versum est, in Cœnobium ordinis Cistercienſis: cùm autem locus multâ uligine noxius videretur; translatum Monasterium in parochiale templum Svvivecanum: unde Abbatia Svvivecana nomen na&ta est. Quia verò pastoratus Svvivecanus, cum sacris, in templum D. Ægidianum translatus est; fa&tum inde, ut pagus mutato nomine, S. Ægidii vocetur, qui ante Svviveca dicebatur. Cui rei duo diplomata lucem, & fidem dabunt. quorum prius hoc est.

2 quomodo parochiale factū

3 parochia quomodo antè dicta.

Ibidem.

4 ad superiorum fidem diplomatum.

Godefridus Dei gratiâ Cameracensis Episcopus, viris venerabilibus, Affligemensi, Ninivensi Abbatibus, &c. W. Archidiacono in Antverpiâ salutem in Domino. Cùm ad instantiam venerabilis Machtildis dominæ Teneræmondensis de consensu H. personæ de Sweveke, & Walteri Præsbyteri, salvo jure suo, in commodum religionis, & utilitatem, de loco in locum infra parochiam de Sweveke aptiorem, in divini servitii amplificationem, de religione in aliam devotiorem sufficienti congregationis ordinata, & confirmata sustentatione, Hospitale S. Ægidii extra Teneramondam situm, localiter, nec non & spiritualiter concessimus transferendum; vestræ, cui majora committeremus, committimus fidelitati, quatenus ubicumque expediens fuerit infra ambitum dictæ parochiæ de Sweveke, novæ religioni ibidem inchoandæ, non solùm Personatus, sed etiam presbyteratus jure per recompensationem, sive bonam æstimationem, sive per alium competentem modum, nunc salvo, & in posterum salvando, & sufficienti Congregationis provisione ordinatâ, & confirmatâ, situm convenientem, & formam religionis devotam, ac competentem, ex nostra parte concedatis ad nos quidquid ibidem duxeritis ordinandum, ut confirmemus referentes. Si verò vos tres non contigerit interesse, nihilominus ea duo vestrum exsequantur, absque præjudicio juris alieni. Datum feriâ V. post festum B. Lucæ Evangelistæ, apud Cameracum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo tertio. Alterum est hujusmodi:

5 & alterum

Godefridus Dei gratiâ Cameracensis Episcopus, universis præsentes litteras Visuris Salutem in Domino. Vniversitati vestræ notũ fieri volumus, quod cũ nos specialiter dedissemus in mandatis W. Affligemẽsi, & R. Ninivẽsi Abbatibus, & W. Cameracensi Archidiacono in Antverpiâ, ut personaliter accederent apud Swiveke, ad considerandũ locũ competentẽ, in quo posset claustrũ Sanctimoniarũ Cisterciensis Ordinis infra ambitũ parochiæ de Swiveke collocari, salvo jure, Personæ, & Presbyteri parochialis; Ipsi nobis retulerũt, quod in dictâ villâ, ubi prius sita erat Ecclesia Parochialis, locus esset aptus, cõpetens, & idoneus, ad prædictum claustrũ ædificãdum Ordini suprædicto: locus verò parochiæ competentior, ubi prius erat claustrũ, quã Personæ, & Præsbytero satisfactum sit; sicut nobis constat per litteras virorũ venerabilium Abbatũ prædictorũ, & W. Archidiaconi in Antverpia: Nos huic mutationi nostrũ consensum adhibuimus, & adhibemus, cum favore prædictis Monialibus Episcopali auctoritate, dictũ locum ubi scilicet erat prius Parochialis sedes, præsentibus litteris confirmãtes. Inhibentes arctius, ne quis aliquâ temeritate præsumat huic confirmationi cõtraire. Datum anno domini millesimo, ducentesimo, vigesimo octavo. feriâ quartâ post festum S. Barnabæ Apostoli. Ibidem.

6 *Sacellum Anachoretarum olim.*

Iuxta prædictum D. Ægidii templum, Sacellum olim fuit, & domicilium Anachoreticũ: quod per nuperas belli turbas solo æquatum est. Fuisse hoc antiquitus templum prioris Beghinasii, ex Archivis Svvivecanis moneor: ubi vocatur *Capella veteris Curiæ Beghinarum.* Habuit inibi Abbatia Svvivecana sacellaneam, quam etiam Cantuariam vocant: cujus *officium de more* jubet *obiri Elisabeth Abbatissæ in commemorationem*, inquit, *nostri Monasterii, primæ, & principalis originis*, unde & illud constat: Sacellum hoc primò fuisse partẽ Hospitalis S. Ægidii; inde Cœnobii Cisterciẽsis; postmodum templum Beghinasii; & deniq; Anachoretriæ sive Ineluſæ, ut vocãt: steteratq; ad quatuor pæne sæcula, quando ab externis in cõmuni illa temporũ calamitate eversum. nunc ibidem præter rei memoriã, nihil supereſt:

7 *Quid olim.*

tabul. anni 1233.

Ibidem.

8 *Gandavi Beatil.*

CAPVT IV.

De Bogardis, Alexianis, & Cappucinis.

1 *Quæ hic Canonica differit.*

INTER Monasteria sexus Virilis, olim Bogardicum fuit, & Alexianum: sed utrumq; à multo tempore alios in usus conversũ. A Bogardis tamen nomen pontis & plateæ adhuc usitatũ. Unicum supereſt ordinis D. Franciſci, Cappucinicę reformationis, medio urbis loco, rivo ad labente, & horto amœnum:

Lib. M.S.

2 *Monasterium Cappucinorum.*

num: quibus tamen pro sancto & frugali vitæ instituto, utuntur magis quàm fruuntur. Conditores, & annum hæc lapidis ad limen inscriptio indicat:

Deo Opt. Max. & Divo FRANCISCO *fratribusq;* CAPPVCINIS *Dominicis* IDRAQVEZ, *pro Majestate Catholicâ urbis Teneramond. Gubernator, & unius Cohortis Hispanicæ Dux, hoc Monasterium cum suis Militibus dedicarunt. anno* CIↃ IↃ XCVI. 3 *Ibidem lapidis inscriptio.*

CAPVT V.

De Abbatia S. Brigittæ.

Archiv. Abbatiæ. VTRIVSQVE Sexus Cœnobiũ Deo Servatori dicatum, ex Constitutione Brigittanâ, totâ Flâdriâ diu nullum fuerat: tandem diligentiâ potissimùm Petri vander Helst primùm hîc structum. Is multo antè tempore in id incubuerat: ubi verò comperit Mariam Clivien sem, Philippi boni sororem, Brigittanis amicissimam, Bruxellas venisse; eò profectus, ab illa ad Isabellã Portugallen sem commendaticias huic instituto impetravit: eoq; rẽ deduxit; vt Isabella Ecclesiasten suum Cameracum miserit: qui non sine molestiâ, & difficultate à Capitulo Cameracensi, & Teneræmondano motus, *Ibidem 1465.* tandem Episcopi assensum impetravit; quem Pontifex ratum habuit. Lectus est struendo Monasterio locus, dictus *Opt laer*, ad ea tempora fornicibus infamis. Interea Isabella Princeps scriptis Ducis sylvam litteris ad Abbatissam Brigittani Ordinis, impetravit novæ Coloniæ aliquot Moniales. Itaque inde missa est Maria van Os, cum aliis tribus Monialibus, & Fratre Hermanno Vermuyden à confessionibus & fratre Ioane van Wou- *Ibidem 1466* teren Adjutore. Hi omnes venêre Teneræmondam, tanto civium applausu ut advent antibus uno passim ore acclamarint: tam *gratisitis Deo, quàm estis nobis*. Sequenti festo Purificationis solenni supplicatione deducti omnes à Canonicis, & Senatu in Cœnobium: ubi Monialium tradita cura Mariæ van Os. *Ibidem 1468.* Aliquanto pòst, fortè fortuna ipso D. Brigittæ, Teneræmondam venit Isabella Princeps, & cum ea Margareta Eboracensis, Eduardi Angliæ regis soror, conjux Caroli Burgundi, quem audacem posteritas vocavit (cujus tanto apparatu celebratæ Brugis nuptiæ, ut præ eo Antonii, Cleopatræ, Apicii, & Heliogabali luxus, meræ sordes & rus merum.) *Ibidem, Chronic. cap. 133.* Cumque hîc omnia parata essent ad structuram templi, rogata

1 *D. Brigittæ Cœnobium.*

2 *unde hæc.*

3 *Isabella Principis adventus.*

4 *nuptiæ Caroli Audacis & Margar. Eboracensis, quales.*

est

est primum in fundamento saxum ponere: quod fecit; suppositúque & illa, & futura nurus, singulæ numum aureum. Post hæc facta electio primæ Abbatissæ, Mariæ Van Os: & Confessoris, Patris Ioannis Van Kets: peractáq; ceremoniæ inaugurationis, & novæ professionis, idque propter affluentium undequaque multitudinem, in novo templo: cujus opus quinos supra terram ad sex pedes surrexerat. Eodem die datum loco nomen *Mariæ Thronus*, & decreta solennis clausura: atque hoc Cœnobium, quod hactenus Abbatiæ Aquæ-Marianæ juxta Sylvam-ducis fuerat obnoxium, emancipatum est, factumque sui juris: & exinde totius Cœnobii administratio, quæ antè penes Confessorem fuerat, ad Abbatissam de more hujus instituti translata. Fortè ob reverentiã, quæ debita D Brigittæ Ordinis auctori, regiæ Danorum sobolis. In cujus rei Symbolum, Moniales in hunc usque diem aureum in digito annulum gestant: & ornantur in capite coronâ cãdidâ, purpureis distinctâ notis; In fronte, occipitio, temporibus, & vertice: mutatis regi thiaræ lapillis, in quinque Christi regum regis vulnera. Erat autem D. Brigitta ex Suevis oriunda, Daniæ regis filia, Neritiæ Princeps. Octo liberos habuisse dicitur, quorum omnium consecrata memoria: mares quatuor, & fœminas totidem. Marito vitâ functo, cum filiâ Catharinâ Solymas profecta est: reversáque Romam scripsit Gregorio Pontifici, qui in Gallia sedem habebat, Dei voluntatem esse, ut Romam rediret. Sederunt autem Avenione Põtifices ordine septem, Gallici omnes sanguinis: quorum primus *Clemens* eo nomine V. natione Vasco Episcopus antè Burdegalensis, qui Romã sedẽ, Cardinales, & Curiam transtulit & quo magis ea mutatio perennaret, emit eam urbem à Ioanna Siciliæ & Neapolis regina, sibi & posteris Põtificibus, tricies mille florenis aureis. Illũ secuti sunt *Ioãnes XXII* Cadurcus, *Benedictus XII* Tholosanus, *Clemens VI* Lemovix, *Innocẽtius* Sextus Lemovix: *Urbanus V.* Lemovix, & *Gregorius XI.* Lemovix: qui sedẽ ex Galliâ Romã trãstulit, an. ɔIↃ ɔɔɔ LXXVI: septuagesimo quarto, postquã Avenione fuisset: magno Italiæ, & præsertim urbis Romę dãno. Pontificũ enim absentiã statim secutæ sunt urbiũ defectiones, novorum Principum lectiones, Venetorum cum Ferrarien sibus bella, Hetruriæ con cussio, Galliæ Cisalpinæ motus, Henrici Cæsaris in Italiam irruptio, ejusdem suspecta mors, in Bavarum conspirationes, Põtificum novæ lectiones, & inde schisma, Neapolitani regni turbæ, Romæ ob libertatem tumultus, Venetorum & Genuensium mutuæ

5 *primus Abbatissa quo.*

6 *Monasterii nomen.*

7 *quare hic sequitur sextus emptio.*

8 *D. Brigittæ quæ.*

9 *ejus liberi.*

10 *peregrinatio.*

11 *ad Pontificem scripsit.*

12 *qui in Gallia Pontifices sedem habuerint.*

13 *Avenionis emptio.*

14 *Sedem quis Romam transtulerit.*

15 *Pontificum absentiæ quid in Italia secutum.*

Archiv. Abbatiæ anno 1471.

Ibidem.

Meyer an. 13.

Meyer an. 1314.

Platina vitã Clementis V.

Matthæus Villaneus 1 Annal. Platina vitis PP & Meyer. 1334.

Platina vitã Clementis V.

Idem V. folio XXII.

Idem vitã Clementis VI.

Idem vitâ Innocentii VI. † Idem vitâ urbani V. ★ Idem vitâ Gregor. XI.

mutuę clades, totius Italię turbatio, †vicecomitũ ſtrages, ★Cypri vaſtatio Genuenſium auſpiciis, Famaguſtæ deditio, Perini Regis de ſalute pactio, & tributum, Pretenſis urbis invaſio, populorum ab Eccleſia ſeceſſio, Britonum Siſennæ clades, miſeranda Siſennatum cædes, Romæ deniq; frequentes mœnium, templorum, ædium ruinæ, ſolitudo, barbaries, quæ maximè res & Brigittam ad monendum impulit, & Gregorium ad parendum. Acceſſit inſuper liberum Epiſcopi cujuſdam reſponſum, qui cùm à Pontifice rogaretur, quid cauſſæ eſſet, quo minùs ad ſuam ſe eccleſiam reciperet: Et quid, inquit, cauſſæ eſt, cur tu, o Pontifex, non ad tuam? Satis apertè Romam innuens. Itaque rediit ille, ut dixi, Romam: ſive D. Brigittæ monitu, ſive aperto Epiſcopi reſponſo, ſive demum ſuopte conſilio, cùm tot Italia calamitates, & ipſius Reginæ quondam urbium Romæ, fando audiret, animo cerneret. ſed non ideo præreptæ occaſiones ſchiſmatum in eccleſia, & turbarum in Italia: quorum illa paullò pòſt ita Eccleſiam occuparunt, ut eodem tempore tres ſimul Pontifices Europa viderit: quæ tempeſtas aliquamdiu Eccleſiam, & omnes pæne provincias vehementer conquaſſavit, ſævientibus undique odiis, & in mutua excidia hominum furore comparato: Hæ verò in multos poſtea annos perdurarunt, ingenti totius Italiæ clade. Neque tantum collyria potuêre ut nõ ſubinde quæ malè coierant vulnera, fædiùs eruperint, & ſæviùs in vicina membra malum cõtagio propagarint. Tandem verò prædicta Brigitta poſt multas revelationes, & vaticinia, quæ in volumen, quod exſtat, ipſa retulit, Romæ decedens, ad ſuperos abiit: ubi immortalitate gloriæ fruitur, ut hic nominis & ſancti per orbem inſtituti. Hujus Monaſterii ædificia communis pridem calamitas evertit; ſed Antiſtitæ diligentiâ, & conſilio Reverẽdi Patris Iacobi vã Loughẽhaeghe paullatim reſtaurantur. Series autem Abbatiſſarum eſt hæc: *Maria van Os, Margareta Lombaerts, Margareta van Laere, Amelberga vander Beke, Beatrix Ridders, Anna Snaers, Heylwigis van den Broecke, Anna du Bois, Barbara Taße*: quæ nunc præeſt, pietate, & prudentiâ inſignis. Patres autem qui per ordinem præfuêre ſunt hi: *Ioannes Kets, Ioannes Otteren, Ioannes de Oſt, Robertus van Inxhem, Petrus Caelebaert, Iacobus Algeet, Georgius Verpleſſen, & Iacobus van Loughenhaghe* de quo vide Coronidem noſtri operis.

16 Liber à Epiſcopi reſponſum.

17 Brigitta mon.

18 Monaſterii reſtaurantur.

19 Abbatiſſarũ ſerius.

20 Et Confeſſarii.

Lib. 1. cap. 9. num. 11.

Porrò ſingulari pietate, & exemplo eò exiſtimationis hoc Cœnobium devenit, ut hinc velut ex ſeminario alterum Inſulis ſuccreverit, quo ipſa Antiſtita Anna du Bois, cum ſex Monialibus

libus abiit, novæ plantationis ergò: ubi non ſtitit curſus ſui impetum; ſed & inde Atrebatum hæc norma Religionis propagata eſt. Structa ſunt & alibi alia hujus generis Cœnobia, ſed pauca per totum orbem, nimirum hec:

21

Brigittani inſtituti Cœnobia

In Swecia, Monaſterium Watzinenſe, in diœceſi Lincopolenſi. Archiva Abbatiæ.
In Finlandia, Vallis Gratiæ.
In Livonia, circa Revaliam.
In Pruſſia, Dantiſci.
In Pruſſia, Erilingæ.
Circa Stralaskium, Mariæ Coronæ.
Prope Lubecam, Mariæ Vulnus.
In Dacia, Mariæ Sylva.
In nova Zuylandia, Mariæ ager.
In Nortwegia, Muncoliviæ.
Prope Norimbergam, Mons gratiæ.
In Bavaria, D. Haſtonis.
In Italia, Genuæ.
Prope Florentiam, Paradiſus.
In Anglia, Sion.
In Brabantia prope Sylvam-ducis, Aquæ Mariæ.
In Civitate Campenſi, Campus Mariæ.
Iuxta Amersfordiam, in pago Zoeſt, Mariæburgum.
In Hollandia, Goudæ, Stella Mariæ.
Prope Coloniam, Mariæ Vorſt.
In Clivia, Mariæ arbor.
Traſecti, Mariæ vitis.
Prope Antverpiam, in Miſhaeghen, Sion.
In Hollandia, Briele.
Romæ, Hoſpitale S. Brigittæ.

CAPVT VI.

De Abbatia Swivecana.

3 Abbatia Swivecana.

INTER alia quæ fœminei ſexus, ultimæ antiquitatis eſt Abbatia S. Mariæ, ordinis Ciſtercienſis: quam fundavit *Machtildis* Teneræmondæ Domina, mutato Hoſpitali S. Aegidii, quod paullò antè ſtruxerat, in Cœnobium cum omnibus Archiv. Abbatiæ a. 1253.

2 Fundatrix.

emolumentis, & redditibus, quæ antè fuerant Hoſpitalis, cum aliis

aliis denovo fundis, cum suâ tum aliorum liberalitate, quâ de re hoc exstat diploma.

Ibidem. *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Sciat universitas vestra, tam posterûm, quàm præsentium, quòd ego Machtildis Domina de Tenremonde, in spe divinæ clementiæ cultum Domus Domini ampliari desiderans, Domum S. Aegidii in Tenremonde temporibus meis factam, cum suis appendentiis, ad structuram Abbatiam Sanctimonialium ordinis Cistercienſis liberè contuli & approbavi. Eam verò cum suis personis, & possessionibus, nec non & omnibus bonis, à me vel ab aliis collatis, vel in posterum conferendis, sub nostrâ, ego, & dilectus filius meus Robertus, nec non & successorum meorum protectione suscepimus, ut autem ampliori dicta nostra Domus gauderet beneficio, bonis à nostris feudalibus ad opus Abbatiæ in manus nostras resignatis, scilicet terrâ Rengoti, & terrâ Heribrandi, nec non & bonis à nobis intuitu divinæ remunerationis collatis, scilicet Peerbroeck, & Meerbroeck ad nos pertinente, Brulo, Molendino juxta fossatum apud Têremonde, decima nostra in Hamme, decima de Herdebure, & piscatione cum una nave in aqua quæ vocatur Denre, à Molendinis supra, eam donavimus. hæc autem supra dicta Domui sicut justè modo possidet, vel in posterum possidebit, liberè confirmamus. & ne aliquis supra dicta Domui violentiam inferre attentaverit, præsentes literas sigillorum nostrorum munimine corroboravimus, quod si quis ausu temerario nostræ donationi contraire præsumpserit, sciat se indignationem Dei omnipotentis, & nostram incursurum. Testes, Ioannes Archidiaconus Brabantiæ, VVilhelmus Archidiaconus in Antverpia, Cameracensis diœcesis, Ghiselbertus præsbyter de Gandavo, Arnulphus præsbyter de Opwijck, VVilhelmus de Betunia, Hugo de Gandavo, Sigerus frater ejus, Ghiselbertus de Rassenghem, Ioannes de Betunia, Aegidius de Morseka, Margareta de Tenremonde, Margareta de Betunia, Machtildis Domina de Rassenghem. Actum anno millesimo, ducentesimo, vigesimo tertio, quinto Idus Octobris.* 3

Ea dotatio Domus Tenremondæ.

Sigilla in Archivis spectantur Machtildis, & Roberti: illius lilium insigne erat, sine ulla inscriptione; hujus verò, antiqua arma gentis Betuniæ, cum hac epigraphe: *Secretum Roberti de Betuniæ.* Ex hoc diplomate etiam illud liquet, Sorores Hospitalarias mutato vitæ genere, Cisterciēsem normam assumpsisse. quod hæc verba innuunt *cum suis Personis & possessionibus.* quòd etiam ducunt verba Godefridi Cameracensis Episcopi, diplomate quod suprà dedi: *De religione, in aliam devotiorem.* & iterum de translatione, *localiter*, inquit, *& spiritualiter.* Huic Mach-

Lib. 2. cap. 1. numero 4.

tildis mutationi indultum concessit Godefridus, quem dixi, deditque insuper optionem sive ad D. Aegidii, sive in parochia Swivecana struēdi Monasterium. unde videre licet, ad tempus solùm hoc Hospitale Virginum Domicilium ab ipsis initiis destinatum, & à prima origine alium in mente fuisse Machtildi locum: quod sequentis anni ejusdem Præsulis diploma ostēdit, quo dat Abbatibus Affligemensi, & Ninivensi, & Antverpiensi Archidiacono negotium seligendi aptum in Swivecâ locum. Quæ res cùm morte Machtildis impediretur, aliquanto pòst, Margareta Domicella de Tenremonde cum studio in hoc Cœnobium sorori non cederet, summo ad id conatu institit, apud dictum Præsulem: apud quem eo justior erat postulatio, quòd sanguine esset junctus. Itaque procurato solo & Roberti Teneræmondæ Dominiassensu, salvo jure Patronatus, Cœnobii translationem confirmavit: quæ facta Adelwide primâ Abbatissâ; quinto anno post institutionem: hâc præsertim allatâ ratione: *quòd in dictâ villâ, ubi priùs sita erat Ecclesia parochialis, locus esset aptus, competens, & idoneus, ad prædictum claustrum ædificandum ordini supra dicto; locus verò parochiæ competentior, ubi prius erat claustrum.* sed illud hîc notandum est, templum D. Aegidii non fuisse eâ tempestate intra mœnia, ut nunc est: itaque non visa ea mutatio usqueadeo incommoda, atque nunc videri queat: ubi maxima parochiæ pars mœnibus excluditur. Etenim dicta Margareta cùm cælebs esset, legavit huic Abbatiæ præter *decimas Molenbecæ, omnia sua mobilia, & omnia quæ propriis denariis comparavit, in parochia de Appels, in palude Sancti Odolphi, & in Parochia de Opweyck tam in decimis, quàm in terris: & terram sitam in Greffenynghe, quæ vocatur Silanghen-velt, & tres mansiones suas juxta Sanctum Aegidium, & decimam sitam in parochia de Bella, & decimam sitam in Swivēke, & terram quamdam sitam in parochia de Mespelaer.* Inter cetera etjam Dominium pagi Sanctæ Apolloniæ vulgò *Appels*, cum omni Iurisdictione, civili, & criminali in totum pagum; *exceptâ hereditate Domini Teneræmondensis, & in Servis ejus* Hanc Materteræ Donationem, ut antè Matris, Robertus ex sorore nepos, Teneræmondæ Dominus non confirmavit solùm; sed & ipse erga dictum Cœnobium valde fuit munificus: deditque quatuor *bonaria terræ, cum censu qua coluntur pro medietate fructuum, quintam garbam* (id est manipulum) *unius bonarii*: Præterea *terram cum vinea juxta Ecclesiam de Swiveke sitam, reæntâ justitiâ, quam sacularis Princeps in bonis Ecclesiæ debet habere.*

Archiv. Abbatiæ. Diplom. 1223

Ibidem. 1224.

Ibidem. 1227. Ibidem. 1228. Ibidem.

4 *Cœnobii translatio.*

5 *Ejus causa.*

6 *Margareta de Tenremonde liberalitas.*

Diplom. Roberti Anno 1236. Diplom. 1232

Diplom. 1228

7 *Et Roberti Teneræmondæ Domini.*

Diplom. 1232

Diplom. 1227

Diplo. 1228

bere. Hæc & omnia quæ dicta sunt, sunt sita inter pontem Balduini, & locum illum qui dicitur Scluſa, juxta novum caſtrum. Inſu-
Diplom. 1231 per *Pomerium & nemus, & herbagium terræ de Oye, quæ omnia ſita ſunt inter molendinos novi caſtri, & Scluſam, contulit in eleëmoſynam liberè & pacificè poſſidenda. Ita tamen, quod ſi fortaſsis inundantibus aquis Scluſa rumperetur, vel aliquo modo neceſſe haberet reparari, non exſpectato mandato vel voluntate Monialium, de nemore, & de terrâ dictâ, pro voluntate ſuâ capere poſſet ubicumque vellet, ad reparandam Scluſæ rupturam, & reficienda molendina. Item ſi nimia aquæ excreverit inundantia, poſſet & deberet Scluſam rumpere, ubicumque voluerit, & per terram Monialium quaſi curſum aquæ facere, ad liberanda molendina.* Præ-
Diplom. 1241 ter hæc conceſſit illis *ventimolendinum* in Cœnobii, & aliorum
Diplom. 1241 uſus.

Immunitatem etiam *à vectigalibus, & pedagiis. Piſcationem* inſuper *in Tenerâ ſupra Scluſam, cum omni in eam jure, excepto ſuo conducto* (id eſt protectione & dominio directo): Etſimul *Piſcinam quam Vliet vocant*: cujus donationis diplomate
Vide Oudegherſte Annal. cap. 79. ſcribit hoc modo: *Robertus Dei providentiâ Advocatus Atrebatenſis*, &c. Idem *vendidit Monialibus nemus octo bonariorum, trecentarum virgarum, quod VVaranda dicitur* (juxta Cœnobium): *idq; in francum alodium, liberè, & ſine exactione aliquâ,*
Diplom. 1245 *reſervatâ tamen altâ Juſticiâ ſibi, & heredibus.* Præter dictas largitiones, confirmavit Abbatiæ varia variorum dona: & tandem pro anniverſario ſuo legavit triginta libras Flandricas, ſemel; aut ſi mallent pro eâ ſummâ redditus annuos. Hujus exemplum matriſque, & materteræ, amplâ liberalitate ſecuti
a Dip 1238. b 1249. c 1257. d 1249. e 1248. f 1227. g 1249. h 1246. i 1271. k 1297. l 1311. m 1310. n 1257. o 1219. p 1236. q 1230. r 1228. 8 Unius ex ſanguine ortorum affinium,
ſunt, [a] *Gulielmus* frater, Pontis-rorardi Dominus, cum *Iſabella* uxore, & filio *Aegidio*, [b] *Machtildis* filia, *Guido* gener, [c] *Margarcta* Flandriæ Comitiſſa, *Gutdonis* mater, [d] *Joanna* Flandriæ Comitiſſa *Guidonis* matertera, [e] *Inghelrammus de Tenremonda*, [f] *Gulielmus de Grimbergis, Roberti* avunculus, [g] *Machtildis Roberti* ſoror, cum filiis [h] *Gerardo, &* [i] *Roberto*, [k] *Robertus, &* [l] *Gulielmus*, *Guidonis* filii, [m] *Joannes Guidonis* ex *Gulielmo* nepos, [n] *Leonius* Caſtellanus Bruxellenſis cum uxore [o] *Sophia*, [p] *Oda*, *Sophiæ* ex *Arnoldo Grimbergenſi* Domino, filia, cum fratre [q] *Arnoldo de Grimbergis*, [r] *Aegidius* miles *de Morſke*, aliique cumplures. Diruta demum eſt hæc Abbatia, fatali nuper antiquitatum, & religionis tempore: adeò ut præter parietinas, & amœniſſimum ad Teneram in colle ſitum, nihil ſuperſit priſcæ majeſtatis. Abbatiſſarum ſeries ab origine, & an-

ni quibus vixerunt, ex Conventionibus & diplomatibus ejus libri, cujus frequens hac descriptione mentio est hæc contrà atque ejus libri capite habetur, ubi varia variorum interpolatio, uti primâ facie liquet:

9 *Heylwidis* a. CIↃ CC XXIII. electa vixit adhuc a. CIↃ CC XXXII. Ex Martyrologio.

Scriptis Abbatissarum. *Catharina* CIↃ CC XXXV.
Delia de Leyschot.
Elisabeth CIↃ CC LVI.
Adelisa Dei Asca CIↃ CC LXIX.
Margareta vander Straeten CIↃ CC LXXXII.
Ida de VViense CIↃ CCXCVIII.
Beatrix CIↃ CCC IX.
Agnes CIↃ CCC XVIII.
Catharina
Catharina Schoubroeck CIↃ CCC XXXV.
Margareta Christina ita in Epitaphio CIↃ CCC XLI.
Catharina van Schoubroeck CIↃ CCC XLV.
Margareta van Ecrtvelda CIↃ CCC LXXII.
Margareta Haecx.
Cæcilia Soisons CIↃ CCC XCI. Ibidem.
Stephana van den Houte CIↃ CCC XCVII.
Catharina Smunters CIↃ CCCC XVI.
Ioanna Everwijn CIↃ CCCC XXXI.
Elisabeth CIↃ CCCC XXXIV.
Catharina Smunters CIↃ CCCC XXXV.
Elisabeth de Puteo CIↃ CCCC XXXVI.

Hæc vixit adhuc anno CIↃ CCCC LV; estque ultima, cujus prædicto codice in Conventionibus mentio. Itaque ceteras ut inveni in capite dicti libri, & sepulchrorum inscriptionibus ita habe.

Laurentia de Ghistelles obiit anno CIↃ CCCC LXXXV.
Alexandrina van Damme obiit anno CIↃ IↃ IV.
Beatrix Pieters obiit anno CIↃ IↃ XVI.

Suntq; eodem conditæ monimento, quod adhuc supereſt.
Ioanna Sbien.
Barbara van den Eede obiit anno CIↃ IↃ XL.
Clara Everaerts vixit adhuc anno CIↃ IↃ LIV.
Ioanna de Mooye obiit Namurci anno CIↃ IↃ LXXXIV.

Maria

Maria Hoegaerts obiit anno CIↃ IↃ LXXXVIII.
Anna van Steelant præsens hujus Cœnobii Abbatissa: quam & antiqua nobilitas commendat, & præter ceteras virtutes singularis morum lenitas. Hæc dum nupera Induciarum Alcedonia lætiorem promittunt rerum faciem, novum in veteri solo ædificium moliri cæpit: ut paullatim rebus compositis, in antiquas sedes, ex urbe sacrum suum agmen reducat.

CAPVT VII.

De Abbatia VVaesmonsterana Victorinarum.

MEMINISSE hîc etjam licet Abbatię Montisrosarum: quæ etsi neq; fundata hîc, neque in loco hujus Dominii, tamen nunc, & ab aliquot annis Domicilium hîc Moniales habuerunt: quare silentio præteriri nõ sit æquum. Hanc Walterus Tornacensium Episcopus fundavit, loco amœnissimo, Waesmonsteri nobili Wasię ad Durmam pago, evocatis ad hoc institutũ ex Pratensi Cœnobio spectatæ pietatis, Virginibus: quarum Primária *Agnes* prima dein novi Cœnobii Abbatissa, & ab illa alię hoc ordine: *Gila, Alisia, Beatrix, Elisabeth, Mulaert, Maria, Elisabeth, Maria Inghels, Maria vander Veſtē, Clara van Coudēbergh, Margareta vanden Daele, Margareta Thines, Beatrix Borshaeghē, Amelberga Sbets, Iodoca van Steēlāt, Frācisca de Almaraz, Philippa Trieēt*, quæ nuper admodũ, magno Virginum dolore defuncta est. Erat enim (ut nobilissimum genus omittam) prudentiâ supra sexum, moribus, & pietate ad exemplum. Cui non impar successit *Anna de Samilan*, de cujus laudibus taceo, quia in os laudare Gnathonicum est.

1 *Abbatia VVaesmonsterana cur hîc memoro.*

Meyer. a. 1226.

2 *Ejus auctor.*

3 *Abbatissarum series longo tempore brevis.*

Archiv. Abbatiæ. Ibidem.

Mutatâ cum Principe dissidio Belgico religione, Moniales hæ, communi cum ceteris fortunâ, in exilium actæ sunt: unde receptâ cum Principe religione reversæ, nihil præter ruinas sui Cœnobii invenerunt: quod uno impetu à phanaticis excisum fuerat. Itaque in conductas ædes eo loci se receperunt: ubi manserę, donec populante Wasiam hoste, & amisso Hulusto, in tutum Antverpiam se contulerunt: unde huc commigrarũt: ubi dum sunt & interdum antiquas sedes revisunt desiderio veteris soli, & amœnitatis illicio, etjam num ante nuperas belli inducias in antiquo fundamento nova excitarunt ædificia: velut animo præsagientes futuram felicioris sæculi libertatem.

Anno 1514.

Anno 1591.

Anno 1600.

Anno 1607.

4 *unde huc*

5 *Veteris Cœnobii restitutio.*

Ab

6 *Ab à Monasterio pago nomen VVaesmonster.*

Ab hoc Cœnobio sunt qui credidère pago nomen esse; & dici *Waesmonster*, quasi Wasiæ Monasterium; sed falli liquet, vel eo solo quod subjungam: unde non modò ejus nominis antiquitas; sed etjam prisca pagi amplitudo patebit. Notavi siquidem in tabulis Blandinii, quæ hujusmodi antiquitatum refertæ sunt, dignum observatu, & quod non temerè alibi reperias: *Kemesecam* (sive ut nunc usus habet Kemsecam) olim intra Waesmonstrensis pagi limites compræhensam fuisse (quæ duobus inde milliaribus distat) & demum *sequestratam, assensu Lamberti Episcopi Tornacensis ecclesiam accepisse, rogatu Ditmanni, cum uxore Thietgarde, & liberis, qui ibidem Cœnobium virile struxit, & dotavit: Cujus Prælatus quem fratres eligerent, ejusq; successores, haberent curam Pastoralem, cum potestate Baptizandi, inungendi, sepeliendi, in Kemesecke, Liekevelde, Forolta, & Clappidorpa. Eorum tamen locorum decimationem agrorum pecorum, &c. haberet Persona de VVaesmõstre. Acta hæc anno millesimo, centesimo, decimo septimo.*

7 *Ejus nominis antiquitas.*

8 *Et olim amplitudo.*

9 *Kemseca olim Cœnobium à quo.*

Diplom. Lamberti 2. Pont. Cameracensis 2. 117. ibidem.

CAPVT VIII.

De Beghinis.

1 *Beghinæ à quo tempore hic.*

SUB ea tempora quibus Cistercienses admissæ sunt, Beghinæ hic fuêre. Hæ medium vitæ genus agunt, inter Monasticum, & sęculare. Certis legibus omnes vivunt: de suo victitant: à votis liberæ sunt. si nubere visum, migrant, & nubunt. Non inutili humanæ vitæ institutos; quum sint & in illo & in altero sexu, qui neq; libertatem ferre possunt, neq; arctum imperium: quibus medium hoc vitæ genus saluti esse queat. Harum prior habitatio declivi fuit loco, circa templum Aegidianum, ut antè memini dicere, eo ipso Domicilio quod Cistercienses paullo antè meliore solo mutarant: Aliquanto pòst, in salubriorem locum concesserunt. Eam mutationem ratam habuit Gulielmus Cameracensium Præsul, diplomate anni CIↃ CC LXXXIX.

2 *Earum genus vitæ.*

3 *Domicilium cur immutatum.*

4 *Et quando.*

Lib. 2. cap. 3. numero 7. Anno 1189.

Archiepiscopi.

CAPVT

CAPVT IX.

De Sororibus Augustinianis sive nigris.

Ms. M. 3. MVLTÒ pòst Augustinianæ ægris, etiam contage laborantibus ministrantes, & à nigris vestibus nigræ sorores dictæ, ex Pamelensi Aldenardæ Cœnobio huc venerunt anno CIↃ CCCC XCII: & sequenti ab Henrico de Bergis Antistite Confirmationem, à Canonicis verò hujus urbis Sacelli struendi facultatem impetrarunt. Et quidem Sacellum illud adhuc superest; sed profanatum & in usum Scholæ publicæ conversum: Cumq; locus is, quem tum incolebant esset prope urbis portam, viâ maximè frequentatâ, quod contagis tempore periculosum erat ultro citroq; cõmeantibus, translatum est Monasterium in locum ut magis avium; ita prioze multo ampliorem, & amœniorem.

1 *Nigræ Sorores unde hæc.*
2 *& quando.*
3 *ubi olim.*
4 *Cur translatio*

CAPVT X.

De Nosocomio D. Blasii.

Archiv. Sruvec an. 1267. & 74. men inerunt. Diplom. 1316 INTER pia majorum opera potissimũ est structurâ, & opibus Hospitale D. Blasii, ante tria sæcula, & amplius, à Teneræmõdæ dominis fundatum: qui id ideo in diplomatibus, *suũ Hospitale* appellant, etsi ab aliis ditatum. Gulielmus Flandrjensis Roberti Betunii Flandriæ Comitis ex fratre nepos, ex consilio Scabinorum, & aliorum, ad ægrorum curam quinque hìc sorores instituit, & unum fratrem: quem numerum postea Philippus Maleani genet vetuit augeri; ne quod ad ægrorum curam fundatum est, Sorores & fratres validi, & ampliore numero cõsumerent. Dictæ Sorores multo tempore ad nulla vota adstringebantur. Senatus arbitrio, & suo, ibant, & abibant, ancillarum more: donec tandem nuper admodum anno videlicet CIↃ IↃC II XXV II Augusti castitatem, paupertatem, & obedientiam professæ, ad vitam se Nosocomio sacrarunt. Cumque antè nec Pastori, nec Episcopo obnoxiæ essent; sed Senatui tantùm: ex

1 *Hospitale B. Blasii.*
2 *de eo Gulielmi Teneræm. dominis decretum.*
Diplom. 1313 3 *à quo confirmatum & auc.*
4 *illi Sorores olim quales.*
5 *quales nunc.*

inde Ecclesiasticijuris esse cœperunt. Curatores tamen adhuc à Senatu accipiunt: qui administrationis suæ rationes quotannis reddunt, idque coram Scabinis.

CAPVT XI.

De Xenodochiis.

1 *Xenodochium B. Mariæ.*

XENODOCHIA sunt duo: quorum primarium Deiparæ dicatum, ad portam Aggeris, ubi peregrinis moribus tectum, lectum, pulpamēta, & hyeme ignem; exteris item concionatoribus mensam & bibliothecam majorum pietas fundavit. Anno CIↃ CCC LIV Senatus dedit huic Xenodochio Portam aggeris, ut vocant, ad struendam turrim, eâ lege, ut si necessitas postularet, liceret Senatui uti eâ portâ, ut ceteris opidi portis, inter quas hæc olim, ante dilatationem pomœrii. Sacellum habet mediocre. Hic antiquitus Sodalitatem D. Virginis fuisse, sed in summum templum translatam cum jure cudendi ejus suprà memini. Id sacellum ante quadringentos annos fuisse, ex obituario Ecclesiæ Teneræmondensis didici: ubi ad XVIII Kal. Septemb. ita legitur: *Domina Machtildis, Domina Teneræmondensis, legavit* XII *solides Parisienses, præsentibus ad processionem illius diei, ad Domum Ægidii Cnyf, juxta Dyckpoorte Capellam, in assumptione distribuendos præsentibus.*

2 *Ibidem turris à quo tempore.*

3 *quæ lege.*

4 *Sub olim Sodalitas.*

5 *Sacellum à quo ævo.*

archiv. loci.

lib. 2 cap. 2. num. 4. et 6.

Ne autem mulieres & puellæ ab hospitalitatis beneficio excluderentur, quas cum viris promiscuè versari non decet; Alterum est ad D. Ioannis Euangelistæ huic sexui, simile diversorium: ubi etiam pueri admittuntur, qui nondum ad pubertatem pervenerunt. Ante tria sæcula sacellum hîc fuisse manifestis indiciis persuadeor. Id antequam Hospitalis nomen habuit. *S. Ioannis ad Scaldam* dictum legi. Domus autem multò est recentior: nempe ab anno CIↃ CCCC XXXIV. Fuit & hîc olim Sodalitas; sed quæ bellorum tempestate pridem intercidit.

6 *Xenodochium S. Ioannis Euangelistæ.*

7 *ibi Sacellum à quo.*

archiv. loci.

Ibidem.

Ibidem.

CAPVT

CAPVT XII.

De Domo S. Spiritus.

SVPEREST domus quæ S. Spiritus dicitur. Huic occasionem dedit Henricus Slabbaert Decanus quõdam Bruxellensis, Teneræmõdæ Canonicus: qui cùm in usus pauperum legasset domum suam quam hîc habebat; placuit tãdem Senatui huc transferre sedecim mulierc ularum habitationem, & varias sparsim fundatas eleemosynas: structumque ibidem Sacellum juxta plateam, ad liberiorem cujusque accessum, quod Spiritui sancto dedicarunt: unde loco nomen. 1 *Domus S. Spiritus à quo.*

Tab. an. 1345. Tab. an. 1432.

CAPVT XIII.

De variis sparsim & Sacellis.

PRÆTER loca sacra quæ jam dixi, varia insuper hâc urbe sacella sunt. Maximum, & quod antiquissimum habetur, est D. Ioannis Baptistæ: quod parochiale opidi templum olim fuisse vulgus existimat. Ego verò ausim asserere non excedere quartum sæculum. Hic Curatoribus *Waltero Lindano* Senatore, *Ioãne van Belle de Scherre*, & *Godefrido van den Velde*, instituta Sodalitas Ioannis Baptistæ, & aliquanto pòst D Catharinæ, quæ sequentibus annis junctæ. Toto ferè pòst sæculo Turris ex vivo saxo ad culmẽ structa est, cujus saxi sumptus cum insigni periculo sive lorica, fuit sedecim librarum Fland. & paullò amplius. Episcopus Cameracensis locum dedicavit anno CIↃ CCCC XLVI. In eâ dedicatione Congiarii loco data Episcopo libra Parisiensis, Sacellano quatuor solidi Parisienses, famulo (à secretis ut auguror) octo. Vide parsimoniam ejus ævi, ut cum senibus loquar, & auri, argentíque contemptum, vel, quod verius, inopiam. 1 *Sacellum S. Ioannis Baptistæ à quo &c.*

archiva loci an. 1503.

2 *Eidem Sodalitas una.*

3 *& altera.*

anno 1355. ibidem. anno 1514. ibidem.

4 *de exigua congiarii annuatim.*

archiva loci.

Sequitur D. Rochi. Id decreverant condere Iacobus, & Ioannes de Nivele, Romanus Dankaert, Bartholomæus Penneman: idque institutum quo magis provehceretur, impetrarũt 5 *Sacellum D. Rochi anno*

tab. an. 1489.

6 *Ibidem Sodalitas.* à Præsule Cameracensi confirmationem Sodalitatis S. Rochi: quæ cùm non posset teneri sine legibus, & institutis; petiverũt ut Senatus ea quæ inter se decreverant, sanciret: quod factum, duratque hæc Sodalitas, & est ex tribus Collegiis Rithmicorum, de quibus suprà. Tab. an. 1487. lib. 1 cap. 10. num. 3 5.

7 *Sacellum D. Virg.* Tertium est D. Virginis quod ad ripã dicitur Fuisse alterum ejusdẽ nominis ante multos annos memorãt, propius aquas, in ipsâ Teneræ ripâ: ubi nunc pons, quem Bogardicũ dicunt, aut

8 *unde translatum.* circa; quod cum nomine translatum. Verisimiliter id factum, quando Teneræ ripa ad commodiorem navium stationem munita muro. Structum autem novum id Sacellum, Curatoribus

9 *quando structum.* *Stephano vanden Briele, & Ioanne Iacops*, cùm antè in ædibus privatis ad tempus celebratum esset. Sarta tecta bajuli curãt, Tributis ad id ex Conventione cum Senatu lucri sui decimis, & insuper quotannis sex solidis. archiv. loc. anno 1512. Tab. an. 1548

Ea quæ dixi nullam pene passa hæreticorum demolitionem: Itaque divinus ibidem cultus celebratur. Contrà D. Georgii sacrarium, D D. item Nicolai, & Eligii, profanata manent. Primum, est Sodalitatis D. Georgii: alterum mercatorum, sive Propolarum; tertium Ferrariorum. Omnia

10 *sacella adhuc profanata.* 11 *ea quorum.* 12 *ætas quæque.* æquè obscuræ originis; sed tamen ante trecentos annos condita existimem, non obscuris, quoad singula, indiciis.

LIBER TERTIVS

De Territorio Teneramondensi.

CAPVT PRIMVM.

An ditio Teneramondana olim Gallici an Imperialis Soli.

1 *totam ditionem Imperatoris esse fuit.* POSTQVAM urbis & sacrorum descriptionem confecimus, *Ager Teneramondanus* extremus labor erit. Hic in quo solo situs sit, partim in confesso est, partim non ambigitur quidem; sed à pleriſq; penitus ignoratur. Quoad ea quæ Brabantiam versus ad meridiem Scaldæ, sita sunt, ab omni ævo habita soli Imperialis; quę verò ultra flumen Flandriæ sunt finitima, nunquam Gallici fuisse juris; sed etiam Impe-

Imperialis inde manifestum, quod arx Othoniana Gandavi, vulgò *Ts-Graeven Casteel* (id est Comitis castellum) in solo Imperiali non aliâ causâ ab Othone structum est, quàm ad tutelàm finium Imperii: quos Comites Flandriæ, Galli Clientes, indies arctatum ibant. Hæc ad mentem veteris Chronographi qui, *novum*, inquit, *castellum, quod ad ripas Legiæ in Imperio situm est, non reges Franciæ, non Comites Flandriæ; sed Imperatores Romanorum, in fisco, & in libera possessione S. Bavonis, ad defensionem ipsius Monasterii & antiqui castri Gandæ* (quod temere *Sgraeven Steen*, id est Comitis Castrum fuisse Oudegherste tradidit.) *propter divisionem regni & Imperii statuerunt: quo scilicet præfatus Otho regni Francorum, & Imperii Orientalium fines determinavit.*

Chron. ad D. Bavonis ad an. 936.

annal. ca. 21.

2 Castrum Othonianum Gandavi quo sito.

3 (Oudeghersteerre.)

Quin etjam ipsum Monasterium D. Bavonis, quod olim fuit ubi nunc arx Carolina visitur, *in antiquo castro Gandæ, in valle Legiæ juxta Scaldim*, unde ipsum *Monasterium Ganda* vocatum est: in Imperio situm esse, non historiæ solùm produnt; sed etjam Ioannæ Flandriæ Comitissæ diploma asseverat. Imò verò cùm inter Galliæ regem & Abbatem D. Bavonis super eâ re controversia esset, magnâque contentione Rex instaret in Gallico solo id Cœnobium esse; tandem re accuratè disputatâ, Procurator regius, Prætor Insulensis, erat enim per id tempus ea urbs Gallicarum partium) palàm apud regem professus est: *Monasterium S. Bavonis non esse situm in regno Franciæ, nec à Regibus fundatum, nec in eorum protectione: sed esse in Imperio, ab Imperatoribus fundatum, & in singulari defensione Imperii.* Hæc autem eò pluribus dico, ut cùm Othonianam arcem ad Imperii limites esse docuero, & Bavonense item Cœnobium in solo Imperii, faciliùs ostendam prædictam illam Territorii nostri partem, quum remotior sit à Galliâ, undique terris Imperialibus cincta, numquam Gallici fuisse juris; sed Imperialis: ut de Wasia palàm est, & ditione Oudenburgica, & Quatuor Ambactis, sive officiis, ut vocant, *Asnethe* (nunc Assenede) *Bocholt, Axla, & Hulsta*. Habet autem hæc nostra ditio ad ortum Brabantiam: ubi etjam à ditione Bornehemia Scaldis dividit, ut ad Septemtrionē à Wasiâ Durma. Ad occasum finitima est hinc Castellania Gandensis; inde Alostana ditio: quæ etjam meridianum latus claudit. Mediam ferè Scaldis secat. Tenera etjam, qui urbi nomen dedit, per Comitatum Alostensem huc delapsus, aliquam partem rigat. Unde præter ingentem commoditatem, summa etjam terris ubertas. Ager cùm omnis generis frumenti est ferax, tum etjam canabis, & præ totâ Flā-

Chronic. D. Bavonis ibidem anno 1128. Diplom. Caroli Calvi. Archiv. D Bavonis.

4 Monasterij D. Bavonis quo in sito.

5 Super eo citat. versus.

Ibidem.

6 ad declinat.

Chronic. D. Bavonis ad an. 1314.

7 Huic Territorij finitima.

8 Summa.

9 ges.

drià imo Belgicâ lini abundans: quod ex adsitis, dissitisq; locis, hebdomatim hinc Mercatores petunt. Pratâ irrigua, & læta gramine. Sylvæ neque multæ, neque magnæ: lignorum tamen affatim ex contermina Brabantia advehitur. Pagos universim habet sedecim: quorum cis Scaldim siti sunt hi: *Opwyck, Wetteren, Bella ad Scaldim, Bella ad Teneram, S. Gillis cum Swiveke, Baserode,* & *Lebbeke*. Ultra verò, in latere Flandrico, *Zele, Hamme, Uytberghen, Overmeere, Berlaere, Calkene, Laerne, Grimberghe* & *Moerseke*. Ex his omnibus octo tantùm censentur Tribunalia Principis, Teneræmondæ domini: adnumeratis etiã iis quæ ante annos aliquot pignori data, fiduciario jure possidentur. Sunt autem hæc: *Zele, Hamme, Wetteren, Opwyck* & *Lebbeke, Bella ad Teneram* cum *S. Gillis* & *Swiveke, Grimberghe, Berlaere, Baserode*. Cetera loca à Dynastæ Clientibus hereditario jure tenẽtur.

10 *prata.*
11 *Sylvæ.*
12 *pagi.*
13 *Principis Tribunalia quot.*

CAPVT II.

De iis pagis, qui immediatè Teneræmondæ Domino parent; & duobus Dominiis, quæ fiduciario jure possidentur.

ZELE.

OMNIVM agmen ducit *Zele*: amplitudine, fertilitate, divitiis, ceteris longè præcellens. numero etiam incolarum tanto, ut cum multis, non minimis opidis, queat comparari. Ad Septemtrionem Durmâ irrigatur; ad meridiem Scaldâ; sed non tanto spatio. Illic lætissima habet prata; hîc nulla. Præter alios fructus, maximus hîc est lini proventus: quod per totum annum variè distrahitur; plurimum tamen nundinatione anniversali, quæ magnâ celebritate quotannis celebratur ipso D. Michaelis Templum D. Ludgero sacrum est: cujus pars vetusta, pars recentior: ab incendio, credo anni c 10 cccc LII restituta. Pastoratum habet, quo extra urbes, vix totâ Belgicâ opulentior. Is ad Collationem spectat Abbatis Imperialium Werdinensis, & Hellemstadiensis monasteriorum, in Westphalia, Ordinis D. Benedicti, ratione decimarũ, quas ipsius Caroli magni dono, Werdinense Cœnobium accepit. Fuit hic olim ejusdem Ordinis Præpositura, ab hoc Abbate dependens, quam ab ipso Caroli magni ævo stetisse, ferunt. De hac ita ad me, ex relatu Stephani Campmanni, Monachi Werdinensis, & Præpositi virginum juxta opidum Santẽ, V. N. Adrianus de Maerslaelere: *Carolumagnus Imperator, ex doctissimi*

1 *Zele summa dotis pars.*
2 *Eiusdem olim Præpositura.*

simi promotione Alcuini sui Præceptoris, voluit S. Lutgerum præfici duobus monasteriis: quorum unum erat Monialium in Nivelle, alterum virorum in Brachent, quod Luthusen vel Lotusa vocabatur; sed S. Ludgerus cùm vir esset, viris, non feminis præesse maluit. Istud Luthusen dicebat D. Campmannus, fuisse Præposituram S. Petri in Zele & Grimberghen, juxta Teneræmondam. Tria hîc observo: aut ante Caroli magni ævum Cœnobium hic fuisse; aut ab eo structum, sub imperio & possessione Abbatiæ Werdinensis, cui D. Lutgerus præerat: dein id Cœnobium in *Brachent* situm; quod etjam de Cœnobio D. Bavonis Gandavi ostendi, etsi utrumq; in Flandrico Scaldis latere: & deniq; Cœnobium *Luthusē* dictum; quam vocem corruptā credo breviationis caussâ (quod nostratibus familiare) pro *Ludgers-husen*, id est Ludgeri ædes. Stetit autem ea Præpositura, donec aut bello, aut incendio illo anni CIↃ CCCC LII, eversis à Gandensibus ædificiis, aut aliâ demum caussâ, Monachi ad suum Cœnobiū revocati sunt; relictâ magnâ parte decimarum ad alimoniā Pastoris: & reliquo dato gentide Marsselaere ad tempus, sub certi annui pretii redemptione: qui eâ caussâ diu hujus pagi in quilini fuêre, ubi adhuc varias habent possessiones. Sunt autem ii Marsselarii ex antiqua stirpe van Ophem; geruntq; ejusdem familiæ insignia. Nomen autem Marsselaere habent ex antiquo suo feudo *Marsselaere* in pago Malderen; quod in clientelâ Ducum Brabantiæ possidēt: ut liquet tabulis Ægidii de Marsselaere Equitis, & Prudentiæ uxoris ejus, quæ datæ anno CIↃ CCC XXIX: Ejusdem gentis nobilitas (quæ etjam à Guicciardino Belgicæ descriptione celebrata est) vel hinc liquet, quod cum præstantissimis familiis conjugio affinitatem cōtraxerunt; ex quibus inter plures sunt hæ: Coolhem, vande Voorde, de Luu, Lanen, Asschе, Groesdōck, Happaert, Rycke, van Hale, Utēhove, Grimberge, Dielbeke, Mol.

3 *gens Marsselaere oriunda*

HAMME.

SEquitur *Hamme*, in limite ditionis ad Durmā flumē, insignis pagus. Hūc ab aliquot annis, cū dñi titulo pignoris à Principe accepit *Petrus D'overloope*; nunc est penes amplissimū virum Dñm *Ludovicū Verreykē*, Principis Audiētiariū & Aurei velleris nobilissimo ordini à thesauris, variis legationibus nobilē, & procuratā nobis pace Gallicā, Anglicā, & Inducijs belli Belgici. Habet hic præter constitutionem Majoris, Messarii, Scabinorum, aliorumque munerum; jus aucupii, & venationis. Altam

4 *Hamme quæ le dominium,*

5 *cujus.*

6 *dominī jura*

diplom Philippi an 1560.

anno 1597. anno 1600. anno 1605.

verò

verò Justiciam, recevia feudorum, jus decimarum, in Venditionibus optimum cathallum, & mulctas quæ tres libras excedũt cũ Imperio in vasallos, aliisq; regalibus, Princeps sibi reservavit.

7 *Templi antiquitas.*

Templum hîc est D. Petri nomine Deo sacrum, originis incertæ: antiquum tamẽ esse constat vel ex versibus qui in fornice leguntur quos mihi loci postea Ioannes Bouquet solerti vir ingenio tradidit, in hæc verba:

Mille, centenis annis, octo quadragenis,
Hic fit sacellus Oriente parte novellus.
Hinc annus quintus Michaëlis signa dat istus.

8 *In templo mirandum est.*

Illius Sacelli nomine Chorum intelligo, qui multis annis cetero templo posterior, ut vel ex secundo versu liquet. At verò ultimum, de Chori dedicatione capiendũ existimo. Ius Patronatus ad Abbatem Lobiensem spectat In hoc tẽplo humanum os visitur, in Durma flumine olim inventum; quod femoris esse palàm est: tantæ magnitudinis, ut si cũ aliis conferas, in duplum excedat. continet enim in longitudinẽ quatuor pedes, & sesqui pollicẽ; in ambitu verò quà angustissimũ, tredecim pollices. Ab

9 *Narratio de Gygante.*

hominum memoria fabulam aut historiam à majoribus posteri didicerunt, quam uno ore advenis narrant: Gygantẽ hîc habitasse, & alterum item in vicinâ Wasiâ, ultra Durmã: & cùm de proceritate certarent, convenisse tandem Tielrodã (pagus hîc est ad ostiũ Durmæ) ibiq; cùm templum struereturꝫ captâ occasione lapidem eâ muri altitudine posuisse, ad quã quisq; manu posset pertingere. qui etiamnum dicto loco magno accolarum supercilio, & asseverationeostentantur. An verũ id an falsum, penes lectorem judicium esto. Illorum certè lapidum humilis situs ridiculo esse possit; sed accuratiùs discipienti, primâ facie liquet, Cœmiterium multo nunc altius esse atq; olim fuit: idq; vel ex templi pavimento, in quod, præter morẽ, descenditur: quod Cœmiterio acclivius esse solet. accumulatum illud credibile est propter alluentis Durmæ exundationes, cujus fluctibus ipsũ indies muri quatiuntur. Hoc autem constat viam ibi-

10 *Via Gygantis.*

bi esse quãab hominũ memoria Gygantæa appellant. Enimverò si Plutarchus scitè subtiliterq; ratiocinatum *Pythogorã* dicit

11 *Dicitur esse disputatio.*

in reperienda statua longitudinis, Herculis præstantiã, idq; longitudine pedum ejus inventâ, ex metatione stadii, quod est Pisæ, ad Iovis Olympii; cur non itidẽ vero simile videatur, habito modo, & spatio hujus ossis, ratione proportionis servatâ, hominem illum tanto ceteris fuisse proceriorem, quanto ejus coxendix major est quàm ceteræ. Sicut enim ille *comprehensâ mensurâ Herculani pedis*;

apud A. Gellium lib 1 ca. 1

Ibidem.

pedū, quanta longinquitas corporis, ei mensura conveniret, secundùm naturalem membrorum omnium inter se competentiam, rectè judicavit; Cur non etiam nobis liceat dicere, Si hic coxendicem duplo nobis habuit majorem, staturâ etiam nos duplo superasse? Interim credere semper liberum.

Præter alia est hîc Sagittariorum Sodalitas D. Georgio sacrata; quam Carolus Burgundus confirmavit: cujus diploma per belli turbas amissum Maxæmylianus, & Carolus V. Cæsar integrarunt. Fruitur iis privilegiis, quibus Collegiū urbanum & similiter administratur. 12 *Sagittariorum Sodalitas.*

diplom. an. 1512.

Circa fines hujus pagi vicus est, cui à templi nomine, *S. Annæ* nomen. Incolæ Hammenses censentur: parentq; eidem domino, & eorum semper aliquis inter Scabinos ejus pagi. In Ecclesiasticis tamen Waesmonsteranis subcensentur. 13 *S. Annæ vicus.*

Habent autem Hammenses singulari gratiâ, ex dynastarum donatione, agrum compascuum: quem à communi omnibus usu *Communitatem* nostri vocant. quâ de re duo supersunt diplomata: quorum seriem ad rei memoriam hîc visum dare. 14 *de agro compascuo.*

Archiv. loci. *Ego Robertus Atrebatensis Advocatus, Betuniæ & Teneræmondæ dominus, Notum facio universis præsentes literas inspecturis, quòd ego pro peccatorum meorū remissione, & divinæ remunerationis intuitu contuli universis hominibus meis, & hospitibus de Hamme in piam eleemosynam, quamdam paludem Uyterayck vulgariter nominatam, sitam in parochia de Hamme juxta ripam Dormæ, ad commodum & communitatem omnium habitantium in villa meæ supradictæ. Et ut donatio hujus eleemosynæ firma, & stabilis in perpetuum permaneat, feci præsentes litteras in hujus rei testimonium sigilli mei munimine roborari. Actum anno domini* CIↃ CCLV *mense Junio.* 15 *diploma 1.*

Fuit autem *Robertus* ille Gulielmi Advocati Atrebatensis, & Machtildis Teneræmondæ dominæ filius. Quod sequitur, hujus gener dedit:

Ibidem. *Nos Guido Comes Flandriæ, Betuniæ & Teneræmondæ dominus, universis præsentes litteras visuris salutem, & noscere veritatem. Noverint universi, quòd nos contulimus & concessimus indifferenter, & communiter, universis & singulis in parochia de Hamme de Territorio Teneræmondensi commorantibus, & non aliis, omnem pascuam, & usum, quos acquirere poterūt in loco vel locis qui Uyterdyke vulgariter teuthonicè nuncupantur: qui nostri sunt, infra limites parochiæ supradictæ, vel in posterum inveniri poterunt per augmentum, vel detrimentum usque ad profunditatem rivi nostri, in hereditatem; pro duobus denariis nobis ab Ecclesia de Hamme pro universi-* 16 *& sinum.*

sitate dictæ parochiæ ad Pascha Domini annuatim solvendis : salvo tamen in omnibus jure alieno: quod cuique competit ante datam præsentem latam. In cujus rei testimonium, & munimen, universitati dictæ parochiæ dedimus præsentes litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum, & actum anno domini CIↃ CC LXI. *feriâ quintâ post assumptionis beatæ Virginis.*

WETTERE.

17 *fo*. VVetere.

OB similem conditionem subjungo *Wettere* in colle mediâ inter Gandavum & Teneræmondam viâ: unde lætissimus quaqua versum prospectus, vel in ipsam Gandam. Latissimè extenditur, etiam ultra flumen: ubi complectitur *Eertlure*, procurritque aduque Lokeren, Wasiæ pagum. Inibi visitur vetus illud prætorium *Vander Mosst*, Flandris finitimisq; populariter notum: quod ab antiqua gente *Vander Mosst*, nomen habet. Ut Hamme Durmâ, ita *Wettere* Scalde ditatur. Nõ ita diu est, quod Principi immediatè parebat. neque adhuc aliud est, quàm fiduciarum dominium, & pignori datũ: quod primus à Rege accepit *Maxæmylianus Villanus de Gãdavo* Eques, Isæghemii Comes, Rassenghemi Baro, Gubernator Insularũ, Duaci, & Orchiaci: reservatis Principi regalibus, & jure majestatis. Ejus oppignorationis cõfirmationẽ, & dominii fructus impetravit postmodũ Philippa de Iauce vidua prædicti Maxæmyliani. Feudum hic quoddam est, quod antiquitatis gratiâ, ex veteri membranâ erui, scripta anno CIↃ CCC LXV. *Primarium id feudum* erat *& capitale*, ut vocant *ad quod ex vetusto jure, & inveterata consuetudine spectabat venatio per universum Teneræmondensis Dominii territorium cum duobus sagacibus & venaticis totidem. Licebat possessori sine delicto venari & dominis feras capere* (id est ferinam procurare) *circum campos, & circa. Huic feudatario dabat dynasta quotannis certam frumenti mensuram ad alimoniam canum. Neque tenebatur ad aliud relevagium, quàm venire ad arcem hujus urbis, & ibi cornu canere* (cùm ad venationem iret credo, ut indicium esset dynastæ, qui antiquitus illic degebat) *& similiter cùm ad bellum peregre dominus* (Teneræmondæ) *profecturus esset; eoque profecto in arcem concedere, eamq; cum aliis tueri, donec dominus in suam ditionem rediisset.* Wetteræ appendix est Lichtervveldt jam olim Dominii titulo insigne, quod itidem inter feuda Teneræmondensis Curiæ censetur. Nomen habet à priscis possessoribus, Lich-

18 *amplitudo*

19 *Prætorium vãder Mosst.*

Codex sacri patrimonii.

20 VVetteræ *quale dominium.*

21 *primus dominus.*

lib. feudal.

22 *ibidem memorabile factum.*

23 *Lichtervelt* VVetteræ *appendix.*

Lichterveldæ, circa Brugas, dominis. In hac familia præter alios celeberrimæ in Annalibus memoriæ est Iodocus Lichtervel-
Meyer. an. 1437. dius, Eques, Heulæ dominus: qui in nobilissimo illo Comitatu Philippi boni numeratur, quando is Princeps simulatâ in Batauos profectione, in Brugenses quorum urbem jam ingressus erat, animadvertere decreverat; sed cùm hostilia omnia Cives imminere rati, obseratis opidi portis, & plurimo Ducis agmine excluso, ad arma ruerent; in illorum manus haud dubiè Princeps venisset, nisi à Lichtelveldio monitus, ad portam propetans, post summum vitæ discrimen (amisso fortissimo Belgarum Lilidamo qui Burgundi auspiciis Parisios bis occuparat, & tenuerat, dissuasorq; fuerat hujus facti) ope ferrarii exitum sibi, suisq; invenisset. A gente Lichterveldia ad Masminios defecit inde ad Villanos qui nunc & hoc, & superiore Wetteræ
Ex feudal. dominio potiuntur.

3 4 ejus nominis familia.

25 Iodocus Lichterveldius.

26 ejus ergà Principem monitum.

27 Wetteræ ejus familiæ.

OPWYCK.

SEquitur *Opwyck* quod alioquin tertio ferè loco numeratur. Hic termini Brabantiæ & hujus ditionis concurrunt, eo loco, qui dicitur *Den Merchtenschen Cauter*, id est Merchtenensis planicies. Pastoratum habet satis opimum, quem confert Capitulum Teneræmondense.
Ibidem. Aliàs Odardi Epist. Camerac. an. 1103. Ex C. 2 B. 11.

28 Situs Opwyck.

29 Ibidem Flandria & Brabantiæ limes ubi.

LEBBEKE.

HVic vicina est *Lebbeka*. Templum D. Virginem habet tutelarem: quam singulari ostento, eo loco ædem sibi voluisse strui memorant, maturato ante tempus lino, eo agro qui condendo templo erat lectus: & insuper ostensâ cuidam per visum latumiâ, unde saxa eruerentur ad structuram. Ejus lini adhuc paullulum superesse aiunt: quod quotannis ostendant: ut ejam dictæ latumiæ locum. Gemellum ferè huic illud in Italia, Mariæ ad nives. Pastoratus collatio est penes Capitulum Teneræmondense.
Ibidem.

30 De Templo Lebbecæ memorâdum.

DENDER-BELLE.

31 *Dender-bellæ etymon.*

NON procul inde *Bella* est *ad Teneram*: unde etiã vulgò *Denderbelle*, id est Tenerę bella dicitur. Templum habet vetustum: cujus Chorus aut restitutus aut de novo structus est anno CIↃ IↃXXXIX, ut saxum indicat quod parieti exteriùs insertum,

32 *ruinæ antiquæ arcis.*

versus Orientem. Visuntur hîc parietinæ antiquæ Arcis ad fluminis ripam, quam Incolæ affirmant multis ætatibus demolitam in ruinis jacuisse. Diceres nupero sæculo conditam, ita laterum color nullam præfert vetustatem. Sed ea cœmentationis est firmitas, ut lateres nequeant divelli, ne longi quidem temporis maceratione. Citiùs frangas, quàm solvas. quæ duricies antiquitatem valde redolet. Insuper senes decrepiti aiunt, se pueros eâdem facie eam arcem vidisse; & à grandævis itidem audivisse, quod ipsi à patribus acceperant. Est autem dicta arx dominium, & feudum, quod à Teneræmondæ domino tenetur. Cujus ratione licet possessori Majorem statuere, qui eum feudatariis heredat, & exheredat, quoad ea quæ dicto dominio subsunt. Olim fuit in familia *de Masseme*: in quâ *Ioannes Masminius* dictus *Gallois* (quem nobilibus bello Gandensi ducem Maleanus dedit, contra Albatorum factionem) se inscribit *dominum Bellæ*, quod de hac arce capio: à qua totum pagum Bellæ nomen accepisse nihil impedit. Post Masminios fuit gentis *Uyter Zwaenen*. nunc *Tedeghemii* potiuntur. de qua gente vide infra lib. III. cap. septimo, numero sexto.

lib. feudal.

33 *ex eo.*

Ibidem Prosiard fo. 2. cap. 12.

Archiv. Sereniss. 1393.

34 *pars Narratio de capta lupa.*

Quod hîc attexam novum est, aut saltem rarum. Marcus van Mauvve Villicus cùm invaderetur à fœtâ lupâ, & jã aliquot vulnera accepisset, jugulo imminentem arctiùs complexus, ita ad pectus pressit, ut aliud nihil conaretur quàm eluctari: cumq; ad vocem ejus exciti Iodocus Ver-meulen, & Andreas van Egmont, securi mortem belluæ intentarent, veritus ille ne vulnerum dolore, & præsẽtis periculi metu, majore vi, pectus nudum, & jam frequenti morsu, & dentium impressione tantùm non apertum, ulterius lacerare pergeret; vetuit fieri: sed persua sit ut arrepto cultello, quem penes se habebat, jugulum lupæ incideret. quo facto bellua exanimis cõcidit; reclusoq; utero septem inventi catuli, & inter eos tres fæmellæ: datique viro in cõpensationem triginta novem floreni: nẽpe octodecim de more pro captâ lupâ, in singulos catulos tres, & pro curatione vulnerum duode-

anno 1600. 19 Maii.

duodecim. Hæc ita gesta ejus loci Scabini scripto testati sunt, & lupam curru in urbem vectam, in publico populi accursu, memini videre.

SENT GILLIS.

Archiv. Svvevec. variis locis.

PRopiùs urbem pagus est, qui *S. Ægidii* dicitur. Olim *Svvivecа* & *Svvevica* vocabatur; sed postquam à templo Svvivecano ad D. Ægidii Pastoratus translatus est, ut suprà dixi, concessit in nomẽ D. Ægidii: Abbatia verò Cisterciensis, ex D. Ægidii tẽplo Svvivecã translata Svvivecana dicta est. Habet autem nomen ab Hospitali, quod olim D. Ægidio Machtildis tẽpore dedicatũ dictorum fidem diplomata faciunt, quæ suprà dedi. Hìc Svvevos aliquando desedisse indicio est antiquum loci nomen, *Svvevickʃ* (ita sæpe in antiquis monimẽtis) quasi *Svvevẽ-wyck* id est Svvevorum vicus: quem populum has ditiones incoluisse, & tandem à Normannis ad internecionem cæsum, nemo humaniorignorat. Quales locorum appellationes, à populatoribus illis populis, non sunt per Flandriam insolentes. Hinc *Gothem*, *Wandelghem*, *Hundelghem*, *Svveghem* à Gothis, Vandalis, Hunnis, Svvevis. Patro natus Ecclesiæ ad Abbatissam Svvivecanam spectat.

lib. 2 ca. 9. numero 1.

lib. 2 ca. 3 numero 4 & 5.

Meyer 649. Idem 810.

35 *Pagis. Ægidii vetustissima nomen.*

36 *unde D. Ægidii nomen.*

37 *De Svvevis conjectura.*

38 *quorundam nominum origines.*

GRIMBERGHEN.

Kilian Etymologic.

Goth. Germanic. lib 3.

Analect. Cornel. Gal. ant.

Tribul. anni 1600. 15 sept.

ALiâ parte ultra Scaldim vicina est *Grimberga* ab incultis montibus nomen habẽs. *Grim* enim priscâ linguâ tetrum, terum, torvum, & incultum notat. unde usitatũ nobis verbum *grimmen* id est torviter adspicere, & ringi; & vetus nomẽ *Grimoaldus à sævâ potestate*, inquit Rhenanus. Et quidem habet hic pagus incultos aliquot colles, sed aliorum locorum fertilitas, quam vicinus Scaldis affundit, facilè hoc soli vitiũ compensat. Pastoratum habet opimum. Ejus Collator est Abbas Wertinensis. In templo ante civilia nuper bella visebantur monimẽtum Isabellæ de Masmines, & Moerseke: quam filiam fuisse credo Gerardi Masminiæ domini, & Catharinæ de Moerske, neptem ex filia Philippi Maldeghemii Moesecæ domini, & Elisabethæ de Wavrin. De hujus pagi alluvionibus cùm nuper controversia esset, tãdem à Principe pro incolis lata sententia.

39 *Grimberga situs.*

40 *ejus nomen.*

41 *in templo monumentum.*

BERLAERE.

42 Berlaere quale sit locum.

GRimbergæ quoad inculta dissimile non est Berlaere, ubertate tamen fructuum longè inpar. Templum habet D. Martino sacrum, & insuper vetustum sacellum D. Virgini inscriptum, olim miraculorum numero, ut aiunt, nobile. Locus est naturâ munitissimus: Nam præterquam quod multis partibus, præsertim meridiem versùs colles tuentur; habet insuper à latere, fronte, & tergo Scaldim: cujus alluvia intra aggerem ad incolas spectare, nuper à Principe definitum, quæ autem extra aggerem & nunc sunt, & in posterum Scaldis adiiciet: ab Archiducum Quæstore Carolo de Steelandt, emptione sui juris fecerunt. Alterum verò latus longo tractu paluſtria tegunt: in quibus sparsim locus est naturæ miraculo memorabilis, præter accolas paucis notus. Hujus ea natura est, ut quum quotannis omnem circumquaque paludem aquæ tegant; licet æquè declivis, semper tamen emineat; neque ab hominum memoriâ umquam mersus sit; sed semper supra quamuis undarum altitudinem surrexerit. cetera frugifer, & salubris. Sive spongiosa terræ cavitas id efficiat, sive intus levis materiæ abundantia mergi vetet, sive occulta aliqua ratio in caussa, non definio. Plinius indefessus ille naturæ rerum scrutator, multa quidem adfert terrarum miracula: *(quibus non cælestia*, inquit, *enarratu difficiliora)* quarundam perpetua refert tot sæculis incendia; Spiritus alibi letales, alibi fatidicos; alias ad ingressum tremere, alias fluctuare, alias vagari, alias natare, alias figuram mutare, alias à pluviâ immunes, alias putredinem arcere, alias curare vulnera, alias ferrum tenere, alias respuere: quæ autem eodem loco, & attollant se, ne mergantur, & subsidant; undis sidentibus; præter contiguæ terræ conditionem, in Plinio nusquam sunt; neque apud alium legere memini. Mirando sanè Naturæ lusu: quæ tam varia præbet, ad quæ humani ingenii vis alludes, interdum industriâ suâ recreatur, interdum frustrà quærendo fatigata, stupens hebescit. Eodè pago, eâ regione, quæ collibus adjacet, ad australe templi latus, ingentes lacus visuntur: qui etjam, non acclivi modò situ, & variorũ piscium abundantiâ mirãdi sunt; sed insuper, quòd æstate, ubi hìc illic aliqua tepet, alibi glaciale ingressis affundant frigus: sive scaturigo aliqua id efficit; sive occulta naturæ vis, incertum.

43 Ioci situs.

Tabul. anno 1609 Tabul. ann. 1616.

44 Fluidum natura miranda.

Natur. Hist. lib. 2 ca. 93. Ibidem.

45 Varia apud Plinium miranda.

lib. 2 ca. 94. lib. 2. ca. 95.

46 Miranda loci.

BASSE-

BASERODE.

SVpereſt *Baſeroda*. Etenim id nomen latiùs ſe diffundit, quam Teneræmondæ dominus mediatè, vel immediatè poſſidet. Conplectitur enim varia loca ad ripam Scaldæ, contiguis omnia limitibus; quæ diſtinctionis cauſsâ alia inſuper nomina adſciſcunt: nempe *Baſerode*, *Vlaſſenbroeck*, *ſancti Urſmari Baeſrode*, *ſancti Amandi Baeſrode*, & *ſanctæ Mariæ*, ſive *Mariekercke Baeſrode*. An olim hæc omnia unica *Baſerode* appellatione conprehenſa ſint, & dein cùm ad commoditatem populi varia templa ſtructa ſunt, à templi nomine nomen acceperint, incertum; etſi veriſimile. Illud autem fertur *Baſerodam* quæ *Vlaſſenbroeck* dicitur (de qua hîc potiſſimùm ſermo) antiquitus habuiſſe templum parochiale (in Machtildis tamen diplomate ad annum CIↃ CC XV tantùm *Capella de Vlaſſenbroeck* dicitur) eiq; ſubfuiſſe D. Urſmari Baſſerodam, ubi tandem ſtructum ſacellum, ad uſum populi & commeantium. Poſtea verò cum loci opportunitate magnus huc confluxus eſſet, & fortè cùm dominii titulum accepit, præaliis, tamquam peculiare ſibi *Baſſerodæ* nomen accepit, aliis ademptum: quæ nunc ſine ulla adjectione vulgo *Vlaſſenbroeck S. Amandi* & *Mariekercke* nuncupantur. niſi quod in ſcriptis, antiqui adhuc nominis ſit uſus. Huic nunc ſub eẽſetur pæne *Vlaſſenbroeck*: cujus antiquiſſimi ad Scaldam templi parietinæ tantùm ſuperſunt: proventus autem Paſtoratui Teneræmondano ad tempus ſunt tributi. nequidquam reclamantibus Baſſerodiis: qui ſuæ eccleſiæ ea emolumenta uniri, & Paſtori ſuo tribui poſtulabant. Suum tamen tribunal habet: pendetque à Teneræmondæ domino, qui majorem illic ſtatuit, & ſeptem Scabinos: Hoc Tribunal Baſſerodii *externum tribunal* vocant; ad diſtinctionem ſui tribunalis, quod *internum* dicitur. Veteres autem memoriæ *Tribunal regium* illud indigetant: quia regi Teneræmondæ domino immediatè ſuberat.

Baſſeroda verò ſancti *Urſmari* poſtquam diu conjunctim cum Moeſecæ dominio poſſeſſa eſſet; tandem etjam ſeorſum dominii titulum accepit, & in externam familiam commigravit de hac *Baſſerodâ* latiùs in Moeſecæ deſcriptione, cujus feudum eſt, infrà dicemus.

Quod ad *Mariekercke Baſſerodam* attinet, ea extra limites Teneræmondenſis dominii ſita, ditioni Bernehemiæ ſubcen-

47 Baſſeroda nomen quantùm complectitur.

Variæ tabulæ publicæ.

48 De qua Baſeroda hîc ſermo.

49 ejus Tribunal.

Variæ tabulæ.

50 Baſſeroda S. Urſmari.

51 Baſſeroda S. Mariæ.

cap. 3. num. 10. lib. 3. cap. 8. num. 4.

subcenſetur; de qua infrà. At verò paullò amplius juris in S. Amandi Baſſerodam Domino Teneræmondenſi eſſe, non hinc ſolùm liquet, quòd tertiam partem mulctarum & optimi cathalli hic habet, quam debent omnes exceptis civibus Aloſtenſibus, & Gerardi-montanis (à qua tertia etiam immunes qui hîc civitatem ſunt adepti) ſed etiam quod olim *Robertus* primogenitus Guidonis Flandriæ Comitis, ut dominus Teneræmondę, cum *Abbate ſancti Amandi*, & *Leonio domino de A, milite*, itidem Dominis, præſcribit hujus pagi cultoribus ſtatuta de mulctis & pœnis. cui rei teſtes hæ tabulæ, quas ex archivis abbatiæ D. Bernardi depromptas mihi ſuggeſſit politiſſimi ingenii vir, affinis meus, D. Franciſcus vanden Zype Iuriſconſultus & Canonicus Antverpienſis. Sunt autem hujuſmodi:

52 *Baſſerode S. Amandi.*

53 *hic domini Teneramondæ jura.*

54 *& leges.*

Universis præsentes litteras visuris, Robertus Comitis Flandriæ primogenitus, Atrebatensis Advocatus, Betuniæ & Teneramondæ Dominus, F. Dei permissione Abbas Ecclesiæ sancti Amandi in Pabula, & Leonius dominus de A, miles, salutem & noscere veritatem. Quæ geruntur in tempore, ne labantur cum fuga temporis, solent Scripturarum memoriæ commendari. Noscant igitur universi, tam præsentes quàm posteri, quod nos unà de communi consilio, in villa nostra de Baserode S. Amandi, ad nos pertinente, legem & libertatem statuimus, perpetuò duraturam, & omnibus in dicta villa habitantibus, & in posterum habitaturis, dedimus, quæ inferiùs notari poterit, & est subscripta; videlicet: I

55 *de convitio.*

Quod si quis alteri mendacium dixisse imposuerit, vel verba turpia, aut contumeliosa intulerit; quinque solidorum emendæ reus erit. II

56 *de colaphis.*

Si quis alterum palmâ vel pugno percusserit; decem solidorum emendæ reus erit. III

57 *de sanguine.*

Si quis alterum tam violenter percusserit, ut ruptâ cute, aut fractâ sanguis emanaverit; sexaginta solidorum emendæ reus erit. IV

58 *de fustigatione.*

Si quis alterum baculo, vel fuste percusserit, si membrum ei non fregerit, vel sanguis non emanaverit; viginti solidorum emendæ reus erit. V

59 *de vulnere capitis.*

Sed si sanguis emanaverit, vel membrum ei fregerit; sexaginta solidorum emendæ reus erit. VI

60 *de adultione gladii.*

Si quis alterum adeò vulneraverit, quod os à capite vulnerati amoveri contigerit; decem librarum emendæ reus erit. VII

61 *de ictu gladii.*

Si quis irato animo, causâ ladendi alterum, ensem evaginaverit; viginti solidorum emendæ reus erit. VIII

Si quis alterum ense percusserit, dum tamen eum non affolaverit; decem librarum emendæ reus erit. IX

Si quis

X *Si quis alterum ense affolaverit, sexaginta librarum emendæ reus erit.*

XI *Si quis alteri manum, pedem, aut oculũ, in calida cholera abstulerit, sexaginta librarum emendæ reus erit.* 62 *de mutilatione per iram.*

XII *Si quis autem præmeditanter alteri manum, pedem, oculũ, aut linguam abstulerit; & corpus & bona eius in voluntate dominorum erunt.* 63 *de mutilatione in consulto.*

XIII *Si quis alterum in domum aliquam fugaverit, ille qui conductum fugæ fecerit sexaginta solidorum emendæ reus erit.* 64 *de fugatura.*

XIV *Ceterorum verò quilibet pro malo sequacium, decem solidorum emendæ reus erit.*

XV *Si verò plures ad domum aliquam insultum fecerint; ille qui conductum dicti insultus fecerit, decem librarum emendæ reus erit.* 65 *de assultu ad domum.*

XVI *Ceterorum verò sibi coadjutorum quilibet sexaginta solidorum emendæ reus erit.*

XVII *Si quis alterum cultello punctato, campulo, petaciâ, telo, vel sagittâ vulneraverit sine affolatione; decem librarum emendæ reus erit.* 66 *de lasione.*

XVIII *Sed si quis alterũ cultello punctato, campulo, petaciâ, telo vel sagittâ affolaverit, viginti librarum emendæ reus erit.*

XIX *Si quis treucas dare denegaverit; quoties dare denegaverit, toties decem librarum emendæ reus erit.* 67 *de treugis.*

XX *Si quis metam extraxerit; sexaginta solidorum emendæ reus erit.* 68 *de limite.*

XXI *Si quis bestiam pro damno datoretentam alteri abstulerit, sexaginta solidorum emendæ reus erit.* 69 *de pecore ablato.*

XXII *Si quis bona arestata sine licentiâ dominorum amoverit, sexaginta solidorum emendæ reus erit.* 70 *de violatione arresti.*

XXIII *Et sciendum est quod Scabini dictæ villæ de Baserode S. Amandi habent potestatem dicendi legem, & jus, prout sapiunt de alto & basso, super omni casu, ad conjurationem Majoris dictæ villæ, vel illius, qui de jure habet potestatem conjurandi eosdem.* 71 *de jurisdictione Scabinorum.*

XXIV *Si verò dicti Scabini super aliquo casu conjurati jus & legem dicere nescierint; ipsi Scabini ire debent pro enquesta ad Scabines villæ de Alost: & quidquid dicti Scabini de Alost, ipsis Scabinis de Baserode S. Amandi pro jure & lege dederint super requisitis; hoc referre debent ad dictam villam de Baserode S. Amandi, & pro jure & lege reddere coram domino ipsius villæ prædictæ, vel ipsius certo nuncio, ad hoc de jure specialiter deputato.* 72 *de modo ad enquestam.*

XXV *Et ut hac omnia prædicta firma in perpetuum permaneant, &*

inconcussa, præsentem litterarum paginam sigillorum nostrorum mu-
nimine duximus corroborandam. Datum anno Domini millesimo du-
centesimo sexagesimo sexto, mense Octobri. Superscriptionem hujus
vocabuli retentam approbavimus. Datum ut suprà.

73 Primus hoc Dom. accepisse creditur, ab Abbate S. Amandi
qui primus hic feudalis domi-nus. juxta Tornacum *Impinus* quidã; qui filium habuit Impinũ: cu-
jus memoria exstat in codice Swivecano: ubi *cũ filio Ægidio fa-* tab. an 1185.
tetur patrem Impinum remisisse Cœnobio Swivecano 5. solidos quos
Abbatia debebat. Postea a *Villanis* possessum est. In quâ fami-
74 liâ primus occurrit *Adrianus* Rassenghemi, Liedekercæ, Leeu-
Villani dominus. wæ, & Arcis S. Ioannis dñs, Advocatus Tamisiæ; hereditarius Analect. Har-dumi. Ibidem.
75 Sculteta Assenedę, Principi, à cõsiliis, & cubiculo: Patrẽ habuit & Archiv. fa-miliæ.
Adrianus Villanus. Ioãnẽ dñm arcis S. Ioannis, advocatum Tamisiæ; Matrẽ Marga-
76 retã Gaveranã, Rassenghemi & Liedekercke dominã; Arnoldi
Qui majores. Gaverani, & Margaretæ Bouterſemiæ sive à Bergis filiam: avum
Ioannem Arcis sancti Ioannis dominum, Advocatum Tamisię;
77 aviam Margaretam Briseteste, Rogerii Brughdami toparchæ Ibidem.
uxor. filiam; fratrem Ioannem: Uxorem Judocam Moerkercanam,
Merchemi dominam, Colardi Moerkercani Equitis, Merche-
mi domini, & Catharinæ Balliolanæ filiam: quæ obiit anno CIↃ Ibidem.
CCCC LXIV XV: II Septemb. sepulta Merchemi, juxta moni
mentũ parentis. Adrianus autẽ, qui jam antè obierat conditus Anal. Hard. ubi.
est Tamisiæ, ubi in Choro ante exitialia nuper Antiquitati Bel-
gicæ dissidia, visebatur mnemosynon ex ære, & in eo hic sensus:

Hic jacet Adrianus Villanus, Eques, dominus arcis S Io- Ibidem.
78 *annis, Advocatus Tamisiæ, hereditarius Sculteta, & monumentum.*
Collator Asseneda, dominus Liedekercæ, S. Amandi Bas-
serodæ, Consiliarius & Cubicularius domini Ducis Bur-
gundiæ, Comitis Flandriæ: qui obiit anno CIↃ CCCC XLIX
XXIX *Maii. Anno autem* CIↃ CCCC LXIV *jussit hoc Epi-*
taphium poni domina Iudoca de Moerkercke, domina de
Merckem, Veste, & Voxvrye, ejus uxor.

Liberos ex hac conjuge reliquit Martinum Villanum, Ras- Ibidem.
79 seghemi &c. dominum; maritum Antoniæ Masminiæ, quæ
Liberi. Calckenæ dominium dote ad Villanos transtulit: Colardum
Liedekercæ dominum: cui uxor Margareta Ghistellana, Gui-
domis Axelæ domini filia: Catharinam insuper, & Margaretam:
quarum illa maritum habuit Ioannem Halowinum, vicecomi-
tem Harlebecanum, Rosebecæ & Swevegheni dominum;

Hæc

Ibidem. Hæc verò Iacobo de Grisper Ogierlandæ Comarcho nupta est. Ex his *Colardus* præter alia *sancti Amandi Basserodam* possedit. Liberos habuit Adrianum, & Martinum. quorum ille ductâ Iudocâ de Romerswaele, filium ex eâ sustulit Inghelbertum, qui vitam cælebs transegit: Margaretam cujus, dote Liedekerka ad Hannardos abiit. & Antoninam, quæ in Monasticâ vitâ decessit. Hic vero Mariæ Ostendanæ junctus, filiam reliquit Iacobam, quam duxit Philippus van Royé, Eques, Ghysseghemi dominus unde sustulit Lancilotum vã Royen, & præsentem Ghysenghemi toparcham, Carolum, & Mariam: quorum ille, ductâ conjuge Mariâ Boot, liberos habet Anselmum & Iulianam; alter uxorem habuit Margaretam Sersanders: unde nati Nicolaus, Carolus, Adriana, & Ioanna. Maria verò nupta Philippo Triest Equiti, Ouweghemi toparchæ, multâ sobole maritum & familiã beavit: habuit enim ex eo liberos Nicolaum præsentem Ouweghemi dominum, Maxæmylianum; qui relictâ nuper Catharinâ Veranneman, Ferdinandi filia, viduâ antè Menulphi Plettenbergii, Oldenselæ Gubernatoris, & unius liberæ cohortis Præfecti, nuper sine liberis decessit Carolum in Curia Flandriæ modò Senatorem, Antonium Decanum S. Donatiani Brugis, Philippum, Ioannem Baptistam, & filiam Mariam. 80 cui nupta. 81 Colardus Basserodæ dominus. 82 ejus liberi.

Ceterùm prædictum Dominium postquam diu à *Villanis* possessum esset, tandem emptione migravit ad Ioannem vanden Driessche; inde ad fiscũ Principis; & hinc ad Halowinos: fuitq; in eâ familia, donec transactione (de quâ infrà) ad illustrissimũ Principem *Comitem Palatinum ad Rhenum, ducem in Bavaria, Comitem Veldensem, & Sponheimi*, abiit: qui eo nunc potitur in clientelâ Abbatis S. Amandi: cui quotannis tenetur solvere sexdecim libras Parisienses; Domino vero hujus urbis viginti solidos Parisienses, monetæ Flandricæ. Habet hic omnem justiciam Civilem, & criminalem, omnis generis: cum omni jure quod competit Dominis habentibus altam Justiciam. Et inter cetera recipit tertiam partem mulctarum & optimi cathalli ab omnibus incolis, exceptis Civibus Alostensibus, & Gerardi montanis. Alterum trientem Teneræmondæ domino deberi jam dixi. Tertium capit Grimbergæ dominus. Incolæ ejus loci sunt immunes à vectigalibus, impositionibus, & militia: cujus immunitatis gratiâ sunt devincti Dominis Teneræmondæ, & Grimbergæ, singulis annis in unum diem mittere. Viginti quinque viros ad fodiendas urbis fossas: 83 Comes Palatinus Basser. S. Amandi dominus. 84 ejus jura. 85 Incolarum immunitas. 86 & ejus onera.

anno 1596. ca 3. nu. 41. Klench. sive numeramentum (ut vocant) domini. Ibidem. supra nu 53. Ibidem.

Antverpianis itidem, ad fodiendum veterem rivum ejus urbis, dictum de *Burgt-graht* (id est Burgi fossam) eâq; ratione, sunt liberi à telonio, ubi Teneræmondani, & Grimbergenses & ubi subditi Marchionatus Antuerpiensis fruuntur eâ libertate, exceptis Civibus Alostensibus, & Gerardi-montanis. Duobus his ultimis pagis nempe *Basseroda S. Mariæ*, & *Amandi*, vel ante tria sæcula communem, ut etjam nunc, fuisse Pastorem, in Abbatiæ Svvivecanæ monimentis deprehendi. tabul. anni 1500.

DEN NOVBVRGH.

87 Nouburgh vicus. QVod ad *Novum-burgum* attinet, vicus magis est in suburbio quàm pagus: nullum enim hîc tribunal, aut Scabini. Itaq; 88 (in nomine Meyeri error.) opido accensetur, & iisdem utitur privilegiis. Meyerus *Ouburgh* dici ratus, vocavit *Veterem-burghum*: quum dicamus *Nouburgh*, id est novum burgum, à novâ arce, ante Roberti Advocati Attrebatensis, Teneræmondæ domini ævum structâ; ut variis anno 1452. 89 ejus situs. ejus diplomatibus constat. Et quidem locus est munitioni opportunus, inter paludes, quæ à nomine vetusti sacelli, cujus nunc nihil præter locum ostenditur, *D. Odulphi paludes* dicuntur, & duo flumina, Scaldam, & Teneram: habuitque non antiquitus solùm; sed etjam nupertimo sacro bello arcem, quæ tamen excisa est. Principis aquaticas molas hîc esse suprà dixi. 90 templum. Templum insuper hîc fuit D. Virgini dicatum; ubi celebres olim fuêre D. Liefardi reliquiæ, unde etjam nomen habet, jampridem à fanaticis solo æquatum: Et denique leprosarium ampliter dotatum, quod simili cum templo fortunâ, nuperis turbis dirutum, nil præter sacelli parietinas ostentat. Hùic morbo 91 leprosarium 92 ejus occasione disputatio. superiorum temporum homines magis obnoxios fuisse, inde liquet, quòd non solùm minùs vehemens nunc lepra est, nec æquè contagiosa; sed etjam quod tot ubique per universam pene Belgicam hujusmodi ædes obviæ, quæ nunc etjam vigent, & amplas habent possessiones; & tamen ferè desertæ multis locis videntur. Sic & de aliis quibusdam morbis memini observare: qui suo quique sæculo increduescunt, & iterum ad senium, & languorem declinant. Contra in arthritide, ejusque notissimâ specie podagrâ hoc ævo experimur (quem morbum Italiæ suæ peregrinum Plinius vocat, & rariorem non modò patrum avorumque memoriâ, verum etjam suâ) Hæc superioribus annis magnatum tantùm erat, & eorum qui in ocio, & deliciis degebant: unde sumptâ occasione, vir quidâ doctus, partitò 93 de podagra. Natural. Histor. li. 26. cap. 10. dialogo de podagra.

poda-

podagram, & araneam domicilia legisse finxit: hanc apud miseros; illam apud beatos: nunc verò ita se diffudit, ut etiam in casas, & magalia irrũpat: imò vel ipsius Hippocratis tot sæculis probatum dogma eat eversum, qui dum hic morbus fuit in cunabulis, præut nunc est; credidit hujus mali mulieres expertes esse, ante suppressionem mensium; quæ nunc cum viris pari modo, impari tamen adhuc numero, cum iis doloribus conflictantur: sive astrorũ variæ irradiationes in conjunctionibus, oppositionibus, aspectu trigono, tetragono, sextili; sive tota omnino commutata cæli facies id efficit: cujus omnem in hæc Infera vim tollere (animos tamen excipio, qui origine cælesti) desipere est. ut ex Lucretii formulâ loquar; sive demum alia caussa supra nos, quæ mediantibus aliis, non solùm morborum semina in corporibus nunc movet, nunc premit; nunc contrahit, nunc diffundit; sed ita insuper afficit vasta terrarũ, ut frequentissima, deserta fiant; inculta, celeberrima, ubi humanitas vixit, regnet barbaries, ubi ferocia & atrocitas, ex ungue homines fiant, & adrectã rationem compositi. Ita humanarum rerum Euripus movetur: quẽ multi vident pauci capiunt, in angustiis hisce, quibus obsepta mens animi languet, & rarò exiliterq; foras exserit divinitatis suæ lumen: quod ignorantiæ nubilo involutum; victumq; à brutâ animi parte, caligat; & tantùm non extinguitur: quod omnes sentiunt, pauci corrigunt.

Lib. 4. aphor. 39.

94 *morborum est sæculi mutatio unde.*

CAPVT III.

De iis pagis qui à Domini subditis, in clientelæ hereditario jure possidentur.

EA loca recensui, quorum utile dominium cum directo penes Teneræmondæ dominum permansit. Nunc ad ea deflectet oratio, quæ aut partione hereditariâ, & herciscundis familiis, aut dote, aut aliàs, in alienas familias commigratunt, parentq; Feudatariis. Habent autem singula sua sibi Tribunalia; ubi domini per Prætores, Majores, & Scabinos, quos ad lubitum statuunt, & destituunt, Justitiam exercent Civilem, & criminalem. Varias insuper habent clientelas: deinde Piscationem, aucupia, venationem, cignos: Præterea redditus

1 *de dominiis hereditariis.*

2 *Dominorum communia jura.*

Lib. feudal.

pecuniarios, & aliarum rerum: Optimum insuper Cathallũ eorum qui iis locis moriũtur, sive indigenæ sint, sive inquilini, sive peregrini, nisi aut natalibus, aut inscriptione Teneræmõdæ Civitatem sint adepti. Præter hæc certa emolumenta, cùm arvorum possessor mutatur aut emptione, aut mutatione. Morte etjam, si feudalia bona sint: Confiscationem ad hæc, & nothorum bona, eaq; quæ incerto possessore aut relicta sunt, aut in ripas ejecta: Jus item arrestandi, captivandi, dimittẽdi. Quæ omnibus ferè communia, semel hìc ob oculos pono; ne sæpiùs iterando lectori molestiam pariam, & fastidium. Sunt autẽ hæc: Cis Scaldim, *Schelle belle*: trans Scaldim verò *Moerseke, Uytberghe, Overmeere, Calckene*, & *Laerne*. In quibus describendis, ne cui præjudicatum eam, semel hìc edico, situs me, non dignitatis, aut originis, rationem in ordine secutum.

3 *de structa hic Ordine excusatio.*

SCHELLE-BELLE.

4 *Schelle-belle etymon.*

Schellebella quasi *Scheldebella* dicitur; Latinè Bella ad Scaldim: assumitq; Scaldę nomen, in cujus crepidine sita est, ad discrimẽ alterius Bellæ, quæ eâdẽ ratione *Tenera Bella* dicitur. Habuit olim insigne ad Scaldim Prætorium; sed eo per nuperi belli turbas excisо, novo eoq; ampliore ædificio exornatur: moliturque loci dñs, præter alia, in amœnissimo antiquę arcis solo, novâ porticũ; unde latissimus, lætissimusq; fluminis prospectus, & aprica ultrà citràq; pascuorũ, planicies pateat. Forũ habet spatiosũ celeberrimũ annali nundinatione, equorũ præsertim, hebdomade post festũ venerabilis Sacramenti. Nuper etjã mercatũ hebdomadalem diebus Martis accepit à Principe ALBERTO privilegiis & immunitatib. ornatum templum habet D. Gaugerico sacrum: ubi jus patronatus ad D. Bayonis Canonicos Gandavi spectat. In hoc pago, loco qui *Tussel-beke* dicitur Cœnobiũ est virginale cum præpositurâ Præmon... ...nsi; olim in *Cerscamp* Alostanę ditionis pago, ab Yvvani Alostę... ...s vidua fundatũ. Hunc Yvvanum aut Comitem Alostẽsem fuis... qui paullò antè Trõcinienses Canonicos in Monachos Præm... ...nstratenses converterat; aut illum qui inter Gandenses Caste...anos numeratur primùm suspicatus sum; sed annorum ratio repugnat: quum uterq; aliquanto post hujus viduæ fundationem fuerit superstes: ea enim facta est anno CIↃ CXXXVIII: prior autẽ ille Yvvanus sublatus demum est anno CIↃ CXLIV; alter verò, etjam anno CIↃ CL: fuit superstes: quo tempore signavit diploma quoddã Theodorici Alsatii. Ceterùm quem locum Cœnobio suo ea vidua legerat, posteritas mutavit; hac præsertim ratione: quòd ita circumqua-

5 *Ibidem vetus Prætorium.*

6 *& novum.*

7 *forum.*

8 *mercatus annuus.*

9 *hebdomadalis.*

anno 1609.

10 *Cœnobiũ Præmonstratens.*

11 *olim urbi.*

anno 1134.

Meyer. 1137.

12 *urbi transmissum.*

Meyer. ann. 1144. Archiv Bland. anno 1262.

cũquaq; serpentes omnia infesta redderent, ut ne altaria quidẽ ab hoc malo essẽt tuta. Obit tamẽ adhuc Præpositus, quẽ ab Abbate Tronciniẽsi accipiũt. Pastorale munus in *Cersiãp*; ne omnino primæ institutionis memoria abolita videatur. Nõ esse hoc Cœnobiũ origine postremũ, hinc existimari potest; quòd fũdatũ est anno CIↃ C XXXVIII: Ordo autẽ Præmõstratẽsis institutus, paucis antè annis: ut ex Chronographico hoc disticho liquet.

Anno millẽno, s nt ẽno, bis quinque deno,
Sub Patre Norberto fundatur Candidus ordo.

13 *Initium Ordi. Præmonstratẽsis.*

Visitur ibidem extremæ antiquitatis duorum Conjugũ monimentum: cujus ætas sciri poterat, nisi fanatica hæreticorũ rabies igne saxum deformasset: nomina præsertim, & annum.

Archiv Tuschenbeke.

Appendix *Scheldebella* est *Wansele*, habet suum sibi templum, & parochum; idq; vel ante annum CIↃ C LXV: quo tempore *Episcopus Camerac ensis concessit Cœnobio de Sersampalt ire, de Belle, cum appendicio Wansela*. Utriusq; dominus est nobilissimus vir Adrianus de Bette Eques, Fontanæ & Warvvanæ dominus, Archiduci Ernesto, inter nobiles Palatinos, à poculis, Cardinali Andreæ Belgicæ Gubernatori à cubiculo: Principis etiã anno CIↃ IↃ C IX primus mandatarius magistratibus per Flandriam novandis: qui præter paternę familię priscum splendorem, quam illustrium Gandę primam Guicciardinus ponit; & Majorum in Rempub. merita longâ insuper Avorum serie ab ipsis usq; Teneræmondensis dominii priscis dynastis ad Guidonẽ Flandriæ Comitem, & ultrà genus numerat. Nã ut ceteros taceam, inter majores suos refert Ioannẽ de Teneræmõda Holbecę dominũ.

14 *Scabelbella appendix.*

15 *dominus.*

De scriptione Gandavi. vide plura ll. 2. c. 3. n. 45

de hac vide l. 2. c. 5. n. 1. 4.

Atqui is matrẽ habuit Mariam, filiam Gulielmi Teneræmondędñi, fratris Roberti Betunii Flandriæ Comitis, neptẽ Guidonis Dãpetrę, & Machtildis Teneræmondæ dñæ. Uxorẽ habet *Agnetẽ de Merod.*: unde liberos sustulit Iacobũ, & Isabellã. Erat ea antè vidua Bern. de le Douve, dicti de Nieukercke, dñi Sãghien, Lõpre, Stallæ, Baronis Hautevvylæ, Riviere, &c. unde natæ Renata, & Catarina de le Douve: quarũ hęc adhuc exsors cõjugii; illa nupta est Warnero de Davre dño Merlomõtii, Boisl-saint-Isaac, Ophain, Rosigny. Enimvero quod ad *Merodios* attinet, nemo est, ne Belgicarũ quidẽ rerũ tiro, cui ignota sit antiquissimæ gẽtis nobilitas, & fortia domi militiæq; facinora: per quorũ memores ire fastos, nihil admodũ hic attinet. unũ modò subjiciã Cęsaris diploma, ut hoc velut emblemate scriptionẽ meã exornẽ, & præstãtissimę familię meritis quęsitũ decus propagetur:

16 *dominus & liberi.*

Nos Fredericus Dei gratiâ Romanorum Imperator, semper Augustus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex, Dux Austriæ, Styriæ, Carin-

in magno & notabili numero nobiscum hac vice congregatorum consilio, & certâ scientiâ, prædicto Arnoldo de Meroda, simul etiam Ioanni Rickaldo, Wilhelmo, suis fratribus, ipsorúmque heredibus, atquè tam masculini quàm feminini sexus successoribus, etiam prafatæ ipsorum sorori, ante nominatas eorum libertates, dignitates, & familiæ privilegia, Baronum, & Baronissarum, tamquam Romanus Imperator, gratiosè confirmavimus, approbavimus, eosdemq; de novo in nostros & sacri Imperii veros Barones, & Baronissas honestavimus, creavimus, ordinavimus, & sublevavimus, confirmamus, approbamus, honestamus, creamus, ordinamus, & sublevamus: hoc modo ipsos de novo in nostros & sacri Imperii veros Barones & Baronissas omnimodè, ex Romani Cæsaris plenissima potestate & scientia, idque his literis attestantibus, ita ut ex nunc in perpetuum Barones & Baronissas de Meroda, ipsi & singulariter prædictus Ioannes de Meroda, & Petershem, nec non præfatus Rickaldus de Meroda & Hoffalis, suis titulis & nominibus seipso: scribere, nominare, atque ab omnibus & singulis taliter nominari, & pro talibus agnosci, eáque de causâ nobis & sacro Imperio, servitiis aliisque modis obedientes, atque obsequentes esse debent. Insuper etiam omnes ac singulos honores, dignitates, prarogativas, libertates, gratias, jus & Iusticiam, judicialiter seu extrajudicialiter, in spiritualibus & civilibus statibus, & causis, omnibus in locis percipere, atque eorum usu, & participatione se recreare possint, & debeant, quorum usum, & participationem eorum prædecessores de Meroda, ceteríque nostri, & sacri Imperii verè progenies Barones, & Baronissa, ex quarta ipsorum Avorum, & abavorum progenie, de jure, consuetudine, atque nemine obstante, quiete percipiunt. Omnibus itaque & singulis Principibus, Electoribus, Ducibus, Comitibus, liberis Baronibus, Equitibus, & Militibus, Capitaneis, Vicedominis, Satrapis, Præfectis, Administratoribus, vicetenentibus, Scholetis, Scabinis, Consulibus, Iudicibus, Iuratis, Civibus, & Communitatibus, atque omnibus præterea aliis nostris & Imperii subditis & fidelibus, cujuscumque status aut conditionis fuerint, ex prænominata Romani Cæsaris potestate, per præsentes literas severè atque rigorosè mandamus, ut hi omnes, ac singuli, prafatos Arnoldum, Ioannem, Rickaldum, Wilhelmum fratres de Meroda, eorum heredes, & masculini seu feminini sexus successores, insuper etiam prædictam ipsorum sororem Margaretam, ex nunc in perpetuum Barones & Baronissas de Meroda, & singulariter sæpe nominatum Ioannem de Meroda & Petershem, atque prædictum Rickaldum de Meroda & Hoffalis, nominent, scribant, atque agnoscant:

ipsos etiam in hoc, atque in prædictis aliis nostris gratiis, juribus, honoribus, dignitatibus, libertatibus, confirmationibus, approbationibus, atque novis donationibus, & concessionibus neque impediant, neque ullâ ratione molestent; sed eorum usu, & fructu prædicto modo quietè perfrui sinant: quatenus vobis omnibus, & singulis unicuique cordi, & respectui est nostra, & Imperii gravis indignatio: id jue sub expressâ pœnâ centum marcarum auri puri, quam qui jue contra istud mandatum petulanter delinquens, pro unâ dimidietate in nostram atque Imperii Cameram, & pro alterâ dimidietate prædictis fratribus de Meroda, eorum heredibus, & successoribus, atque præfatæ ipsorum sorori irremissibiliter persolvere obligatus erit: id jue per attestationem harum literarum quæ appenso nostræ Cæsareæ majestatis sigillo sigillatæ sunt. Datum Treviris post sancti Michaëlis Archangeli diem, anno à nativitate Christi millesimo, quadringentesimo, septuagesimo tertio: nostri Imperij Romani, trigesimo quarto: Cæsarei Imperii vicesimo secundo: & Hungariæ decimo quinto.

Est autem prædicta *Agnes de Merode*, oriunda à *Wilhelmo*, cujus hoc diplomate mentio. Habuit enim patrem Bernardum, avum Richardum, Warousæ dominum, qui filius fuit prædicti *Wilhelmi*. Porrò ex *Ioanne*, præter ceteros, prodiit Richardus, ex hoc Henricus, cui filius Joannes, pater Philippi præsentis Petersemi toparchæ; cui uxor Anna de Merode, filia domini de Moriamez (quo cognomine Isabellam, Roberti Betunii Teneræmondæ Domini, conjugem usam suprà docui) *Rickaldus* autem *de Meroda & Hoffalis* filium reliquit Renardum, nepotem Richardum, pronepotem itidem Richardum: ex quo natus Philippus de Merode, Baro de Frentzen, eques S. Sepulchri, Oeconomus sereniſſimorum Archiducum, Principum Belgicæ; & Richardus, Ogniaci toparcha, Gubernator Bapalmæ. *Margareta* autem Gulielmo de Hamale nupta est: ex quo sustulit Mariam Magdalenam, quæ maritum habuit Gulielmum de Croy, Chievræ dominum, nullo tamē conjugii fructu. Sed satis erratum. nunc in viam, & quamorsi telam pertexamus. Lib 1. c. 4. p. 96.

18 *Tritus hujus dominis olim cognus familiæ.*

Ante duo sæcula & amplius, tricus *Schellebellæ*, cum *Eertbrugghe* (quæ certa regio est hujus pagi, suis etjam privilegiis & immunitatibus ornata) erat penes familiam *Van Belle:* ut constat ex monimentis Cornelii Gaillarti, ubi: *Bernardus van Belle dominus Eertbrugæ & in Belle*, anno CIↃ CCCC VII. *cum uxore Joanna vande Voorde Walteri filia*: cujus illic juxta Chorum monimen-

nimentum visitur. Patrem habuit *Walterum* van *Belle*, cujus in archivis Cœnobii Tusschenbeke est memoria, ad annum CIↃ CCC XXIX. Avum *Bernardum*, filium *Walteri*, quem dictis archivis *Guido Flandriæ Comes Teneramondæ dominus Walterum de Balliolo*, *militem* vocat, tabulis anni CIↃ CC LIII. Hujus ibidem, & *Beatricis* conjugis mentio est tabulis anni CIↃ CC XXVII. Illius *Bernardi*, quem suprà dixi, tres filiæ apud Gaillardum memorantur quarum prima, Margareta nupsit Ghisberto Masminio: Altera Soetina nomine, maritum habuit Danielem Oudenhovium, & dein Gulielmum van Steelant: Tertia Joanna quam duxit Adam de Proost. Habuit insuper filium *Ioannẽ* qui patri succesit: ut Epitaphium testatur; quod ibidem in templo supereſt hoc sensu:

Ioannes van Belle Eertbrugæ toparcha, dominus in Belle, obiit secundo Iulii, an. CIↃ CCCC XXXIV.

Parma gentilitia spectantur inibi cum nominibus familiarum, primo loco *Reſseghemiæ*, secundo *Ghend* (arma sunt gentis *Villanæ*, *sive Gandavia*) tertio non est nomen; sed in scuto tres rosæ; Itaque suspicor de stirpe *Pethem*: quarto loco *Gavere*. Alterius itẽ *Ioannis van Belle Belle domini* mentionẽ in dictis Gaillardi monimentis deprehendi: qui ante summum altare, juxta superiorem sepultus est *anno* CIↃ CCCC XXXVIII. *secunda Iulii*. Ibi consanguinearum gentium nomina erant *Zeebroeck* sive *Rocſſelaere*, *Liedekercke* sive *Haleweyn*, tertium scutum familiæ ignotæ. Horum *Bellensium* posteri adhuc supersunt Brugis & Teneręmondę. Hoc autem non est silentio tegendum, quod a N. V. Theodoro Hetveldio, vero nostri ævi Coruncano, didici, & postmodum idem apud Gaillardum deprehendi (cui eo major fides quòd armorum fuit regulus) *Bellanam* hanc gentem, à loco id sibi nomen adsciviſse (ut ferè fit) esſe autem ex *Masminiis*, qui hanc olim ditionem tenuere; Vetusque illi nomen *Masminium* esse, quod credere eò faciliùs in animum induco, cùm quia eadem sunt horum *Bellensium* & *Masminiorum* insignia (nisi quod ad oram paullulum interest) tum vel maximè, quod in superioris illius *Ioannis* notatione armorum, & familiarum, primo loco sunt, & nomen, & arma gentis Ressenghemiæ; cujus familiæ Masminios fuisse † suprà ostendi, & *infrà docebo. In eâdem familiâ lego bona Henrici van Belle, ad fiscum Principis devoluta. Nominatim *Pontem in Trajectu Scaldæ.*

19 De gente van Belle annotatio.

† lib. 1. c. 6. num. 73.
* Lib. 1. c. 3. num. 129.
Libri sacri patrimonii.

Scaldæ. Homicidii id crimine factum putant, câque ratione id
20 Dominiũ ex eâ gente migrasse: quod mihi non fit verisimile;
Ioannes Prosp Dominus in Belle. Nam paullò pòst ad *Ioannẽ de Prooſt* ea ditio pervenit, qui erat
21 Adami filius, ex Joanna van Belle Bernardi filiâ. Hunc Præturam & Teneræmondæ, & Alosti gessisse, superior Nomencla-
Ejus parentes. tura docet. Uxorem habuit Alexandrinã van Steelant, & ex ea
22 *Uxor.* filium Leonem de Prooſt, qui etiam Teneræmondæ fuit Prætor) & filiam *Margaretam*, quæ Patri in hunc Bellæ trientem
23 *Liberi.* successit; quem anno CIↃ CCCC LXXVIII vendidit *Carolo Coutreau*: quem ex ordine secuti sunt *Philippus Coutreau*, *Erardus Coutreau*, eques Westmalæ dominus, Theobaldus *Coutreau* Erardi filius, & dein ejus frater, alter Erardi filius *Henricus Coutreau* Westmalæ, *&c.* dominus. Ex hâc familiâ fuit ille Robertus Franciſci Coutreau filius, superioris *Caroli* pater qui prœlio
24 *Trastus trientis dominatus.*
25 *Franciſci Coutreau memorabile factum.* Montleriaco Principi nostro Carolo Audaci, salutis fuit auctor: Nam absque illo fuisset, Carolus, quem circumventum Galli ad deditionem urgebant, in eorum potestatem aut vivus venisset, aut mortuus; nam ut erat magni animi, cùm dedere se nollet, occidendus erat; nisi Robertus Coutreau robusto invectus equo, per medium coronæ gallicæ agmen perrumpens, hostem manu Principi imminentem summâ vi retro cedere coëgisset, magnâque editâ strage, præsenti Dominum discrimine liberasset: qui vicissim immensæ virtutis ergò, Præfecturâ illum feudarum Brabantiæ, utili cum primis & honesto munere, atque Equestri insuper Baltheo extemplò donavit.

Lib. Feudal. Analecta Gaillardi. Lib 1 cap 50. num 14. Analecta Gaillardi.

Lib Feudal

Meyer anno 1465. Oliv de la Marche lib. 1. cap 31. Annal. Brabantiæ cap. 62.

MOERSEKE.

26 *Moerſecæ ſitus.* VLtra Scaldim prima *Moerseca* occurrit, intra primum ab urbe lapidem ad dictum flumen sic sita, ut potissimam sui partem alluvioni debeat. Hanc longo ambitu Scalda munit: cujus etiam hic antiquus alveus visitur: qui aggeribus exclusо amne utilem piscationem ministrat. Non procul à ripâ,
27 *Ibidem ruderа* antiquæ molis rudera visuntur; cujus rei, aut temporis, vulgò incertum. Incolæ arcem fuisse existimant: ut alibi multæ circa
28 *Cujus ædificii.* fluminũ ripas. Postmodum ex sententiâ feudali, inter Petrum vander Borgh, & Joannem vander Borgh ejus Patruum didici, vetus Moesecæ Dynastarum domicilium fuisse. Gaillardus insignem *Gerardi Grimbergenſis Moeſecæ domini Arcem* vocat, eamque à Gandensibus furore civili eversam. Duplex hic est
29 *De Scabinis.* Scabinorum ordo, quorum prior cum Prætore agrorum, arvorum,

vorum, & universim pagi res curat: alter cum Sculteta, ea quæ ad paludes & prata spectant. Est in hujus Dominii finibus celeberrima statio navium eo loco qui *Dry goten* (id est tres Canales) appellatur: ubi anno CIↃ IↃ XCVIII. Bironius Galliæ Marcscalcus (cujus aliquanto pòst tragicæ vitæ finis) in amœnissima porticu, è frondentibus ramis contextâ, à nostro Senatu exceptus est, firmatis Gallicæ pacis legibus. Inter XLV. feuda quæ hujus Dominii beneficio possidentur, Clientelam Moeseæ Comarcho debet Basserodæ S. Ursmari Dominus, ratione ejus Dominii, quod à Moeseca dependet. Junctum id à prima origine Moeseæ existimem, quia illius est feudum; & aut partitione hereditariâ, aut aliàs divulsum. Eo dominio *Rassemghemios* olim potitos Annales Flandriæ monent: ubi legibus pacis inter Philippum audacem, & Gandenses subscribit *Gerardus ab Rasseghem Basserodæ Dominus*. Inde ad *Maldeghemios* abiit: fortè Conjugio dicti Gerardi filiæ, cum *Gerardo Maldeghemio*, quem paullò pòst hoc Dominio potitum variè mihi constat. Post hunc (cùm sine sobole decessisset) *Villani* possedêre: Inter quos primus occurrit *Adrianus*, Ioannis & Margaretæ Gaveranæ Rassemghemi Dominæ filius. Post illùm *Colardus*, Adriani filius, qui Matrem habuit Judocam Moerkercanam Merchemi Dominam, filiam Colardi Moerkercani, & Catharinæ Balliolanæ: fratrem Martinum Vilanum Rassemghemi Dominũ, maritum Antoninæ Masminiæ, quæ Calckonam in dotem habuit: Sorores Catharinam Merchemi Dominam Conjugem Joannis Halowini Rosebecæ Domini: & Mararetam; quę nupta est Jacobo de Grisper Ogierlandæ Domino. Uxorem duxit Margaretam Ghistellanam Guidonis filiam. Ejus liberos, & nepotes suprà dedi. Præter *Basserodam*, Dominus insuper fuit Liedekercæ, S. Amandi, Leeuwe, Vicecomes Lombecæ, & hereditarius Sculteta Assenedæ, à consilius & Cubiculo Ducis Burgundiæ. Hic vendidit Basserodam *Ioanni vanden Driessche*, Consiliario Flandriæ, qui cùm ob delicta exilio multatus esset, bonaque ejus fisco illata, id Dominium emit *Iodocus Halowinus* Flandriæ Prætor, Dominus Peenæ, & Bugghenhoutii. Hunc temere Meyerus dicit anno CIↃ CCCC LXXII. bello Leodicensi cæsum: quum eo tempore nullum fuerit cum eâ gente bellum; quæ jam inde aban. CIↃ CCCC LXVII. à Carolo Burgundo subacta erat: & anno CIↃ CCCC LXVIII. eorum Civitas propter rebellionem eversa. Conditus est cum duabus uxoribus in Dominio suo Peenæ

30 *Statio navium.*

31 *Basserodæ Moeseæ feudum.*

32 *Pessi Basserodæ Dominæ gentis Rassemghemiæ.*

33 *Maldeghemia.*

34 *Vilani.*

35 *Basserodæ venditæ.*

36 *Quomodo gentis Halowinæ.*

37 *(Meyeri error)*

Meyer. anno 1365 & Freland l. 2. cap 276.

Lib Feudal. Moeseæ.

Analecta Hasduini.

Ibidem Anno 1547. Ibidem & Archiva familiæ.

Lib. 1 cap. 2. Num 79. & 81.

Analecta Hasduini.

Ibidem.

Ad annum 1574.

Meyer. anno 1467. Idem anno 1468. Analecta Gualdi.

juxta Casletum, in templo Gulielmitarum, sacello D. Virginis, sub opere arcuato, insigni Mausoleo, cujus hæc est inscriptio: Ibidem.

38 *Iodoci Halowini epitaphium.*

Hic jacet nobilis, & potens Dominus D. Iodocus de Halewijn, eques, Peenæ, Bugghēhoutii, & Baßerodæ Dominus, Consiliarius quondam Philippi, & Caroli Ducum Burgundiæ, & eorum supremus per Flandriam Prætor: qui cum uxore Domina Ioanna de la Trimoille, Domina dictorum locorum, fundavit hoc Cœnobium, & ecclesiam in honorem & reverentiam Virginis Mariæ, Matris Dei, & obiit an. CIↃ CCCC LXXII, XXIV. *Septembris.*

39 *Item coniugis eius Bona Dantoing*

Hic jacet nobilis & potens Domina, Bona Dantoing, dum viveret prior conjux dicti Dominj Iudoci de Halewijn: quæ obiit ipso die Agnetis, quæ fuit XXI. *Februarii anno Domini* CIↃ CCCC XLVI. *Ora Deum pro anima.*

40 *Et alterius Ioanna de la Trimoille.*

Hic jacet nobilis & potens domina, D. Ioanna de la Trimoille, domina Peenæ, Bugghenhoutii, & Baßerodæ, quondam uxor prædicti domini Iodoci de Halewijn: quæ & dictus dominus, ejus maritus, fundarunt hanc ecclesiam, & Cœnobium: & posuit eadem domina, primum ejus lapidem: & obiit in festo D Virginis, in Martio. anno CIↃ CCCC LXX. *Ora Deum omnipotentem pro anima ejus.*

41 *Peronne Cœnobium olim ubi.*

Fuerat autem prædictum Cœnobium antea structum Oudezeliæ ab aliquo gentis Guisiæ; sed ob pericula inundationis, cum fundatoris moniméto, huc translatū an. CIↃ CCCC LXVIII. Meyer anno 1468. Analecta Gualteri

42 *Iodoci successores.*

Iodoco Halowino succesſit *Franciscus* Halowinus illi *Ludovicus*, huic *Antonius*: fuitque in ea familia, donec occasione trecentorum millium Florenorum, quam summam rex Gallus stipendiorum nomine debebat illustrissimo Principi Comiti Palatino ad Rhenum, duci in Bavaria, Comiti Veldensi, & Meyer anno 1468. Analecta Vrduini lib Feudal. Mocscez.

43 *Baßrode quomodo Comitis Palatini.*

Sponheimii, *Carolus Halowinus*, eques, ordinis D. Michaëlis, æstimatione facta, Basserodam cum S. Amandi & Bugghenhoutii Dominiis, regis nomine transcripsit: ipse in Galliis alias possessiones accepturus; quæ quoad jura successionis ejusdem essent aut fierent naturæ, cum his suis dominiis. Aliquanto pòst, transactione abierunt hæc dominia ad *Carolum Mansveltium* Anno 1574 Lib. Feudal. Mocscez. Chronic. Mirzi an. 1595.

veltium (insigni illa ad Strigonium de Turcis clade nobilem, ubi honoris ergo *Principis* titulum accepit) eâ lege, ut intra certum tempus emptionis pretium persolveret (erat autem pretium, centum triginta millium Florenorum) quo non persoluto, sive ejus præcipiti morte, quæ victorem exercitum sine sanguine funestavit; sive aliàs, ad priorem Dominum per sententiam Parlamenti rediêre: qui Basserodam, ut dixi, à Moesecæ domino in feudum habet: S. Amandi dominum ab Abbate S. Amandi juxta Tornacum: Bugghenhoutium verò ab illustrissimo Principe Auriaco, ut Barone Grimbergensi: penes quos Dynastas ab omni Antiquitate fuit ejus pagi directum jus. Quin etiam pars quædam hujus dominii hactenus penes Barones Grimbergæ manfit. Unde duo ibidem sunt tribunalia: alterum Comitis Palatini, quem dixi; qui se *Buggenhoutii dominum* inscribit: Alterum Baronis Grimbergensis: habentque jurisdictionem locis & personis distinctam. Porrò Basserodæ, suum habet Tribunal, & Majorem, & Clientes (quos *Homines* vocant) per quos dominus civilem exercet justiciam, non autem criminalem. Si verò quemquam criminis accusatum Major habeat in potestate; illum tenetur intra triduum tradere Prætori Teneræmondano: idque ad limites hujus dominii. Itidem si multa excedat tres libras Parisienses. Præter alia Teneræmondæ dominus habet hîc optimum morientiũ cathallum; nisi ante Civitatem adepti sint. Est autem *Basserodæ* sita ad Scaldim, intra primum ab urbe lapidem; habetque celeberrimam stationem navium, quæ indies ultro, citroque Antverpiam commeant, statis ad æstum temporibus. Hujus agrum ita Scaldis suo fluxu, & refluxu detexit, ut ab uno ævo, vix credibile terræ spatium gurgite hauserit: quod ad oppositos Moesecæ aggeres alliſum, multa pratorum jugera illi pago adjecit. Templum habet, D. Ursmaro sacrum, amœnissimo ad flumen situ: cujus illicio structa est, non procul inde ab Halowinis, insignis illa domus, quam aulam Peenensem vocant; quæ per hęc Civilia bella à regio milite incensa est: nunc verò vel in ruinis antiquum testatur splendorem. Peenensis autem Dominii tam celebre hîc est nomen; vel ob illam quam dixi domum, vel ob gentis Halowinæ Basserodæ dominos (qui ferè domini Peenenses dicebantur) ut multis hactenus persuasum fuerit *Basserodam* in ipso Peenensi dominio sitam: idque potissimùm hâc caussâ usu venit: quod antiquitus vulgari sermone, cum has Peenæ domini ditiones volebant designare, *terras Peenæ*, dice-

44 *Inde Comes Manssfeldii Princeps.*

45 *Ironum Comes in Palatino.*

Anno 1602. 8. Maii.

46 *Buggenhoutii dominus quis.*

47 *Basserodæ dominus jura.*

Lib. Feudal. Moesecæ.

48 *Terræmondæ dominus bina jura.*

49 *Basserodæ situs.*

50 *Ibidem navium statio.*

51 *A Scaldi detrimentum.*

52 *Ibidem Templum.*

53 *Plebeus error de dominio Peenensi.*

Digitized by Google

dicebant, brevitatis causâ, pro. *terras domini Peena*. Quæ loquendi ratio paullatim in morem abiens, erroris occasionem dedit: creditumque tandem, ut dixi, Peenam ea dominia, & præsertim *Basserodam* complecti; quod omnino alienum est à vero. quum Peena sita sit in Dominio Castetano, ut antè dixi.

54 *Peena ubi.*

Marchantius Commentar. de Flandria lib. 1. Numero 36. 38. 39.

Cumprimis autem celebris est in nostris annalibus, non ob Cœnobium modò, cujus antè memini, nec ob Marchionatus titulum, quo ornata est; sed ob proceres gentis Halowinæ, quorum frequens passim mentio, & multa exstant præclara domi militiæque facinora.

55 *Ghastelle aliud in Moersea Dominium.*

Præter Basserodam aliud insuper Dominium *Moesæca* complectitur, quod *Ghastelle* vocant: cujus titulo conjunctim cum Moesecano, Dominos antiquitus usos, variæ mihi schedæ fecêre fidem.

Variæ tabulæ in archivis familiæ.

56 *Idem familiæ nomen.*

Seorsum aliquando possessum inde apparet; quod in familiæ nomen abiit, ut, à quadringentis pene annis conscriptus obituum liber testatur. Ubi ad v. Kal. Martias *Adela uxor Radbodi de Ghastella. Sigerus de Ghastella*; ad XIX Kal. Augusti *Imma de Ghastello*; & Idibus Octobr. *Oda de Ghastello*. Habet id

57 *Ibidem sacellū*

vetustum Sacellum, quod et jamnū supereſt; fiuntque ibidem quotannis solennia, tertio Rogationū. Nunc vulgariter *Hoogh*, (id est altum) *Castelle* dicitur. Cumprimis celebre est ludicro illo conventu, Jovis post Pentecosten: ubi ridicula plerique munia capiunt, ut si quis, aurigandi præsertim insolens, currum inverterit, seque, & equos præcipitarit; auriga audit: Si quis patriam abligurierit rem, aut in munere publico plus expendit quàm in rationes contulit; à thesauris, aut quæstor dicitur: si quis leporem dum sequitur, aut cervum in foveam incautus salit, venator fit: Si equum magno emptum minoris vendidit, equiso dicitur: Si sapere cùm velit, ubi maximè cavit, maximè deceptus est, aut ridiculum consilium in re seriâ dedit; Advocatus aut Consiliarius nuncupatur. Ceremoniæ his muniis pares. Adventantis eatus hujus Dominæ hæc ferè pompa est: stercorario curru sedens equis vehitur strigosissimis, eamque ceterum agmen stipat: hic eques, ille pedes. Descendentem è rhedâ promiscuus omnium plausus excipit: in tumulis arenaceis discumbitur: sine symbolo prandetur: cumque nihil sit parati; præter locum sub dio, ubi tam venti ludunt quàm homines; momento hinc inde ab incolis accolisque affertur annonæ, atque penoris abundè: valetque ibi Gnathonicum illud: *Nihil cùm est, nil defit tamen*. Pransi rationes curant; quæ joculariter redduntur: Pisçinas (quæ nullæ) locant: itidem

58 *Ghastella celebritas unde.*

59 *Conventus inducti narratio.*

Terent. Eunucho Act. 2. Scena 2.

locu-

locustarum, grillorumque venationem, quæ multis nullis redimuntur. Tum si quis ex viciniâ absit, quem adesse totius cœtus interest; per satellites stramine vinctus adducitur. Itidem si quis jocularis facinoris reus: cui compedum loco, hinc inde poculum sub genu, stramine alligatur. Si quis damnatur, citra sanguinem multa consistit. Grauissima pœna est

Tergere siphos, & exanclare fortiter

Privilegium ex consuetudine tale habent.

Quicumque aliquid annonæ huic symposio miserit, vexerit, curarit, solutionem si non urget, incuriæ ergò, ultrò nihil solvitor: si urget, importunitatis ergò, itidem nihil solvitor: & insuper gravissimam mulctam incurrito. Solus Tricongium si par est, ebibito. Et omnium cachinnis usque sistitor.

Originem huic ludicro dedisse ferunt, quod superioribus annis, postquam diu incolæ latitassent, nusquam ausi prodire, ob hostem & prædones, qui omnia pervagantes, nihil tutum reliquerant, cùm primùm prospiciendi potestas data, fortè fortuna hinc inde paullatim in hos colles convenerint, non aliâ quàm explorandi caussâ (latissimus enim in omnem partem prospectus patet) ubi in exspectato vicinorum notorumque adspectu cùm quisque gauderet, pacataque omnia videntes, post tantos casus gratulabundi dextras jungerent; illum diem perpetuæ memoriæ consecrasse memorantur: & exinde quotannis in ea loca solutis curis, & festâ animi lætitiâ itum, non ex agri solùm adsitis, dissitisque locis; sed etiam ex opido: unde potissimæ fortunæ homines frequentes eunt, ubi frontem exporgunt, & comburunt diem. Hæc audita mihi, paucis visum inferre: cùm ut fidem meam liberem; tum ut tædiosæ lectionis levem fastidium. Si quis est usqueadeò durus, vt ob jocosa hæc frontem caperet, atque superciliũ attollat; is ad Timones abeat, & Heraclitos: mihi Democrito magis esse lubet; & cum Socraticis diæ Sapientiæ facere: pectore, non supercilio. Nam quum vita nostra mera sit calamitas; quæ obsecro vesania est, miseriores miserias nostras reddere? quod si, si omnia nobis negamus. Satis est, culpam vitare, virtutem sequi; & quæ media sunt, neque in bonis habere, neque in malis.

60 *Ejus origo.*

61 *Auctoris excusatio.*

62

Enimverò quod ad primordia *Moesecani Dominii* attinet, nihil hactenus certi deprehendi. Gaillardi quidem Collectanea ad Guidonem Dampetram Flandriæ Comitem referunt, (quem Moesecę dominis terras donasse constat, quę alluvione

De Moesecani dominii exordio.

63 *(Gaillardi error)*

Tab. an. 1155

accedunt: quod illis Carolus V. Cæsar confirmavit) & ad illud usque tempus, ea loca partim Sylvestria, partim ulvosa fuisse; Tab an. 1575.
sed id facilè refellit *Henricus de Asca* sive de *Grimbergis*, quem Tab an. 1250.
hoc dominio potitum constat, antequam Guido Comitatum accepit. Et quod magis, jam in familiæ cognomen *Moefeke* abierat. Dein memini audire ex nobilissimo viro Joanne vander Borgh, superiore Moescecæ toparcha, ea referri ad sororem Roberti. Teneræmondæ domini: eamque id Dominium à matre

64 *An à Guilelmo de Grimbergis*

Machtilde acceptum, dotale Gulielmo de Grimbergis Ascæ Domino attulisse. Sed qui hujus diplomata leget, quæ non uno loco, in monimentis Svvivecanis; contrà esse sentiet: ubi nusquam non rituli modò; sed ne loci quidem meminit, quod de Asca non neglexit. Sed ne plus Moescanis eripere videar, quàm dare, antiquius id mihi Dominium videtur: adeò ut plurimis hujus Territorii vetustate præcellens, cum quovis hac parte contendere posse videatur; vel hanc ob causam; quòd cùm video *Ægidium militem de Moerske* Abbatiæ Swivecanæ in primordiis donantem certos redditus, imò verò multo antè censeri inter testes Institutionis dictæ Abbatiæ; non aliud inducor credere, quàm ante id tempus *Moescam* titulum Dominii habuisse. Sciunt enim quotquot in ejus ætatis diplomatibus versati, *Militem de Moerske* aliud nihil esse, quàm ipsum dominum post adeptam dignitatem Equestrem, aut domini filium, aut nepotem. Parva loquor, altiùs jam ibo. Cùm à sexcentis pene annis illustris familiæ cognomen *Moerske* fuerit, quis dubiter quin, vel ante id tempus Dominii titulum habuerit? Cognomen autem familiæ ab eo usque ævo fuisse, Archiva Blandinii monebunt: ubi anno CIↃ LXXII *Ioannes de Moerske* Roberti Comitis diplomati subscribit. Ceterùm Ægidius ille, quem dixi an ex Grimbergensi fuerit familiâ, neque negare, ausim, neque asserere. Hoc autem constat brevi pòst tempore penes eam gentem hoc Dominium fuisse, ex qua fuerint hi:

De hoc videsupra lib. 1. cap. 6. n. 77.

Tab an. 1227. 1234. & alibi sæpius.

65 *Antiquius esse.*

66 *Argumentum unum.*

Diplom. anno 1243. lib. 2. cap. 6. n. 3.

67 *Et alterum.*

68 *Grimbergensis familia Moescæ Domini.*

Henricus de Asca sive *Grimbergis*, qui uxorem habuit Joannam Spineti Dominam. Utriusque tabulæ exstant in archivis D. Bernardi, in hæc verba:

Tab. an. 1250

Henricus de Hascha miles, & Ioanna uxor ejus, domina de Spineto, in spe æternæ retributionis à domino, viris religiosis, Abbati & Conventui loci S. Bernardi, Cisterciensis ordinis, Cameracensis diœcesis, qui in palude de Moerseke, tam prosè, quàm pro nobis, quàm etiam pro suis simul in dicta palude coheredibus fideliter laborantes per-

perseverant, arenam, quæ sita est in parochia de Morseke, in loco qui dicitur Gastella, prædictæ paludi contiguam, quam ad præsens fossatis & sepibus incluserunt, pro suis ædificiis, & aliis usibus inibi conservandis, & habendis, in eleëmosynam liberè contulimus, & ab omni calumnia penitus liberatam. &c. *Datum anno Domini millesimo, ducentesimo, quinquagesimo nono, mense Iunio.*

Fratrem habuit *Henricus* Gerardum. Utriusq; in obituario Moesecæ mentio, ubi *de Moerseke & Grimbergis* vocantur. Hęc anno CIↃ CC LII Illum secutus est alter

Henricus de Grimbergis: quem aut Prætorem, aut Consulem Teneræmondæ fuisse ex actis Swivecanis aliqua fides. Vixit anno CIↃ CCC.

Archiv. Swivecanis tab. anno 1300.

Henrico successit *Gerardus de Asca*, eques, Berleghemi item dominus. Hic in archivis S. Joannis Baptistæ, *Gerardus Moesecanus eques* dicitur. Uxorē habuit Clarissam de Mirabel, Franconis filiam: Joannis Mirabelli neptem: qui cùm unicam haberet filiam, testamento cavit, ut si fortè filiæ stirps deficeret, sacellania quam fundarat Gandavi ad D. Pharaildis esset in potestate Ywani Vaernewyck, equitis, Martini Prooft, Gerardi Moesecani, sive de Grimbergis (erat hîc Clarissæ maritus) & Ravonis de Erpe Meeræ Domini: quorum singuli, duxerant singulas eius neptes. Conditus est autem prædictus *Gerardus* Moesecæ, in sacello D. Virginis, cum hac Epigraphe quam amicus noster, vir nobilis, Adrianus de Marselare, ante nuperas tempestates enotavit: *Hic jacet Gerardus, de Grimbergis, Dominus Moesecæ, & Berleghemi: qui obiit anno* CIↃ CCC LII, v. Februarii,

Analecta Harduini & Gaillardi.

69 Clarissa de Mirabel ejus uxor.

Ibidem.

Archiva familiæ de Gaillart.

70 Gerardi de Grimberg. epitaphii sepulchralis.

Patrem filia *Maria* excepit: quæ in paterno monimento condita, hanc habet inscriptionem:

Ibidem.

Maria de Grimbergis, Maldeghemi & Moesecæ Domina.

71 Ipsa Maria.

Hæc maritum habuit Philippum Maldeghemium, equitem; illius Philippi Maldeghemii filium qui memorabili in Guidonem Flandriæ Comitem constantiâ, æternum suæ familiæ Fidei encomium reliquit: effectiq; ut peculiari laude, gens *Maldeghemia Fida* nuncupetur. Utriusque memoria est in obituario Moesecano, ubi legitur: *Nobilis & potens Philippus de Maldeghem, & domina Maria de Grimbergis ejus uxor. Gerardi Moesecani & Clarissæ filia* Ex hoc conjugio natus est *Philippus Maldeghemius*, cujus ante calamitosa nuperæ tempestatis discidia, monimentum in templo Moesecano spectabatur. Erat

72 Domini gentis Maldeghemiæ.

Oudegherste Annal. ad 1316.

id ad boreale Chori latus, sub opere arcuato ex lapide Lydio,
73 cum inscriptione belgica, quam sic Latinè verti.
Philippi Maldeghemii monumentum.

Hic iacet inclytus & potens Dominus Philippus Maldeghemius, eques, Dominus de Maldeghem, Grimberghe, Moerseke, Berleghem, Hayeghem & Leyscotæ, filius Philippi, & Mariæ de Grimbergis. Analecta Gallardi.

74 Uxorem habuit Elisabetham de Wavrin cujus, & mariti vi- Analecta Haddini.
Ejus uxor. sebantur olim juxta monimentum pictę ad vivum effigies, cum
75 armis gentilitiis hinc, & inde. Sorores habuit hic Philippus, Ibidem.
Sorores.
76 Elisabetham Ackoiæ dominam, & Catharinam Maldeghe-
Sororum earum pueri. miam, quæ nupsit Gerardo Masminio, Equiti, Masminiæ Domino, cui Berleghemum dotale attulit; peperitque illi Walravium Masminiæ, & Berleghemi dominum, & Claram Masminiam, quæ primum Sigero Cortracensi Mellæ Domino (alius hic erat ab illo, quem vulgò *Cortrozyn* vocant, qui an. CIↃ CCC XXXVII ipso Benedicti, Principis mandato capite plexus est) dein Philippo de Herpe nupta est. Ex priore marito sustulit Yolantam Cortracensem: cujus tutores fuêre, Jacobus van Hurne, & Jodocus van Volmerbeke, qui anno CIↃ CCC XCIX paternam ejus hereditatē à matre acceperunt, & inter cetera Mellæ, & Herseauci Dominia; præsente aviâ Catharinâ Maldeghemiâ Masminiæ, & Berleghemi dominâ, & avunculo Walravio, Masminiæ toparchâ. Ea nupsit primùm Simoni van Hole anno CIↃ CCC LXXXVIII, XIII Iunii: iterum Richardo van Steeland: & tertio Hostoni de la Barre, equiti; unde natæ sunt Joanna, & Jacoba de la Barre: quarũ illa Mellæ Dominium accepit, & Conjugem Joannem Picavet, Jacomardi filium. Huic præter alia bona dos fuit toparchia Herseaux. Maritum habuit Joannem van Leeuwerghem, Rolleghemi, & Lendeghemi dominum. Sigero fatis functo, Clara Walravii soror, secundis nuptiis juncta Philippo Herpæ domino, sustulit Philippum, & Susannam: ex quibus hæc Ghelnoto Daman nupta, sine sobole decessit. Ejus hereditatem adiit Philippus Herpæ dominus, frater (cuius posteros Laernæ descriptione dabo) & Yolanta Cortracensis, uterina soror, anno CIↃ CCCC XIX. Porrò Walravius, ductâ Margaretâ de Maerschalck, Roberti Blaesveldæ domini filiâ, filium reliquit Robertum Masminium, dominum Masminiæ, Berleghemi, Uytbergæ, Hemelveerdighem, S. Martini Ledæ, West. *&c.* Aurei velleris equitem: qui ex Elisabethâ van Leeuvverghem sustulit Margaretam: Collectanea Gallardi. 3 Gallard. Idem. Idem. Idem. Idem. Hujus lib. c. 12. numero 244.

garetam Maſminiæ, & Beatricem Berleghemi Dominam. Al-
Idem. tera Walravii conjux fuit Jacoba Ghiſtellana Gerardi filiâ, ſo-
ror Joannis Coudenburgi, & Guidonis Axelæ, & Waſcali to-
parchæ; unde nata Eliſabeth Maſminia: quæ nupta eſt Philip-
po de Moere.

Archivæ fa-miliæ. Philippum Maldeghemium ſecuta eſt *Maria Maldeghemia*. Hanc filiam Moeſecæ domini fuiſſe, ex Maleani ſcripto mani-feſtum: ubi vocatur, *Maldeghemi & Moeſeca domina*, diciturq; *fidem præſtitiſſe cauſsâ cujuſdam feudi, quod tenebat à Curiâ feu-dali Beveranâ, cui nomen Decimæ vander Dorent, quod patris ſui Moeſecæ Domini hereditate poſsidebat. Actum anno* CIↃ CCC LXX.
Tab. an. 1357. Eam exinde vigèſimo ſeptimo pòſt anno ſuperſtitem fuiſſe, ex actis Moeſecanis conſtat. Poſt hanc *Maldeghemium* cognomen aliquandiu penes Moeſecæ dominos manſit, ſive quòd viro Maldeghemiæ gentis nupta, ſive, quòd fieri amat, à potiore dominio.

Lib. Feudal. Archivæ fa-miliæ. Mariam ſecutus eſt *Philippus Maldeghemius*; Illum *Marga-reta Maldeghemia*; quæ Franciſco Cavalcanti nupta, hanc ma- 77
Franciſcus Ca-valcanti cujus maritus.
jorum hereditatem vendidit *Joanni Petro Roſſim*. Quod non fe-
Ibidem. rens Yvvanus van Ophem, Mariæ Aſcanæ, Roberti Aſcani, & 78
Moeſeca vendi-dit.
Mariæ de Fleuteville filiæ maritus, prædictæ Margaretæ con-ſanguineus, ſive præſenti commodo, ſive rei inſolentiâ motus, quod dominium longâ Avorum ſerie, ab ipsâ uſque Teneræ-mondenſi familiâ acceptum, quod hactenus nunquam, niſi 79
Jure ſanguinis revulſa.
hereditariâ ſucceſſione, & conjugiis poſſeſſorem mutaverat, ſuperſtite illæsâ, ſi non nominis, unius ſaltem ſtirpis, & origi-nis ſerie; jure propinquitatis ad ſe retraxit, quo facto 80
Moeſeca ſibi van Ophem.
Ibidem anno 1480. *Yvvanus*, quem dixi, eo jure quo Majores *Moeſecam* poſſedit, paullò pòſt

Ibidem. *Catharina van Ophem* Yvvani filia & heres ex aſſe, hujus dominii, vivo patre, poſſeſſionem accepit: quia pretium dictæ retractionis ſuppeditarat. hæc maritum habuit *Adamum van Berchem* Equitem; & inde liberos, Adrianum, Jacobam, Joan-nam, & Elizabetham. Obiit autē Adamus an. ∞ CCCC XCII.

Ibidem anno 1491. Defuncto patre, matre ſuperſtite *Adrianus van Ber-chem* legibus partitionis hereditariæ, de quâ inter Tutores 81
Gentis vanBerchem.
convenerat, Moeſecæ Dominium adiit: idque tutorum operâ adminiſtravit: donec ad pubertatem per venit. quo tempore uxorem duxit Eliſabetham Cocks; ſed non multò pòſt vivâ
Anno 1506. etjamnum matre, è vivis exceſſit: conditusq; eſt in monimen-to *Gerardi Aſcani*, Maldeghemi & Moeſecæ Domini, relictâ

filiâ *Theodorâ* van *Berchem*: quæ Tutores habuit Henricũ van Berchem, equitem, Eelsati dominum; & Petrum van Bernage, Esschenbecæ Dominum. Hanc postea duxit *Ægidius vander Borgh*. Cùm autem aliquanto post *Adrianum*, etiam Adriani mater mortem cum vitâ commutasset, *Iacoba* Adriani soror natu maxima, rata id Dominium ad se esse devolutum, *Moesecam Dominam* se inscripsit, exclusâ Theodorâ fratris filiâ. Ea nupsit *Petro de Bernage*, equiti, Domino Parcæ: & iterum *Ioanni Malart*: qui simul hoc Dominium transtulerunt, in. Anno 1514. ibidem.

82 *Genus de Bernage.* *Elisabetham de Bernage* filiam, ex priore conjugio: quam duxit *Carolus Serraets*, Consiliarius Brabantiæ: unde sustulit filium Petrum. ibidem anno 1527.

83 *Genus Serraets.* Mortuâ matre cùm *Petrus Serraets* per patrem Moesecæ dominium adiisset, continuó mota est controversia inter Inghelbertum de Bernage, Ludovicum Serraets, Inghelbertum van Oyenbrugghe, ac Ioannem vander Straten, *Petri* tutores; & *Ægidium vander Borgh*, qui nomine uxoris sibi, aut saltem liberis suis ex *Theodorâ van Berchem*, Adriani filiâ, Moesecam deberi dicebat: eâque ratione, à Soceri morte quæcumque inde poterat emolumenta sibi, & suis asserebat. In eâ controversiâ antequam ad litis contestationem ventum esset, decessit *Ægidius* relictis liberis Petro, & Joanne: quorum tutelam accepêre Joannes vander Borgh, Michael vander Borgh, & Joannes vander Linden: qui Ægidii vestigiis insistentes pupillorum jus sunt prosecuti: reclamantibus adversariis, hac præsertim ratione: quòd Adrianus ante matrem obiisset; neque repræsentationi hîc locus esset. Quod ita refutatum est, aliaque insuper reposita, ut tandem secundùm *Theodoræ* liberos sententia lata sit adiit itaque ibidem. 84 *De Moesecæ dominio controversia.* 85 *La suite.*

86 *Moesecæ genitis vander Borgh.* *Petrus vander Borgh*, major natu, avitam hereditatem. Hic cælebs obiit anno CIↃ IↃ L. Conditus autem est in templo Moesecano in medio Chori, ante summum altare. ibidem.

Ejus hereditatem cum Moesecæ Dominio accepit *Ioannes vander Borgh*, alter *Theodoræ* filius, eques Solymus. Hic conjugem habuit Catharinam van Dusfele, & ex eâ filium Joannẽ, & filiam Annam quæ nupsit . . . . de Longin. ibidem anno 1550.

Patri successit *Joannes vander Borgh*; qui uxorem duxit Odiliam Roelants, ex quâ multos sustulit liberos nempe Joannem, Matthiam, Carolum, Henricum, Gulielmum, Gertrudem, Odiliam, Joannam, & Annam, & exinde Annam Svveerts ex quâ nullos. Hîc præter variorum annorum Consulatus, pecu-

peculiari quâdam laude eum Magistratum quadriennio continuavit. Obiit autem nuper, anno CIↃ IↃCX prima Februarii, magno Reip. damno: quæ virum amisit innocentissimum, civem bonum, Consulem moderatum.

Lib. Feudalis cap. 16. 87 Illum excepit *Carolus vander Borgh:* qui biennio pene antè, dono eam ditionem à Patre acceperat. Ejus nomine Clientelam Principi juravit Carolus de Hertoghe Paddeschoti Dominus Avunculus & tutor. *Præsens Minister domini.*

VYTBERGHEN OVERMEERE.

SEquuntur Pagi duo, *Vytberghen* & *Overmeere*, quorum ille à vicinis Berlaeræ montibus aut tumulis potiùs nomen habet, ut si dicas *Extra montes* (memini etiam legisse *Hundelberghen*, id est Hunnorum montes, nisi in scriptione sit vitium) hîc verò à situ ultra lacum, qui *Vytbergæ*: unde etjam inibi plateæ nomen, de *Meerstraet* id est lacus platea. Prior ille pagus est ad Scaldim: qui fluvius prata quotannis inundans, magnam herbis & pecori adfert ubertatem. Alter in viciniâ. Illius titulum Dominus præfert ob antiquitatē. Constat enim ut unum feudum duo hæc loca constituunt; ita unico pago antiquitus fuisse comprehensa: & *Vytbergam* parochiale templum habuisse, cum *Overmeere* sacello contentum esset: Quod ab aliquot retrò seculis etjam Parochiæ jus accepit. Hujus D. Virgo tutelaris illius D. Petrus. Tribunal uterque pagus unum habet. utrobique tamen Juridici conventus fiunt, & ubicumque domino visum. Locus Tribunalis Uytbergani est juxta Cœmeterium; *Overmeere* verò circa ædes Toparchæ: quæ præter ædificii antiquitatem, loci amplitudinē, villæ commoditatem, amœnissimæ sunt vivariis, arboretis, hortis. Eæ nuperâ secessione Legato cuidam Gallico saluti fuêre. Bonnivetus hic erat, ad Ordines Belgicæ à Francisco Valesio Andegavensium, & Alençonii duce, missus, domino suo harum ditionum Principatum procuraturus: qui cùm ex Artesia Antverpiam proficiscens, Gandavi paullulùm subsitisset; imperio Joannis Imbiesii, ex cujus arbitrio pleraque in ea Rep. gerebantur, jussus est discedere, inpensè enim Gallicam per ea tempora factionem, & Gallos oderat. Cumque accepto aliquot militum præsidio in via esset; equites ab Imbiesio ad eum opprimendum missi, irruptione factâ aliquot ex ejus comitatu trucidarunt.

88 *Vytbergæ etymon.*

89 *Overmeeræ etymon.*

90 *Vytbergæ situs*

91 *Cur alteri paulò brevi.*

92 *Tractatus commendatus.*

93 *Bonnivetti refugium quando.*

Ille-

Ille autem cùm videret nullum esse in armis præsidium, ex equo descendens, dum alii pugnant, superatis natando aliquot rivis, & fossis, tandem huc incolumis devenit. Sed à diverticulo ad viam.

94. *Gandensium in Ouermeere clades*

Hunc pagum Gandensium sub Philippo bono clades celebriorem reddidit: ubi alto firmoque propugnaculo per vim exutos, Teneræmondæ præsidiarii profligarunt. Ibidem à Comite S. Paulino Clivien sem, Theobaldum dominum Fiennen sem, Cornelium Philippi nothum Joannem Castellerium, alios que nonnullos equestri Baltheo donatos, Meyerus notat.

Meyer anno 1452. Oliu. de la Marche lib. 1. cap. 25.

95 *Qui ibidem equites creati.*

Anno 1452.

96 *Ibidem monimentum cujus*

In templo ante summum altare è vivo saxo monimentum visitur, Ioannis Coudenhovii; cum incubantibus ejus & duarum conjugum simulacris; etsi altera alibi sepulta est, ejus autem inscriptio quantum legi potuit est hujusmodi:

97 *Ejus inscriptio.*

Sepultura nobilis, & egregii viri Ioannis Coudenhovii, armigeri, Domini Ghentbrugæ: qui obiit XXVIII *Octobris, anno* CIↃ IↃ LIII. *& Dominæ Mariæ van Ameronghen, ejus conjugis: quæ ex hac vitâ migravit* XII *Decembris, anno salutis* CIↃ IↃ XLVI.

Arma gentilitia hinc inde erant hæc *Coudenhove, Nieuwenbrugghe, Wintre, Cnibbe, Adorne, Vander banc, Vytenhove, Baenst.*

98 *Hom Hospitale à quo,*

Prope templum hospitale est, cum contiguo sacello, structum olim à *Ioanne de Overmeere* milite, qui ibidem sacellaniam fundavit: ut ex tabulis liquet, quas mecum communicavit nobilissimus vir Nicolaus Coudenhovius præsens loci toparcha, in hæc verba:

Universis & singulis præsentes literas inspecturis, Ioannes ex Curia, filius Iacobi, cum notitia veritatis salutem. Noveritis tenore præsentium Ioannem dictum van Overmeere militem, nostrum prædecessorem, fundasse perpetuam capellaniam, sitam in capella Hospitalis de Ouermeere, penes parochialem Ecclesiam de Overmeere; & certis redditibus, & peciis terræ arabilis, & pratorum mortificatis assignatis dotasse, & assecurasse, &c. Hæc anno. CIↃ CCCC L, II Martii.

Has tabulas fugientibus demum literis primæ fundationis datas non absque suspicari liceat; & (quod inde consentaneum) vetustam admodum esse sacelli originem. Id sacellum cum hospitali funditus euersum restituit vir nobilis *Philippus Coudenhovius*

hovius eques: qui imperio Mariæ Hungariæ reginæ, sub Carolo V. Cæsare, obsidione Metensi unius cohortis Wasianæ dux fuit. Hujus ibidem exstat monimentum, cum incubante ad vivum effigie, ad latus autem epigraphe talis:

Hic jacet Dominus Philippus de Coudenhove, suo quondam tempore eques, nobilis domesticus Imperatoris: qui obiit anno CIↃ IↃ LVIII, IX *Septembris. Manibus ejus bene precare.* 99 Tandem repertus.

Quaterna ibidem consanguineatum gentium insignia, *Coudenhove, Aterne, Wintere, Cnilbe.* Hic autem pagus an aliquando seorsum ab altero fuerit possessus, neque negare ausim; neque affirmare. Illud constat, cognominis loco jam olim usurpatum: cui rei non solùm exemplo est *Ioannes de Overmeere*, miles, cuius paullò antè memini; sed insuper *Nicolaus de Ouermeere, miles*, cujus & Beatricis uxoris, & Ioannis filii, memoria exstat in obituario Ecclesiæ Collegiatæ Teneræmondensis, ad VII Idus Martias, & pridie nonas Decemb. & *Adelisa de Overmeere*: quæ anno CIↃ CC LXII fuit superstes; ut docet diploma Hugonis Castellani Gandensis, quo confirmat donationem *Balduini de Ingheloſen-berghe, militis: qui contulit in eleëmoſynam viris religioſis Abbati, & conventui Eccleſiæ B. Mariæ de Bodelo, de conſenſu uxoris ſuæ, decimam; quam idem Balduinus habebat jacentem in parochia S. Ioannis de Steene: quam idem Balduinus tenuit ab Adeliſa de Overmeere, & dicta Adeliſa à Domino Villano mi'ite, fratre noſtro.* Verba sunt Hugonis Castellani, anno ut dixi CIↃ CC LXII. Præter Adelisam occurrit *Ioannes de Ouermeere* Castellanus Nienoviæ qui obiit anno CIↃ CCCC VI x Decemb. conditusque est in Abbatia Nienovien si: ubi monimentum habuit, cum effigie armatâ. Nienoviæ Dominum fuisse non omnino temere aliquis suspicetur. Constat enim eo titulo Dominos ibidem antiquitus usos: quod si quis ignoret fidem faciant Collectanea Gaillardi, ubi: *Gerardus de Grimbergis Dominus, & Caſtellanus Nienoviæ fundator Abbatiæ*, &: *Gerardus de Grimbergis, Gerardi filius, Dominus, & Caſtellanus Nienoviæ, & Dominus de Grimbergis.* 100 An Overmeere seorsum possessum. 101 Ejus militia. Collect. Gaillardi, Archiv. gentis Villanæ. 102 Ioannes de Overmeere an Nienova Dominus.

Habet autem Dominus præter cetera quæ omnibus hujus Territorii Dominiis communia suprà diximus, medium trajectus Uytbergani: Molam bannalem, ut vocant, mulctas sexaginta 103 Dominus hic percipere jura.

ginta librarum, & infra. In variis item hujus Dominii elenchis sive indicibus, quæ vulgo Denombrementa vocant, & alibi item, inveni: *In tam alto Dominio possessorem his pagis potiri, quàm ipse Teneræmonda Dominus potitur suis*; & in antiquo insuper codicis feudalis fragmento, potestatem illi esse, *Dandi vitam*. De hujus Dominii initiis inquirenti nihil usquam certi occurrit. Illud tamen verisimile, Dominii titulum in usu fuisse, antequam, Overmera parochiæ jus accepit: alioquin credibile, quòd in duo feuda divisum fuisset, quod nunc est unicum. Domini autem quos variâ lectione assequi datum est, sunt hi:

104 *De hujus Dominii origine quæritur.*

105 *Dominorum Series.*

Sophia de Beaufort: nupta *Gulielmo Nivellano*. Hunc Gulielmum fuisse familiæ vander Ha verisimile est, ex obituario Monasterii ten Bossche juxta Hemelveerdighem, ubi habentur hæc verba: *Gulielmus vander Ha Dominus Vytbergæ*. Alium fuisse primum credidi, & superiorem aliquem Uytbergæ Dominum; sed non potuit: quum illud Monasterium structum sit circa annum CIↃ CCC XXXIII, ut ex inscriptione monimenti ipsius conditoris liquet, hoc sensu: *Hic jacet Ioannes Gheylins: Obiit anno* CIↃ CCC XXXIII, XVI *Septembris, & Isabella de Goede, ejus uxor: obiit anno* CIↃ CCC XXXI *octavo Octobris*. Itaque cum Sophiam multo antè id Dominium habuisse constet, superior fuisse non potuit. Condita est hæc Sophia cum filio Guidone Gandavi apud Franciscanos, ubi hæc olim Epitaphia: Colleg. Gall. laïdi.

106 *Gulielmus Nivellanus ejus famulus.*

107 *Monasterii ten Bosche conditor.*

Ibidem.

Tab. an. 1313.

108 *Sophiæ de Beaufort monumenti cum epigraphe.*

Anno Domini CIↃ CCC XXXI, XIII *Kalendas Februarii, obiit Domina Sophia de Beaufort: Domina de Gramine, Vytberghine, & Schuervelde, Soror fratrum minorum in extremis. Orate pro animâ ejus.* Anselm. Hæduani.

109 *Item filii ejus Guidonis.*

Anno Domini CIↃ CCC XXIX *in cathedra Sancti Petri, obiit Guido de Nivella filius Gulielmi de Nivella militis, ac consortis ejus Dominæ Sophiæ de Beaufort, Dominæ de Schuervelde, anima ejus requiescat in pace.* Ibidem.

Hîc etsi *Schuervelde* tantùm *Domina* dicatur, in superiore autem Epitaphio *Domina Vytbergine*, atque inde conjici posset post annum XXIX id Dominium consecutam; contrà tamen esse tabulæ superstites convincunt: quibus anno CIↃ CCC XIII

Vyt-

Vytbergæ Dominam se inscribit. Ad ornamentum familiæ de Beaufort notare visum, quòd non solùm purpuratos Patres produxerit; sed duos insuper summos orbis Pontifices, *Clementem* videlicet *Sextum, virum multæ doctrina, compositæ eloquentiæ, liberalem, comem, ac perhumanum, Avenione sepultum decimo Pontificatus anno*: & ejus ex fratre nepotem *Gregorium* XI; qui septimus eorum qui Avenione sederunt, Apostolicam sedem ex Gallia Romam transtulit: ubi Pontificatus anno septimo sublatus est, tanto omnium gemitu, & lacrymis, quanto antè nemo quisquam.

110 *Familia de Beaufort ornamentum.*

Platina vitis Pontificum.

Ibidem.

Matrem secutus est *Gulielmus Nivellanus*: quem vixisse anno CIↃ CCC LXV, & hoc Dominio potitum constat, ex veteri fragmento codicis feudalis, in membrana.

111 *Masminia gentis Vytbergæ Domina.*

Illum excepit *Ioannes Masminius* eques, Calckenæ insuper Dominus. Frater fuit quantum conjicio Walravii Masminiæ Domini. Uxorem habuit Margaretam Oudenhoviam cujus familiæ nobiles Meyerus interdum *Veteris Villæ* vocat. Liberos reliquit Danielem, Ludovicum, Ioannem, Ghiselbertum: quorum tutelam gessit Philippus Masminius Somerghemi Dominus, ex his Ioannes Laërnæ, & Ghiselbertus Holbecæ Dominus (quem equitem fuisse, & Aldenardæ inter alios nobiles à Gandensibus obsessum Annales memorant) dicuntur occidisse Zantbergæ Dominum; quę cædes amicâ conventione postmodum expiata est, pacatis Henrico & Gerardo Zantbergani fratribus, eorumque matre, & Joanne de Bairlemont tutore; idque interventu, *Ioannis Masminii equitis, Philippi Masminii equitis, Gerardi van Steenhuse equitis Sweveghemi toparchæ, & Walravii Masminii equitis*: datisque utrimque *sponsores Sigerus vanden Kerckhove, Lancilotus de Bairlemont, & Ioannes Oulirx Dominus, Castellanus Iprensis.*

Analect. Harduini & Gaillard.

Anno 1411. & alibi.

Meyer. anno 1279. Analect. Harduini anno 1288 Gaillard anno 1390

A morte Patris *Daniel*, maximus natu, hoc Dominium, & *Calkenam* insuper accepit. Uxorem habuit Margaretam Ghistellanam, Philippi Ghistellani equitis filiam, & ex eâ liberos; Joannem, Gerardum, Danielem, Ludovicum, Philippum, & Elisabetham: quorum tutelam accepit Robertus van Leeuwerghem Ghiseghemi Dominus.

Analect. Harduini.

Collect. Gaillard.

Analect. Harduini & Gaillard.

Collect. Gaillard.

Daniele vitâ functo, *Vytberga* & *Overmeeræ* Dominium ad *Ludovicum* filium devenit. Hic uxorem habuit Elisabetham Swaghen & ex eâ liberos: Augerium, Jodocam, & Margaretam; ut testatur tabulæ, quibus *cum uxore Elisabet a Swaeghen hereditatem suam partitur*, hoc modo: *ut duo trientes Vytbergæ & Overmeeræ,*

meræ, cum altâ Iustitiâ & emolumentis; molâ insuper, ejusq; redditibus Augerio cederent: Jodoca, prædium quod erat Bellæ ad Scaldim, Domus sita Tenerامondæ, certiq́ue redditus: Margaretæ verò bona quæ Berleghemi, &c.

Lib. Feudal. Postquam Ludovicus desiisset vivere, *Augerius* lege dictæ partitionis paternum Dominium adiit, Conditus autem est ad D. Petri Uytbergæ. Liberos reliquit ex conjuge Margareta vander Linden, Jacobum & Gertrudem. Gallart.

Lib. Feudal. Augerio successit filius *Iacobus Masminius*: qui cum patre, & sorore commune habet monimentum in templo Uytbergano; quod per has turbas, lapsu campanæ, in plurimas partes ruptum, Petrus vanden Houte Uytbergæ Dominus, curavit componi: sparsasque huc illuc partes jungi. Ejus quæ legi poterant, hæc sunt:

112 *Augerii Masminii sepulchralis Epitaphium.*

Hic situs est Augerius Masminius, Vytbergæ Dominus, qui obiit XVI *Maii anno* CIↃ CCCC XCIV. *& Iacobus Masminius Vytbergæ Dominus, qui obiit .. .. Febr. anno* CIↃ IↃ. . . *Et Gertrudis Masminia Augerii filia* M . . . . .

Archiv. Curiæ Feudalis. *Iacobum* constat Philippi Austriaci primi ævo hoc dominio potitum, ex diplomate, quod ille Princeps Christophoro Barousio concessit, anno CIↃ CCCC XCVIII.

113 *Gertrudis vanden Houte domini.*

Archiv. familiæ lib. Feud. Ibidem. Archiv. familiæ. Post Jacobum ad *Gertrudem* Augerii filiam Uytberga obiit ea nupta *Ioanni vanden Houte* sustulit filias duas, & *Maillardum vanden Houte*, Uytbergæ dominum. Hic conjugem habuit familiæ Dixmudanæ; & ex eâ filium Jodocum: quâ defunctâ, Margaretæ van Moere junctus est; unde nati Petrus, Jacobus, Lævinus, & alii, atque aliæ ad undecim: ex quibus omnibus tribus primis morte sublatis, hoc Dominio potitus est, *Lauinus vanden Houte*. Huic coniux Margareta Pels, peperit undecim liberos quibus omnibus superstes.

Lib. Feudal. *Petrus vanden Houte* hoc Dominium adiit. Uxorem habet Annam de Figueroa, & ex ea liberos, Leonoram, & Magdalenam.

114 *Præsens Uytberga & Gertrudis dominus.*

Lib Feudal. Anno 1600. Post Petrum emptione hanc ditionem accepit V. N. *Nicolaus de Coudenhove*, Ghentbrugæ Dominus, præsens ejus loci toparcha: qui ex Carolotta de Baudringhien sustulit Jacobum, Annam, Philippum, Joannam, Joannem, Carolinam,

115 *Eius uxor & liberi.*

An-

Annam, Mariam, Jacobam, Antonium, Nicolaum, & alterum Jacobum Jacobi primogenito jampridem defuncto.

Anale & Hardouin & Gaillard. 5

Inter eos qui stirpis Masminiæ Uytbergæ titulo sunt usi, deprehendi etiam *Robertum Masminium*: cujus dominia hoc ordine, non uno loco, legi: *Massene*, *Berleghem*, *Vytberghe*, *Hemelveerdeghem*, *S. Martini Icde*, *Wesleren*, &c. Quo jure tamen, hactenus non inveni: an emptione, an mutatione, quæ postea irrita, (nam hereditate non accepit) incertum; etsi veri simile. Filius fuit Walravii Masminiæ & Berleghemi toparchæ, nepos ex filio Catharinæ Maldeghemiæ, Philippi Maldeghemii Moescæ domini filiæ, Uxorem habuit Elisabetham van Leeuwerghem: & ex eâ duas filias, Margaretam, quam duxit Andreas dominus de Mastaing; & Beatricem cui tutor fuit Philippus de Herpe. Qui vir fuerit vel inde liquet: quòd in societatem aurei velleris decimus, septimus à Principe inter primos viginti quatuor lectus est, quando is ordo primùm Brugis institutus, à Philippo Burgundo, nuptiis cum Isabellâ, Ioannis Lusitaniæ regis filiâ. Cæsus est autem, post varia in Principem merita, bello Leodicensi, cum Joanne Ghistellano, Dudzelæ domino: suffectusque illi in ordinem aurei velleris Fridericus Comes Meurensis. 116 *Robertus Masminius aurei velleris Eq. ac Vytberghi dominus.* 117 *Cujus hic filius.* 118 *Ejus uxor.* 119 *Liberi.*

Gaill. rd

Gaillardin. descriptione Antverpiæ Meyer. anno 1429

Idem anno 1430. Guicciardin. descript Antverp.

Porrò tertia omnino hujus Dominii pars, jam olim à ceteris duobus trientibus seorsum possessa est: idque ex consuetudine hujus Curiæ Feudalis, cujus supra memini. Ea autem divisio quando primùm facta nondum sum assecutus. Hoc modò constat, *Ghisbertum Masminium*, cum Margareta van Belle conjuge, (unde filiam sustulit quæ nupta Hetveldiæ familiæ viro, peperit Ghisbertum van Eetvelde) prædictum trientem vendidisse *Iacobo Vytenbove*, anno CIↃ CCCC XXXIII potiente Uytbergæ & Overmeeræ dominio *Augerio Masminio* ut tabulæ emptionis docent. 120 *Ejus Dominii trientes seorsum possessi.* 121 *A quo eos Vendiderit.*

Lib Feudal.

Lib 1 cap. 9. num 18.

Lib Feudal.

Exin devenit ad *Iohannem Vtenhove* aby hoc ad *Philippum Vtenhove*, Christophori Barousii Lusitani, aliquot ex ordine Belgicæ Principum, Oeconomi, conjugem: quæ cùm nullos haberet liberos; hereditate ad gentem Coudenhoviam concessit: in qua primus hanc Dominii portionem accepit *Ioannes Coudenhovius*, eques pater: inde *Ioannes* filius: cujus Hereditatem adiit Nobilissimus vir *Nicolaus Coudenhovius* Joannis filius Ghentbrugæ toparcha, qui nunc ex asse *Vytbergæ* & *Overmeræ* Dominio potitur. 122 *Exin qui possederint.* 123 *Quis nunc.*

CALKENE.

124 Calkenæ situs.

HIs contiguum est *Calkene*, Gandavo & Teneræmondâ æqualiter distans; cujus extrema longo tractu Scaldis beat: ex quo navigabilem rivum, cùm commodissima statione manu ductum anno CIↃ IↃ XL. loci Pastor D. Joannes vanden Zype, S. Theologiæ Licentiatus, ibidem ortus, mihi commemoravit. qui alia insuper amore patriæ suggessit, quæ hîc visum dare.

125 Ibidem narrata.

Primò opidulum hîc olim stetisse, ut vetus inter incolas narratio est, eo vico qui *Rot* dicitur, opportuno ad Scaldim loco: ejusque rei argumentum, varia sparsim fundamenta, quæ ad huc indies eruuntur. Dein plura hîc antiquitus fuisse prætoria, & ex iis potissima duo, in vicis *Raueschoot* & *Gavere*: atque ibi quidem Flandriæ Comites domum venatoriam, hîc verò priscam gentem de *Calkene* domicilium habuisse; ex qua *Sigerus* ille fuit, cujus celebris ibidem memoria, ob auctum ingenti munificentiâ loci templum, idque circa annum CIↃ CCCC. Obiit enim anno CIↃ CCCC VIII. Idem notavit uno sæculo ad XXV ex hoc uno pago sacris initiatos, eorumque plerosq; fuisse animarum Pastores; aliquos etiam Archipræsbyteros. Templum D. Dionysio inscriptum est, miraculis olim nobile; cujus pars vetusta est, reliquum recentius, ut dixi: Chorus etiam ab anno CIↃ IↃ XXXI Sacellum autem D. Annæ structum demum anno CIↃ IↃC IX. Jus Patronatus habet in Galliis Abbas S. Nicolai, in Bosco.

126 A quo cui datus hic pagus.

Datus est autem hic pagus olim, cum *Masminii*, & *Laerne*, à *Roberto* Advocato Atrebatensi Betuniæ & Teneræmondæ domino, sorori *Machtildi*, in compensationem dotis cum *Ghilberto Sottenghemio*, Rassenghemi domino. Quâ de re hoc diploma à N. V. Carolo Schouteete, aliàs van Zuylen, præsente Laernæ toparchâ, accepi:

127 Donationis tenor.

Ego Robertus Advocatus Atrebatensis, Betuniæ, & Teneramondæ Dominus, Notum facio tam præsentibus quàm futuris, quod omnia quæ habebam in parochia de Calkene, quæ ego tenebam, & quæ à me tenebantur, dedi in feudum domino Ghilberto de Sottenghem, liberè, cum omnibus justiciis majoribus, & minoribus: excepto manso de Raveschoot, sicut est modò clausum, exceptis etiam quindecim bonariis Wastinæ. Et sciendum quòd homagia quæ ego in dicta villa habebam, mihi remanent. Et si homines mei ibidem manentes,

manentes, exercitus meos, vel equitaturas non fecerint, sicut debent vel ad placita mea non venerint; ego pro fore facto tali, sicut Homines mei judicaverunt, potero pendeare super feodum, quod mei Homines tenent de me: & nullam aliam Justiciam majorem, vel minorem in dicta villa habebo. Dedi etjam dicto Ghilberto similiter in feodum, omnia quæ habebam in parochia de Laerne, & quæ ego tenebam, & quæ à me tenebantur: excepto servis, & Hominibus Advocatiæ, quos ego habeo in dicta villa. Bona autem omnia cum allodio, quod dictus Ghilbertus habebat in parochia de Masseme, & quod habebit in posterum, recepit ipse à me in feodum. Et sciendum quod dictam donationem ei feci, pro mille libris, quas ei debebam de maritagio Machtildis sororis meæ, quam ipse habet in uxorem. Et quia ego Michaël Flandriæ Constabularius, & ego Walterus de Ghistelle, de assensu domini Roberti de Betune, & domini Ghilberti de Sottenghem, prædictæ rei fuimus ordinatores, ad ipsorum petitiones, & prædictorum testimonium, sigilla nostra præsenti scripto duximus apponenda. Actum anno millesimo, ducentesimo, vigesimo octavo, mense Martii.

Prædicta hæc tria Dominia longo tempore simul possessa, indicio est fragmentum illud codicis Feudalis, cujus antè memini: ubi anno CIↃ CCC LXV idem memoratur Dominus *Masminiæ, Lacrnæ, & Calkenæ*. Erat autem is *Gerardus Gerardi Raßenghemii*, & *Elisabethæ Maldeghemiæ* filius, *Ghilberti* nepos, & prædictorum, *Ghilberti* & *Machtildis* pronepos. De quibus omnibus diplomatum expertes difficilius judicabunt, quòd *Ghilbertus* hic *Sottenghemium* cognomen gessit; hujus liberi *Raßenghemium*; nepotes autem nunc *Raßenghemii* dicti, nunc *Masminii*: quod nomen posteri *Masminiæ, Lacrnæ, Calkenæ, Vytbergæ*, & *Ouermeeræ* Domini assumpserunt. Unde in Genealogiis sæpe difficultas: nihil enim tam obvium, quàm à loci alicujus Dominio cognomen usurpari. *Ghilbertum* autem eadem gessisse insignia, quæ nunc genti *Masminiæ* tribuuntur, variis locis, & sæpius adverti. Habuit *Gerardus*, quem dixi, uxorem *Catharinam Maldeghemiam*, Philippi & Mariæ de Grimbergis Moescæ dominæ filiam; Gerardi de Grimbergis & Clarissæ Mirabellæ neptem; & ex ea liberos Walravium Masminiæ ac Berleghemi Dominum (unde natus Robertus aurei Velleris eques) & Claram Masminiam, quę primùm Sigero Cottracensi, Mellæ & Herseauci Domino; dein Philippo Erpæ comarcho nupta est, &

Ioannem, qui *Calkenæ* dominium paternâ hereditate accepit (idem

128 *Masminiæ Calkenæ Lacrnæ ad quid temporis jungatur.*

129 *Difficultas in genealogia gentis Masminiæ detecta & soluta.*

130 *Masminiæ gentis Calkenæ dominus.*

Vide supra lib. I. cap. 6. num. 74. 75. 76

Ibidem. Archiv. Sevivec.

Vide lib. I. c. 6 num. 74.

Annal. Hardenb.

(idem de *Laerne* suspicor) & insuper *Vythergam*, & *Overmeeram* possedit. Uxorem habuit *Margaretam Oudenhoviam* (quam postea duxit Guido Ghistellanus) unde nati, Daniel, Ludovicus, Joannes, & Ghiselbertus Masminii: quorum hic Holbecæ fuit dominus Joannes Laernæus. Colleo. G. Lardi.

Daniel verò *Calkenam* adiit. Hic ex *Margareta Ghistellana* (cujus adhuc insigne mausoleum in crypta D. Bavonis Gandavi visitur) sustulit Joannem, Gerardum, Danielem Ludovicum, Philippum, & Elisabetham: ex quibus.

Joannes Masminius patri in hanc ditionem successit: qui ex *Adriana de Cabelliau* filiam reliquit.

131 *Villanæ fuer Gandensis familiæ Domus.*

Antoninam, Calkenæ dominam; quæ nupta *Martino Villano* Gandavo, Adriani filio, Rassenghemi & arcis S. Joannis toparchæ, ad filium. Lib Feudalis.

Adrianum Calkenam transmisit, & is ad posteros: paruitque jamdiu feliciter heroibus gentis *Villanæ*: in qua nunc eo dominatu potitur

132 *Præsens dominus.*

Jacobo Philippus Villani à Gandavo, nobilitate, virtute doctrinâ illustris, Jsenghemi Comes, Rassenghemi Baro, Arcis Sancti Joannis liber toparcha, Masminiæ, Wetteræ, *&c.* Dominus; Collator hereditarius beneficiorum & officiorum Assenedæ, & Territorii Assenedani; Philippo III. Hispaniarum Indiarumque Regi potentissimo à consiliis Status Belgici; ALBERTI & ISABELLÆ sereniss. Belgicæ Principum primus Oeconomus; Dux unius turmæ equitum cataphractorum. Archiv. familiæ.

133 *Uxores ejus & liberi.*

Hic prioribus nuptiis uxorem duxit *Odiliam de Claerhaut* (quæ familia à *Gandaviis* oriunda) filiam Jacobi, Baronis Maldeghemi, Coolscamp, Uytkercke, Guyscæ, *&c.* & Annæ de Merode (quæ patrem habuit Richardum, Baronem de Frentzen, matrem Franciscam de Bochout, sororem Mariæ, à quâ ad Nassovios Boularæ Baronatus devenit) ex qua sustulit Philippo Lamoralium Comitatus Alostensis Præfectum, qui nuper uxorem duxit filiam Philippi de Merode, Baronis de Frentzen, sereniss. Archiducum Oeconomi, Franciscum, Maxæmylianum, Adriano Lamorallum (à quo partu paucis post diebus oppetiit) Mariam, Jacobam, & Annam, Canonicas, illas Malbodii, hanc Montibus Hannoniæ. Mortuâ autem *Odiliâ* alteris nuptiis junctus est *Elisabethæ à Bergis* (quæ familia à Ducibus Brabantiæ originem trahit) Ferrici Baronis Grimbergani filiæ, sorori Jacobi à Bergis præsentis Grimbergæ Baronis, & illustrissimi Gulielmi à Bergis, Præsulis nu-

lis nuper Antverpiensis, & dein Principis & Archiepiscopi Cameracensis, Comitis Cameracęsii: quo conjugio nati Gulielmus, Jacobus, & Albertina.

Enimverò libet hìc paullò liberiùs per hanc gentem vagari, cùm quòd totiùs nostræ ditionis est nobilissima (ducit enim originem ex antiquâ stirpe *Biling*, è qua familia prisci Saxoniæ Reges; cui provinciæ etiam primos duces peperit) tum insuper, quòd *Teneræmondæ* Dynastis, eorumque posteris, non semel sanguine juncta est: quos ipsos ex *Gandaviâ* hac stirpe propagatos, non immeritò suspicamur, quòd eam ceteræ *Flandriæ Imperiali*, Castello Gandensi, Comitatui Alostano, Wasiæ, quatuor Ambactis, & ditioni Bornehemiæ præfuisse constet; quibus omnibus *Teneræmondam* nostra *ditio* cingitur. Dabo itaque continuâ serie, nostri *Comitis* præsentis *Calkenæ* domini majores, ex familiæ archivis depromptos; (quodad illustrationem Historiæ faciet) & in iis *Castellanos Gandenses*, quos ipse variis archivis, ex compertæ fidei diplomatibus erui: & supra hos *Comites arcis Ottonianæ*; à quibus *Gandavium* nomen ad posteros derivatum. Quumque etiam *Alostenses* dicti sint; *Aloštanos Comites* hujus stirpis subjungam; & novâ viâ docebo, Flandriæ Principes non injusto titulo (quod unâ voce scriptores volunt) eum Comitatum occupasse: atque alia quædam, quæ ad illustrationem nobilissimæ *Villanæ*, sive *Gandavia* gentis faciunt: quæ perstringemus potiùs, quàm justâ operâ dabimus; donec aliàs velis remissque ejusdem familiæ Antiquitates & ornamenta persequemur.

134 *De gente Villana sive Gandensi eaque antiquissima.*

Variæ tabulæ. 135 *Ejus origo & priscum nomen.*

136 *Antiquum Imperium.*

137 *De ea gente quæ hic deducitur.*

Diversa rerum Brabantic. lib. 10.

Archiv. familiæ. Patrem habuit *Iacobo-Philippus Villani de Gandavo Maximylianum*, Iscenghemi Comitem, Baronem Rassenghemi, Arcis Sancti Joannis liberum toparcham, Calkenæ, Masminiæ, Wetteræ, *&c.* Dominum; Collatorem hereditarium officiorum & beneficiorum Assenedæ, & Territorii Assenedani. Natus hic est Gandavi anno CIↃ IↃ XXX; mortuus Tornaci, anno CIↃ IↃ LXXXIII. Fratrem habuit majorem natu Adolphum, magnæ spei adolescentem; cui fortè aperta vena pedis, inter festas nobilissimi cætus quas ductabat choreas, funesto toti familiæ casu mortem acceleravit; ætatis anno XVIII, à Christo nato CIↃ IↃ XLVII. Absque hoc fuisset, decreverat *Maximylianus* ad normam Domini Francisci vitam transigere; sed aditâ fratris hereditate, institutum mutavit. Itaque anno CIↃ IↃ LIV

138 *Præsentis Calcenæ domini parentes, majores, & aliqua in ipsi singularia.*

inter nobiles palatinos Mariæ Hungariæ Reginæ, sororis Caroli V. quæ per ea tempora Belgicam administrabat, adscriptus est. Postea Philippum Hispaniarum Principem secutus,

139 *Ifenghem Comitis titulandis.*

cui per omnem vitam gratissimus fuit (adeò ut Comitis titulo cum ornaverit) varia ab eo munia & militiæ & domi accepit. Inter cetera Alostano Comitatui præfectus est an. CIↃ IↃ LXI, & triennio post Insulis, Duaco, & Orchiaco: utrobique datus successor illustri viro Ioanni de Montmorency, Courrieræ domino, equiti aurei velleris. Anno CIↃ IↃ LXVII factus est quartus Mandatarius Magistratibus per Flandriam novandis. anno CIↃ IↃ LXX tertius, decennio post secundus; mortuo Carolo Berlomontio equite aurei velleris. Arteſiæ Comitatui anno LXXIV & aliquot sequentibus præfuit. Anno LXXVI Consiliarius Regius factus est, & Ærarii Belgici Præfectus primarius. His itaque atque aliis Magistratibus magnâ cum laude administratis, multa insuper & Gandavi, & Bruxellis à perduellibus pro Principe passus, tandem naturæ satisfaciens summum sui desiderium Principi, Patriæ, familiæ, omnibus denique bonis reliquit. Uxorem habuit Philippam de Gominyes, dictam de

140 *Philippa de Gominys à Teneramonde Domina origo.*

Jauçe & Maslaing, Masminiæ, Oordeghemi, *&c.* heredem: quæ ipsa ex Teneræmondanâ gente originem ducit. Habuit enim patrem Gabrielê Mastainæ dominum, avum Andream, aviam Margaretam, filiam Roberti Masminii equitis aurei velleris, cui pater Walravius, qui genus refert ad *Ghisbertum Sottenghemium Machtildis Betuniæ* prædictæ maritum; quæ soror fuit *Roberti* Betuniæ, & Teneræmondæ domini, filia *Machtildis Teneræmondanæ* & *Gulielmi Betunii* Advocati Atrebatensis, Betuniæ Domini. Matrem habuit dicta *Philippa* Catharinam de Lannoy, filiam Molenbasiæ domini, equitis aurei velleris; cujus soror fuit avia materna hujus Ducis Arschotani: nupta enim erat Joanni de Halowyn, Cominii domino; cujus ex eo filiam uxorem habuit Dux Arschotanus, nuper in Italia defunctus.

Vide lib. 1. cap. 6. num. 71. 74. 88. & supr. in. 129. De his vide lib. 1 cap. 6. num. 40.

Maxæmyliano parens fuit *Adrianus Villani de Gandavo* Isenghemi dominus, Baro Rassenghemi, Calkenæ toparcha, collator hereditarius, *&c.* cui uxor, *Margareta de Stavele*, filia Joannis de Stavele, Isenghemi, Glaionæ. Esterræ, Haveskercæ domini, Amita Philippi de Stavele, Glaionæ domini, equitis aurei velleris: qui sub Carolo V. militiâ clarus fuit. Posthumus hic *Adrianus* erat, & in ipso ætatis flore extinctus est. In adolescentia Maxæmyliano Cæsari bello Gallico in Italia meruit:

dein-

dein Adolpho, Philippi Burgundiæ Ducis notho, Beveræ, Veræ, & Vlissingæ domino, Archithalasso vicarius fuit.

Filius erat *Adriani*, Rassenghemi Baronis, Arcis S. Joannis liberi toparchæ, *Calkenæ* domini, Collatoris, *&c.* Uxorem habuit *Mariam Cortracensem*, Joannis filiam, quæ marito in dotem attulit ditiones Lomme, Hem, Obeaux, *&c.* Hic fuit Maxæmyliano Cæsari à consiliis & cubiculo; à quo an. CIↃ CCCC LXXX præfectus est centum quinquaginta millibus armatorum, ad reprimēdam vim Galli, de cujus irruptione passim erat rumor. Idem anno LXXXII nuncupatus est primus Mandatarius, novatione Magistratuum Flandriæ. Mortuâ dein Mariâ Burgundicâ, cùm de provinciarum & pupilli Principis administratione ageretur, ea suasu Concilii, Principis defunctæ consanguineis Archiducis assensu delata est; inter quos ab Alberto Crātzio numerantur *Philippus de Raveſtein, Philippus de Bevere, de Gruythuyſe, & de Raſſenghem Barones*: cujus consilii cùm brevi Archiducem pœniteret (videbat enim hac ratione se in ordinem cogi) Conventu Teneræmondæ indicto (ut suprà memini) hi proceres cum Flandriæ ordinibus causas attulēre, ob quas filii Principis tutelam Archiducem gerere non liceret: offerentes stare juri in Curiâ Parisiensi, aut coram ipso Rege (qui supremus Flandriæ Dominus eâ tempestate erat) de controversiâ disceptare. Quem hæc res eventum habuerit suprà dixi. Tandem à sicariis è medio sublatus est, Philippi Clivensis Raveſtanæ domini imperio, qui capitalis erat Archiduci hostis. Caussam dicit de la Marche, quòd *Raſſenghemius*, qui ejus arcana norat, Archiducis tueri partes decrevisset. In illis arcanis erat, Tutorio prætextu Principem hereditate excludere, sibi ditiones usurpare: quod ubi moliri Raveſtanum Rassenghemius videret, neque ab instituto posse avelli; Principi suam fidem probare maluit, quàm in sceleris, & præmiorum partem venire. Alteram caussam Crantzius addit: quod Flandriæ ordinum Legatos ex Gallia reduces Rassenghemius Archiducis jussu detinuerit. De hujus cædis expiatione, etiam Archiduci cura fuit, (ut in legibus Pacis cum Raveſtano expressa mentio) cui tandem satis factum certis conditionibus, annuentibus defuncti consanguineis, inter quos *Inghelbertus de Naſſau Comes, dominus de Breda, Ioannes dominus de Bergis ad Zomam, Ioannes dominus de Cruninghen, & Pamele, Iacobus ab Halle vino dominus de Swveghem & Merchem, Philippus Villain, Nicolaus à Romerwalle dominus de Lodijck, Adrianus Villain dominus Lickercana,*

141 *Adriani Villani de Gandavo singulare hujus nostri.*

142 *Et alterum.*

143 *Ejus cædes & expiatio. cædis causſa nova.*

144 *Et altera.*

145 *Ea expiata.*

Tabulæ Cæsaris in Archiv. famil.

Albert Crantzius in Saxonia, ibidem.

Lib 1, c 7.

Ibidem. Oliv. de la Marche lib 2, cap. 14.

In Saxonia.

Pontus Heuterus Rerum belgic lib. 4.

Tabulæ in archiv familia.

Daniel de Praet dictus de Moerkercke, Iudocus à Ghistella dominus vander Moure, Georgius & Nicolaus vander Moure, Adrianus à Ravenschoot, Leominus, & Ogerius à Maßima, Iudocus à Saemslacht, Gerardus ab Angherellis, Carolus à Ghistella. Eâ de re tabulæ super sunt, datæ anno CIↃ CCCC XCII, XXI. Martii.

Patrem habuit Adrianus *Martinum Villani de Gandavo*, Rassenghemi Baronem, *&c.* A consiliis Philippi Burgundi anno CIↃ CCCC LI. Idem fuit Baserodæ in hac nostra di-
146 *Tamisiæ à quo ema vendita.* tione Dominus, & Advocatus Tamisiæ: quam, cum arce dicta *de Ercke*, Solymas cum decem famulis profectus, per fratrem Colardum vendidit Abbati Divi Petri juxta Gandavum, anno CIↃ CCCC LVIII pretio quatuor millium scuratorum. In hoc itinere dum redux Cyprum visit, in Ordinem
147 Mart. Villani de Gandavo *Cyprius eques.* Regalem *Spathæ*, à Carlota Hierusalem, Cypri, & Armeniæ
148 *Qui Gandēsium primus Calkenæ dominus.* regina, allegitur: ut liquet tabulis anni CIↃ CCCC LIX XXIII Iulii. Uxorem habuit *Antoninam Maximiam*, Joannis Calkenæ domini filiam, & exasse heredem: quam ab ipsis usque Teneræmondæ Dynastis continuâ majorum serie, Calkenæ Dominium accepisse & ex dictis liquet, & ad majorem lucem
149 *Antonina Maximia quomodo ex Teneramonda dominis oriunda.* hîc non gravabor repetere. Patrem habuit *Ioannem*; Avum *Danielem*, Proavum *Ioannem*, qui filius fuit *Gerardi*, *Gerardi* item nepos, *Ghilberti* pronepos; cui pater *Ghilbertus*, mater *Machtildis* filia *Machtildis* Teneræmondæ Dominæ, soror *Roberti*, prima *Calkenæ* domina, ut donationis diploma docet.

Martinus *Adriano* natus est: qui Baro fuit Rassenghemi, Liedekercæ, Lensii, Vicecomes Lombecæ, liber dominus Arcis Sancti Joannis, Collator hereditarius, *&c.* Philippo Burgundo à cubiculis, Flandriæ Archiprætor, & anno CIↃ CCCC XXXV nostræ urbis, & Dominii Teneræmondensis Gubernator. Maritus erat *Iodocæ de Moerkercke*, dictæ *de Praet*, Colardi Merckemi toparchæ filiæ. Fratrem habuit Adrianus
150 *Gudula Villanæ posteri.* Joannem, Huyssæ, Borcht, Zwyndrechti, *&c.* Dominum: qui filias habuit, Gudulam, ex quâ orti Montmorenciaci Barones Nevelæ, Comites Hornani, Sancti Aldegondis, Lalani,
151 *Item Margaritæ.* Hoochstratani, Mansfeldii; & Margaretam, ex quâ stirpem ducunt Cruningani in Zelandia vice-comites, atque alii.

Prædicti Adrianus, & Joannes filii fuêre *Ioannis Villani de Gandavo*, qui Baronem se Bornehemi inscripsit, arcis Sancti Joannis liberum toparcham, Advocatum Tamisiæ, Huyssæ,

Analect. Hist. duiui. Archiv. Blandin. tabul. anni 1459.

Archiv. Tamisiæ.

Vide supra num. 131 & lib. 1. cap. 6. p. 75. & 68.

Supra n. 117.

Meyer. ad annum 1471.

Archiv. Tamisiæ.

Burch-

Burchti, Lilloæ dominum; Collatorem hereditarium beneficiorum, & Officiorum Assenedæ, & Territorii Assenedani. Uxorem habuit *Margaretam à Gavera Arnoldi* Liedekercæ domini, Baronis Rassenghemi, vice-Comitis Lombecæ (qui etiam à *Machtildi Teneræmondana* & *Ghilberto* oriundus) filiam, ex Margareta à Bergis, nobilissimæ in Brabantia stirpis. Fuit *Ioannis* inter præstantissimos ductores, prœlio Vimiacensi contra Gallos, anno CIↃ CCCC XXI de eo hæc Meyerus: *Hâc pugnâ & omnes quidem qui cum duce permanserunt rem fortissimè gerebant; sed præcipuè commendatur virtus, & robur Ioannis Villani, qui genere Flandrus, equestri eo die donatus dignitate, nobili & antiquâ prognatus prosapiâ, longâ staturâ, vasto & valido corpore, forti insidens equo, maximam securim duabus ferebat manibus: primóque congressu, ubi maxima erat pressura, relicto freno sui, tantis ictibus hostes aggressus est, ut quosi umque attingere posset in terram examines daret. Cum ad Potonem Trallam* (nobilem ea tempestate bellatorem) *terribiliter feriendo perveniret; ille, ut postea fassus est, timore perterritus, furibundos hominis ictus quàm potuit ocyssimè declinavit, ob horrorem tantæ ejus securis.* Hæc ejus fortitudo tam opportuna fuit fugientibus plerisque, ut non immeritò & vitam servasse Principi, & victoriæ auctor dici possit.

Parentes habuit *Ioannem Villani de Gandavo*, liberum toparcham S. Ioannis, Advocatum Tamisiæ, Collatorem Assenedæ, *&c.* & *Margaretam de Bristeste* (quæ familia etiam à Gandaviis oriunda) Roberti Huyssæ domini sororem, & heredem. Erat & hic Joannes vir militaris, magnamque operam præstitit Ludovico Maleano Flandriæ Comiti (cui à consiliis fuit & cubiculo) defensione Teneræmondæ adversus Gandenses; eoque bello finito inter testes conciliationis à Burgundiæ duce adscitus est. Fratrem habuit Rogerium qui filias reliquit duas. Isabellam, ex qua orti Ghistellani, Robacenses, Luxenburgici, Ryckenburgici, Senghini, Barbançonii sive Werchinienses, Trasiniaci, & Croyaci Sempiani; & Jodocam, ex quâ Raveschootani, domini Pamelæ, Ghistellæ, Helmontii, & alii plures.

Filii erant *Ioannis Villani de Gandavo*, Bornehemi Baronis, liberi toparchæ Arcis Sancti Ioannis Advocati Tamisiæ, Collatoris hereditarii Assenedæ, *&c.* Cui conjux ex gente *de Maelsteede*. Hic ille est, qui cum Guidone Flandriæ Comite à Gallis contra datam fidem in carcerem

Per Gerardū de quo 1 1. c. 6. num. 70.

Ad Annum 1401.

152 Ioannis Villani uxor quomodo genitis Teneræmondanæ.

153 De eadem Ioannæ verba Meyeri.

154 In ejus virtute quid maxime mirari.

155 Alterum Ioannis Villani filii.

Meyer anno 1379.

Meyer ad an. 1385.

156 Fratris ejus Rogerii Filiæ.

157 Tertium Ioannis Villani cum Guidone Comite captivitas.

Meyer ad annum 1300.

cerem conjectus est, anno CIↃ CCC. Fratrem habuit Philippum, qui priscorum Scævolarum more, leges domi professus est. Hic Tamisiæ Xenodochium instituit anno CIↃ CCC XXXV. Idem paullò pòst cessit Comiti Flandriæ Crèsciaco arcem Rupelmondanam, quam majores ejus oppignoratam cum Castellani titulo diu tenuerant: quâ de re tabulæ superstant datæ anno CIↃ CCC XXXVII.

Archiv familiæ. 158 *Tamisia Xenodochium unde.* 159 *De Rupelmondana arce antiquitus.* Ibidem.

Patrem habuit *Hectorem Villani de Gandavo*, Baronem Bornehemi, liberum toparcham Arcis S. Ioannis, Collatorem Assenedanum, *&c.* Uxorem habuit *Mariam*, Philippi Gaverani Liedekercæ & Bredæ Domini, filiam. Hujus multa passim exstant fortia bello facinora, & exempla constantis in Principem fidei. Siquidem turbulento illo sub Crescíaco Comite ævo, Gandenses in fide continuit, & Principe à Brugensibus capto & detento, Gandensium (qui ab hujusmodi maculâ semper abhorruêre) cum Namurcæo, & Sigero Cortracensi, pro Principis libertate ductor, suâ potissimum virtute, & bellandi peritiâ, validâ conjuratorum multitudine superatâ, & utrâque Scaldis ac Lisæ ripâ, cum Wasiâ, & quatuor Ambactis recuperatis; hostibus formidinem, fiduciam suis augendo, Comiti libertatem, Flandriæ pacem restituit.

Oudegherste Annal. CCLX. & Meyer. anno 1325. 160 *Hectoris Villani virtus militaris.*

Huic parens fuit *Walterus Villani de Gandavo*, Bornehemi Baro, liber toparcha Arcis Sancti Joannis, Collator Assenedanus, *&c.* Maritus *Adelisæ de Tamisia*, quæ alteris nuptiis juncta est Simoni de Desseldonck, Militi: qui cùm sine prole decederet privignos suos heredes scripsit an. CIↃ CCC IV.

Filius erat *Alexandri Villani de Gandavo*, Baronis Bornehemi, toparchæ Arcis Sancti Joannis, & *Isabellæ Axelanæ*;

Nepos *Villani de Gandavo* (fratris Hugonis Castellani Gandensis, filii item *Hugonis Castellani*) & *Avezoetæ de Maelstede*. Hîc ille *Villanus* est, à quo familiæ *Villanum* cognomen. Cùm enim filius ejus *Alexander*, quem dixi, *Alexandrum* se *dictum Villani*, aut de *Villain* inscribit; filii & nepotes id imitati, *Villanum* nomen ad posteros, tamquam gentile, transmiserunt. At verò ne quis putet aliam hanc *Villanam* gentem esse ab illâ *Gandaviâ*, neque *Villanos* nostros à *Gandaviis* illis priscis Castellanis Gandensibus oriundos; diploma proferam, quo liquebit *Alexandrum* hunc *Villani* esse filium; *Villanum* autem *Hugonis* Castellani Gandensis fratrem. Est autem illud ex archivis Baudelonensibus descriptum, in hæc verba: *Universis*

161 *Familiæ Gandensi unde Villanum nomen.* 162 *Familiæ de Gandavo & Villain affi.*

versis præsentes literas visuris, Hugo Castellanus Gandensis, & dominus de Hosdinio, salutem. Universitati vestræ volumus esse notum quod bonæ memoriæ Balduinus de Inghelosenberghe, miles consulit decimosnam virtutis Abbati & conventui Ecclesiæ B. Mariæ de Bode o, de consensu uxoris suæ, decimam quam idem Balduinus habuit jacentem in parochia S. Joannis de Steene, quam idem Balduinus tenuit ab Adeliza de Overmere; & dictâ Adeliza à domino Villano milite, fratre nostro; & idem Villanus à nobis in feodum: nos verò dictam collationem ratam habentes, concessimus plenariam potestatem dominæ Avezoetæ, relictæ prædicti domini Villani, & Alexandro primogenito ejus, quitandi, & quitum clamandi, ad opus dictæ Ecclesiæ, quandocumque voluerint, omne jus quod ipsi habent in dicta decima, quocumque modo eis competere posset. Nos pro remedio animæ nostræ &c. Actum & datum anno Domini CIↃ CC LXII, *feriâ secundâ post Trinitatem.*

His tabulis appendebat sigillum, & in eo insignia quibus hodie gens *Villana* utitur. Etenim quum ad *Castellanos Gandenses* nunc deventum sit, eos quâ fide addixi, hîc dabo, & qui dem quum multo gratius sit rerum primordia legere, quàm progressus; Originem ejus arcis hîc habe: post hanc ad *Comites*, dein ad *Castellanos* deflectet oratio. De illâ ex Chronico D. Bavonis hæc descripsi. 163 Gandavis Comit. & Villanæ eadem insignia.

Ad annum 961.

Castellum novum quod ad ripas Legiæ in Imperio situm est, non Reges Franciæ, non Comites Flandriæ sed Imperatores Romanorum, in fisco & liberâ possessione S. Bavonis, ad defensionem ipsius Monasterii, & antiqui castri Gandæ, propter divisionem Regni & Imperii statuerunt: quos silicet præfatus Otho, regni Francorum & Imperii Orientalium fines determinavit. De quo censum quinque solidorum S. Bavoni longo tempore Comites Flandriæ solverunt & nunc solvunt. Huic novo Castello, non Castellani; sed Comites præfuerunt: quibus quatuor villæ cum appendiciis suis, Asnethe, Bocholt, Axla, Husta, cum tota Wasia subjectæ fuerunt. Quidam autem prædictorum Comitum Wycmannus exstitit, habens uxorem Luitgardim, filiam Arnulphi magni Comitis Flandriæ. 164 Origo novi castelli Gandensis unde Comites Castellani hujus familiæ & successores habuerint. 165 Castello quæ loca obvenerint.

Fuit autem *Wycmannus* ille, ex illustri *Bilingiorum* stirpe, à priscis Saxoniæ Regibus oriundus, primus *Gandensis* Arcis *Comes*: unde sibi suisque *Gandavium* cognomen peperit. Fratrem habuit minorem natu *Herimannum Biling*, qui dono Ottonis I. Imperatoris, primus inferioris Saxoniæ dux factus est: quocirca *Wycmannus* offensus, quòd fratrem minorem sibi prælatum ægrè ferret, in Cæsarem alieno fuit animo. Postea 166 Qui primus Comes. 167 A quo Gandavis familia. 168 Ejus status.

Vvichbild, gestus Saxonicus.

tamen

tamen illi conciliatus, hujus arcis, quam dixi, præfecturam accepit, & cum ea *Comitis* titulum. Virum potentis familiæ fuisse vel inde liquet, quòd & fratrem habuit Ducem, & ipse uxorem duxit *Lutgardim*, Arnulphi magni Flandriæ Comitis, filiam (cujus vetustissima apud me effigies) & insuper quòd *Machtildis*, ejus ex *Herimanno* fratre neptis, *Balduino* Flandriæ, inde *Godefrido* Arduennæ Comiti, nupta, utrique provinciæ Comites, sed Lotharingiæ duces peperit; habuitq; in dotem castrum *Eenham*, prope Aldenardam, nobile iis temporibus Dominium, quod antiquis *Brachantum*: unde suprà *Brabantiæ* nomen deductum, & ibidem sedem fuisse regni Lotharingici probavimus. Illi *Wÿcmanno* turpem maculam inurit Chronographus Divi Bavonis, ubi ait: *Villam dictam Theſte, quæ nunc Deſſelberghinc dicitur, cum Eccleſiâ, ſylvâ, & omnibus appendentiis, monaſterio Sancti Bavonis vi abſtulit, & monaſterio Sancti Petri, pro remedio animæ conjugis ſuæ tradidit & donavit.* In cujus facti vindictam, velut irato numine, à Misacha cæsum insimulat. An hæc Chronographi narratio vera sit, non ausim asserere: neque enim consentaneum sit, aut verò simile, sub pro Principe, Arnulpho magno, Flandriæ Comite (qui *Wÿcmanni* donationem confirmavit) Bavonensium amico (hujus enim patrocinio anno 10 CCCC XLIX Divi Bavonis Ecclesia per Transmarum Episcopum libertate donata est, & à Lothario privilegiis ornata; & ipse ab eodem Chronographo ejus *Cœnobii Reſtaurator* dicitur) tantam possessionem vni monasterio vi ademptam, alteri in eleemosynam collatam esse. Potuêre tamen Bavonenses aliquid in *Theſtam* habuisse juris, & in clientela Cæsarum possedisse, quod longâ annorum absentiâ amissum (cum ingenti illo incendio, quo anno 10 CCC XIII universis Abbatiæ ædificiis fortuitò consumptis, huc illuc sparsi sunt; tum furore Normannico, quo ad annum 10 CCCC XXXVIII exsularunt) ab *Ottone* in *Comitem novi caſtri* sit translatum. Eam certè Villam diplomate donationis *Wÿcmannus ſui juris villam* vocat: cujus vel ideo hîc seriem darem, ad eluendam in tanto viro sacrilegii & famæ maculam; nisi prolixius esset. Initium autem ita habet:

169 *Vxor.*

170 *Ex fratre neptis ejus nupta.*

171 *Ejusdem.*

172 *Eiusdem Annalium passim.*

Meyer. 3. 6.

Vide lib. 5. & 5. num. 56.

Lib. 1. c. 5. num. 52.

Ad annum 961.

Archiv. Blandiniæ tab. an. 961. Chronic. Baron. ad annum 958.

Ad annum 964.

Ibidem ad annum 811.

Ibidem ad annum 958.

Archiv. Blandiniæ tab. an. 1162.

Ego in Dei nomine Wÿcmannus gratiâ Dei, non meis meritis Comes, flagrans amore cæleſtis hereditatis, cupiens adipiſci particulam beatitudinis cum his qui patrimoniis ſuis Domino legaliter traditis, &c. mei juris villam Theſta dictam, cum Eccleſia, mancipiis, culturis, pratis

pratis, pascuis, sylva, & omni integritate, trado, &c. Id *actum est publicè in monasterio Blandinio Kal. Novembru anno verbi incarnati* 1D CCCC LXII.

ad ann. 3. Quod etiam de morte ejus Chronographus ille scribit, & ex eo Meyerus, refellit in gestis Saxonicis Witichindus: ubi, *Wycmannus*, inquit, *qui se primùm alienavit à Rege* (Ottone) *audiens tantum facinus seditiosorum, conversus pacem fecit cum Rege, quia prudentissimus erat: & utilis ac fidelis in finem permansit.* Apud eumdem hoc exstat viri elogium: *Wycmannus vir potens, & fortis, magnanimus, belli gnarus, & tanta scientiæ, ut à subjectis supra hominem plura nosse prædicaretur.* Liberos reliquit ex *Lutgarde* Flandrensi Theodoricum de Gandavo, & Wycmannum: qui ad Patris distinctionem dictus *Junior.* Utriusque Witichindus meminit, ubi, *Procurante* (inquit) *Saxoniam Herimanno duce, Theodoricus junior, & Wycmannus, nepotes ejus, Saxoniæ exercitui præfuêre.* Illorum hic in Saxonia degens, cùm ad Gallos defecisset, in acie cæsus est. itaque in hunc quadrat, quod ex nominis similitudine patri ejus Wycmano Chronographus ille & Meyerus imputant: hujus verò frater *Theodoricus* post Patrem Comitatum novi castri accepit, & Conjugem *Hildegardim*, filiam Theodorici Comitis Hollandiæ. Illius inter testes diplomatis paterni memoria: hujus etiam & in Blandinio, & apud Meyerum; ubi cum marito dat *monasterio Blandiniensi Clesham, in pago Flandrensi anno* 1D CCCC LXXVII.

ad ann. 1071. Filium reliquit *Arnulphum*: cui *Gandavium* cognomen Sigebertus tribuit; eumque *à Frisonibus interemptum* refert. Id accidisse dum Staveram ab illis repetit, avitam urbem (cui adhuc Gandaviæ gentis insignia) familiæ archiva habent. Ibidem illi uxor datur *Lietgarda* quod etiam Blādinii archiva adstruūt, *donatione Ecclesia in villa Materne anno* 1D CCCC XCVIII. Liberos habuisse Theodoricū, & Adalbertum de Gandavo ex eodem diplomate constat: ubi sunt *signa Theodorici & Adalberti filiorum Arnulphi Comitis.* Hic locus tenebras offudit Petro Oudegherste, Annalium capite XXXI, ubi aliis prælucere nititur, ratus hunc *Arnulphum Comitem*, illum esse, qui inter Flandriæ Comites quinto loco numeratur, filium Balduini tertii, Arnulphi magni nepotem.

Theodoricus de Gandavo in Comitatu Patrem excepit: quem etiam ulcisci conatus est; sed frustra. Utrumq; Sigebertus notavit. *In Frisonia*, inquit, *Deodorico Comite, filio Arnulphi Gandavensis, debellante Frisones, in vindictam patris sui ab eis occisi, Godefri-*

173 (Chronographi Bavarensis & Meyeri ann. 1071.)

174 ejusdem elogium.

175 & liberi.

176 Illius erroris causa.

177 II. Comes.

178 III. Comes.

179 (Und Albert.)

180 IV. Comes.

dus dux ad eum ab Imperatore mittitur, & conserto prælio, repentè voce nescitur unde emissâ, fugite, fugite, cunctis fugientibus, multi à paucis Fresonibus perimuntur, dux verò capitur. Obiter hîc etiam annoto, ubi prædicto Sigeberti loco habetur : *Godefridus Dux ad eum d. bellandum*, vocem *cum* sententiam invertere. missus enim erat non ad Theodoricum cõsanguineum suũ debellandum (erat enim *Herimanni* qui superioris *Wykmanni* frater, ex filia *Mechtildi* nepos) *sed ad eos Fresones* debellandos. Id ex mente I. de Guysâ Hannoniæ Chronographi, ubi hic sensus: *Theodorico Comiti filio Arnulphi Gandavensis, contra Frisones bellanti, in ultionem* Patris ab eis occisi, dux Godefridus à Cæsare subsidio missus, ad eos domandos. Hic *Theodoricum* uxorem duxit filiam Comitis Teysterbantiæ.

181 (In Sigeberto error.)

Fratri successit *Adalbertus* Comes; quantum ex familiæ archivis video, ubi insuper lego, *Hermengardim* illi fuisse conjugem, filiam Comitis Lovanien sis. Filios habuit Rengotum Comitem Alostensem, & Lambertum.

182 V. Comes.

Ex his *Lambertus* novo castro præfuit. Huic Comitis titulum dant, Bavonensis ille Chronographus, & Sigebertus. Idem est qui postmodum primus Castellanus. Per ea tempora, inter Henricum Cæsarem, & Balduinum Insulensem Flandriæ Comitem, acre bellum erat. In eo occupatum à Flandro præter *novum Castrum Gandense*: quod *diu* ab *Imperatoribus occupatum*, inquit Meyerus (tempore Balduini Barbati à Cæsare captum, Oudegherste tradit) quod si verum est, ut nihil vetat; alios ibi Cæsarem Præfectos habuisse oportet quàm Comites illos, quos dixi; hos enim pacatos eâ tempestate fuisse, & Flandro consanguineo suo amicos, ex donationibus eorum, & tabulis, quibus Flandriæ Comites subscripsêre, non est obscurum. Itaque hâc ratione factum credere licet, quod *Lambertus Adalberti* filius, omnem operam adhibuerit ad arcem illam & majorũ dignitatem recuperandam. quod de eo Meyerus refert, & Oudegherste, & Chronographus D. Bavonis in hæc verba:

183 VI. Comes.

184 Flandri cum Cæsare bellum.

ad annum 1054.

Meyer ad an. 1046.

Annal. c. 19. & Dorus Rerum Brabanticar. lib. 6.

Ad annum 1046. Annal. c. 19. ad annũ 1056.

185 Novum Castr. Cæsari quomodo eripitur.

Prædictum Castellum, de potestate Imperiali in manus Comitum postea redactum est. Nam Comes Flandriæ Arnulphus magnus Imperialia vastare, & Castellum capere militibus suis commiserat: qui per densissimam sylvam, irruptione ipsum Castellum, cæso labore fatigabant. Cumq; in vanum laborarent, Comes coacto in unum exercitu, in loco qui Herehem tunc vocabatur, ubi nec dum habitatio erat hominum, erectis lodiis, fixisq; tentoriis, longo tempore obsedit Castellum. In sancto autem Sabbatho Paschæ, petente exercitu discessum, &

id

ad sua reditum, monuit Comes ut priùs contra opidanos non segnem facerent impetum. Quo facto, opidani consciſſo in particulas dimidio bacone (quem ſolum, nec quidquam amplius in cibo habebant) fadabant ſcuta pugnantium. Quæ res exanimavit Comitem; eò quòd eos abundare cibariis, nec capi poſſe niſi per famem, exiſtimaret. Itaque incenſis lodiis deſcenderunt. Quidam Lambertus aliis feſtinantibus, ſe ſubtrahens, ſæpiuſq; reſpiciens, vidit de ſuburbio Caſtelli, mulierculam cum vaſe hauritorio ad Legiam deſcendere, concitato equore verti volentem prædam rapuit, diligenter quid ageretur in opido ſciſcitatus. cumque per territa diu haereret; promiſſo ei tandem pretio, confeſſa eſt, nec unius diei cibum eis ſuperfuiſſe. Munerata mox muliere, Comitem ſubſequitur: adjunctiſq; ſibi fautoribus, poſtulat Comitem, quod nec habuit, nec fortè habiturus erat. Conclamantibus aliis, id facilè & ſine damno poſſe dari, quod nec haberetur, nec haberi poſſet; aſſenſum præbuit Comes. Igitur Lambertus Caſtellum nondum Captum, ſibi & poſteris hereditario jure, ſub hac conditione poſtulavit: quatenus Caſtelli ſuo labore acquiſiti Comes eſſet Comes, & dominus; ipſe verò Procurator, & Caſtellanus. Ordinatâ igitur lege, & quæ deinceps inter eos tenenda eſſet Iuſticiâ, Caſtellum necdum habitum Comes tribuit, Lambertus ſuſcepit. Hæc Caſtellania per totam Flandriam ſola tum erat hereditaria. Lambertus petitis & acceptis quibuſdam militibus, tubiſq; quaſi ad pugnam interciſo ſonitu clangentibus, revertitur: lodias inſtaurat; armat milites in pugnam; inſultationes magnificat; ſuis geſtibus Comitem reduſſe & adeſſe inſimulat. Opidani autem fame capti, nec ullum ſperantes ſubſidium, maximè timore Comitis, quem reverſum arbitrabãtur, perterriti, acceptâ pace & libertate egrediendi, Caſtellum reddiderunt. Quo etiam ipſe poſtmodum Henricus Cæſar ceſſit, legibus pacis anni CIↃ LVII.

186 *Caſtellanorum origo & eorum quis primus.*

187 *de eodē caſtro Cæſaris extat.*

Meyer. ad an. 1057.

Hæc ad illius Chronographi mentem origo *Caſtellanorum Gandenſium*: ita enim ſe poſteri inſcripsêre, ad Hugonem Sottêghemium uſque; qui *Burgh-gravium*, id eſt burgi Comitem, ſe appellavit. donec *vicecomitis* nomen poſteri adſumpſerunt raro Caſtellani titulo utentes. Quomodo autem *Comitis* nomẽ omiſſum ſit, non omnino conſtat: ſive illud ex pacto fuerit ante deditionem, cujus Chronographus meminit, ſive poſt Pacẽ cũ Cæſare: quando ea Arx conceſſit in poteſtatem Comitis Flandriæ, incertum; etſi veriſimile. De tempore autem illius obſidionis, & deditionis ab hoc Scriptore in diverſum abit Meyerus; dicit enim ſub *Balduino Pio*, ſive *Inſulenſi*, eveniſſe, *anno* CIↃ XLVI (cui accinit Iacobus Marchantius) quod noſter ille Chronographus *Arnulpho magno* tribuit, *anno* IↃ CCCC XXXVI: quæ nar-

Varia diplom. Archiv. Blandiniſ. eo ad annum 13, uſus eſt.

188 *Comitis nomẽ ſæpe omiſſum.*

ad annũ 1046 Cõment. li. 2. vitæ Balduini & li. 4 bello Germanico & Oudegherſio Annal. ca. 18.

189 *(Chronographi Bavinenſis error)*

ratio toto sæculo distat. Sed pro Meyero verum stare, primum inde suspicatus sum: quòd non temere fuerit discessurus ab illius Chronographi auctoritate, à quo multis locis adjutum, passim ejus Annales loquuntur. Dein etjam rationes quærenti, hæc occurrerunt: primò, quod novum illud castrum structum demum est ab Ottone, anno 10 cccc XLIX: Itaque non potuit à Lamberto, sub Arnulpho magno, anno 10 CCCC XXXVI, superari. Dein quod Bavonensis ipse Chronographus scribit: *huic novo Castello non Castellanos primò: sed Comites præfuisse, & ex iis fuisse quemdam nomine Wycmannum:* quem paullò pòst ad annum 10 cccc LXVII vixisse dicit. Nunc quod ad *Lambertum* illum attinet, virum fuisse è primatibus ejus ævi certis notis ex Chronographi narratione liquet. Nam & familiarem Flandriæ Comiti fuisse oportet; & amicos apud Comitem summates habuisse. Belli insuper gnarum, magnæq; auctoritatis hæc ostendunt: quòd & exercitum ad obsidionem reduxit. & rebus gerendis cum Imperio præfuit.

Meyer ad annū 965 Marchant. lib. 4. an. 948 & ipse Chronogr. Eccon Ottoni tribuit. vide supra num. 164.

190 *in Chronographi Meyeri de Lambarto Castellano annotatio.*

Quæ omnia nostro illi, Adalberti filio conveniunt: quem eo faciliùs impetrasse quod voluit putare æquum est; quòd Flandriæ Comiti sanguine junctis erat, conjugiis *Lutgardis* Flandrēsis cum *Wycmanno* Herimanni fratre, Adalberti Proavo; & *Machtildis* Saxonicæ *Herimanni* filiæ, cum *Balduino* Flandriæ Comite, Arnulphi filio. Cæsus tandem est, ab Henrico tertio Cæsare, circa Tornacum; ubi Flandrorum ductor illum à nostris limitibus arcere nitebatur: quod anno CIↃ LIII evenisse ex Meyero videtur; Chronographus tamen Bavonensis, & cum eo Sigebertus, in annum CIↃ LIV ejus mortem refert: eumq; uterque *Comitem* vocat (quo titulo ante dictam Conventionem, aut leges Pacis, usum credibile) *& Balduini Comitis Satellitem.*

Oudegherste Annal. c. 40.

191 *ejusdem mors.*

ad annū 1053.

Inter *Lamberti* successores multi vulgò referuntur, quos in Schaldis Harduinianis vidi, quas is se nactum profitetur apud V. N. Franciscum Rym, Hundelghemi dominum; & aliis item eâdem serie, quas mecum V. N. Lancilotus van Royen, Ghyseghemi dominus, communicavit: quorum plerosq; numquam Castellanos fuisse; aliquos etjam numquam natos, variè comperi. Quos autem in probæ notæ tabulis deprehendi, hîc dabo.

192 *Dubii, qui vulgò inter Lamberti successores, indicantur.*

193 *Vera series Castellanorum Gandinsium ex diplomatibus.* Castellanus II

Lamberto filii fuêre *Rengotus Folcardus*, & *Alardus*. Illorum uterque in archivis familiæ *Castellanus Gandensis* dicitur. De *Folcardo* nullum mihi dubium. hujus enim ad annum CIↃ LVIII. Chronicon D. Bavonis meminit: ubi dicitur, *novi Castelli in por-*

tu

in Castellanus. Idem anno CIↃ LXXII in Archivis Blandinienſibus inter teſtes legitur tabularum Roberti Comitis, *in confirmatione bonorum Eccleſiæ*. & rurſum anno ſequente teſtis fuit tranſlationis reliquiarum D. Pharaildis : quod ſcio ex tabulis quas mihi recitavit Clariſſ. V. Leo de Meyere ad D. Pharaïldis Præpoſitus Gandenſis. De *Rengoto* autem nihil ego certi inveni; niſi quod legerim, *in tabulis Roberti Comitis Flandriæ apud Troncienſes, mentionem fieri Rengoti Caſtellani*; ſed de illis non judico, quas non vidi. alibi Anno CIↃ LXVI *Caſtellanum* fuiſſe memorant: quod mihi vel maximè ſuſpectum; quum *Folcardus* ab anno CIↃ LVIII *Caſtellanus* fuerit ; & eumdem ad annum CIↃ LXXIII *Caſtellanum* manſiſſe conſtet. Hunc autem *Rengotum* illum ipſum fuiſſe exiſtimo, quem ſuprà inter *Teneramonda Dominos* retuli; maritum *Adelaidis*; hâc præſertim ratione: nam neque tempus repugnat ; & illum *Advocatum* fuiſſe *Canobii Gandenſis* validiſſimâ conjecturâ probavi : quam Advocatiam *Gandenſis* fuiſſe familiæ, nemo neget. Unde fortaſſis hic error; ut qui *Advocatus* dictus ſit *Gandenſis*, id eſt Cœnobii Gandæ (ita antiquitus D. Bavonis Cœnobium dicebatur) exiſtimetur fuiſſe *Caſtellanus Gandenſis*.

194 *Lamberti filium Teneramondæ ſuiſſe dominum ejus loci.*

Il. l. c. 6. n. 7.

Ibidem n. 10.

Quod autem ad ea Rengoti inſignia attinet quæ ſuprà dedi, potuêre ea fuiſſe non plena familiæ; ſed ad diſtinctionem aſſumpta, qualia & *Alexandrum Villani de Gandavo*, & alios minores natu gẽtis *Gandaviæ* geſtaſſe, variis ſigillis ipſe vidi. Uxorem habuit *Folcardus Landradam*, quam Balderici Comitis Lovanienſis filiam fuiſſe volunt : ex quâ filium reliquit Lambertum.

Ibidem n. 16.

familiæ archiv.

III

Hic *Lambertus* à morte Patris fuit *Caſtellanus Gandenſis* III. Uxorem habuit filiam dominidæ Rhodes. Filios reliquit Balduinum, Wenemarum, Sigerum, & Arnulphum. quorum primi tres patri ex ordine ſucceſsêre. Ad Arnulphum etiam ea dignitas devenisſet niſi eodem ferè tempore, tẽpeſtate circa D. Audomari periiſſet. Hujus ad annum CIↃ LXXXII Meyerus meminit : qui conjugem illi facit *Mathildem*, filiam Gulielmi Caſtellani Audomarenſis, & Mileſſendæ Arnulphi Pincianenſis filiæ, ex ſtirpe Caroli magni; quam Gulielmus duxerat, anno CIↃ LXXXIV. Hic Arnulphus, ut Annales noſtri habent, Wenemarum Gandẽſem avum habuit, patrem Wenemarum; ſed familiæ archiva Wenemari fratrem faciunt, Lamberti filium.

Ibidem

195 *Arnulpho Gandenſi avus ex Carolo magni ſtirps.*

Meyer. anno 2096.

Lamberto II. ſucceſſit *Balduinus* filius, IV. *Caſtellanus Gandenſis*

IV

densis. Hic anno CIↃ LXXX subscripsit diplomati Folcardi Abbatis, *de Advocatione villæ Harnensis*. Archiv. Blandin.

V Hûc *Wenemarus* frater, V. *Castellanus Gandensis* excepit: quod docent tabulę Eggoberti, Rasonis, & Walauvayni Nonnem, quas cum Gerardo de Sottenghem, Waltero de Duvle, Balduino & Godefrido ejus fratribus, Everardo de Gandi & hujus fratre Balduino, *Wenemarus Castellanus* signavit anno CIↃC XVIII. Hunc ab anno CIↃ C I *Castellanum* fuisse docent tabulæ Manassis Episcopi Cameracensis. Idem *Ecclesiam apud Bornehem* (cujus erat dominus) *fecit libertate donari*: quâ de re diplomatis exemplar vidi; sed sine anno. In archivis familiæ *Lutgardis* illi uxor datur. Decessit sine prole: itaque Ibidem. Archiv. familiæ.

196 quit ecclesiam Bornehemi cum suis libertate donari.

VI Post hunc invenio *Sigerum* VI *Castellanum Gandensem*, fratrem Wenemari, & Balduini. Hic anno CIↃC XX confirmavit diploma Caroli Dani Flandriæ Comitis, *Conventione inter Abbatem Arnulphum & Everardum de Gandavo*. Eodem anno signavit tabulas ejusdem Comitis, *de libertate Cœnobii*: ubi inter testes recensentur, Balduinus Alostensis, Raso de Gavera, & Everardus de Gandavo: & alteras *de libertate Ecclesiæ*, quibus inter alios subscripsêre Balduinus Alostensis, Raso de Gavera, & Gerardus Camerarius. Idem Sigerus legitur cum Gerardo de Sottenghem, alio quodam ejus Garoli diplomate, quod datum anno CIↃ CXXIII. Filium reliquit Wenemarum, & filiam Aliciam, quæ nupta est, Hugoni de Inkers militi. Archiv. Blandin. Ibidem. Ibidem. Ibidem. Ibidem.

VII Sigero successit *Wenemarus* II. *Castellanus Gandensis* VII: qui cum Ywano Alostensi; Daniele de Tenremonde, & Everardo de Gandavo, subscripsit diplomati Theodori Alsatii, anno CIↃ C XXXIII. Et rursum eodem anno legitur altero ejusdem diplomate, cum Ywano Alostensi. Hic idem ille fuisse potuit, aut saltem superior, de quoad annum CIↃ C XXVII Anselmus Abbas: *ibi*, inquit, *Legati Comitis Morinorum* (id est Flandriæ) *Caroli, scilicet Castellanus Gandæ, & Abbas S. Petri ad eum venerunt, nunciantes Dominum suum Comitem* subjectionem ei facturum. Ibidem.

VIII V Venemaro vitâ functo nullâ relictâ sobole, & sorore ejus itidem è vivis sublatâ, *Vivianus* fuit VIII *Castellanus Gandensis*, ut anno CIↃ CLVI legitur diplomate Theodori Alsatii, *de terra de Oudevelde & quadam sylva Mentachs nuncupata, & earum appendentiis cum omni Justicia*, quod *Vivianus Castellanus Gandensis* signavit. Ibidem.

Archiva familiæ. navit. Patrem habuit *Arnulphum*, filium *Lamberti Castellani*; patruos *Balduinum*, *Wenemarum*, *Sigerum*, *Castellanos*; Patruelem *Wenemarum* itidem *Castellanum*: cui ab inteſtato ſucceſſit. Huic *Viviano* tutorem faciunt. Yvvanum de Aloſt: qui eâ ratione *Caſtellanum* ſe *Gandenſem* inſcripſerit; diplomate Theodorici Alſatii, *de decimis Oeſtburgi anno* CIↃ C L. Uxorem *Viviani* lege fu- 197
Ibidem. iſſe filiam Saſſuwali Caſtellani Inſulenſis, qui etjam ex Gente *Gandavia* putatur originem ducere. Creditur enim frater fuiſſe Folcardi, & Rengoti; Lamberti primi Caſtellani filius. Fratrem habuit Aſſchericum qui Theodorici Alſatii diploma anno CIↃ C LVI ſignavit; & Gulielmum, quod alterum ejus Principis diploma docet datum anno CIↃ C XLV. *Caſtellani Inſulenſis ex Gandavia.*

Ibidem. Vivianum excepit filius *Rogerius* IX *Caſtellanus Gandenſis*, IX
Ibidem. *Margaretæ Beverana*, maritus: qui cum Steppone Aloſtenſi legitur in diplomate Theodorici Alſatii, *de indulgentiis theloneorum*, anno CIↃ C LVI. Et rurſum diplomate Philippi Alſatii ſine anno, *de* CCC *menſuris mori inter Calf & Wulf roeck*. Idem ejuſdem diploma ſignavit, *de decimis Oeſtburgi anno* CIↃ C LVIII. Rurſum anno CIↃ C LXXX *de Binnitis S. Petri*. & deniq; anno CIↃ C LXXXV ejuſdem diploma quo declarat *quòd Comes nihil juris habeat de Gandavo in villa S. Petri*. Filios habuit Sigerum, & Stepponem, ut familiæ archiva habent; & inſuper Walterum, & Ghiſelbertum, ut liquet tabulis Philippi Alſatii, anno CIↃ C LXXI, *donatione terrarum à Lanckdamſecus Catelegavere*: ubi dicitur, *filii Rogerii Caſtellani*. Quod per excellentiam de *Caſtellano Gandenſi* intelligendum nemo neget; quàm hæc *Caſtellania* & potiſſima
Chronic. Baven. ad a. nũ 989. vide nu. 172. Vycmani diploma. ſemper fuerit, & ſola principio perpetua: idq; factum, ad imitationem *Comitum novi Caſtri*, qui abſolutè *Comites* ſe inſcripſêre, ſine ullâ adjectione.

Archiva Blandin. Rogerium ſecutus eſt Sigerus II. Caſtellanus Gandenſis X X
Ibidem. ut liquet ex diplomate Balduini Comitis, anno CIↃ C XCVIII, *donatione cujuſdam Sylvæ*. Hunc paullò pòſt Caſtellaniâ ceſſiſſe, & & aulicam vitam monaſticâ mutaſſe, locuples teſtis eſt Balduinus; qui anno CIↃ CCI diplomate quo *Blandinienſibus legat quatuor bonaria terræ memoroſa proſua & uxoris Mariæ ſalute* hunc donationis ſuæ teſtem vocat *Fratrem Sigerum quondam Gandenſem Caſtellanum*. De hoc ita Meyerus: *Conſurrexit & Sigerus Gandenſis, vir admodum locuples, & amplæ cognationis, Arcemq; Gandavenſem contra Civium, ut ferunt, ſuperbiam ab Elſatio Philippo munitam ſibi ſuisq; liberè retinere contendebat*: quam tamen Comitis
ad an. 1191. eo ævo domicilium fuiſſe, ex eodem ſcriptore certum mihi indicium.

198 *Comitis Flandr. dominium Gandavi primi.*

dicium. Etenim indubitatum est hanc Arcem *Gandaviæ* gentis fuisse, ex permutatione cum Arce Saftinganâ, quam pro Ottonis illa mole, *Gerardus Sottenghemius. Mariæ Castellanæ* maritus, postmodum à Roberto Betunio accepit. Uxorem habuit Petronillam de Enghien & Couchy: quam ad annum CIↃ CC XV superstitem fuisse, ex tabulis constat eo anno datis; quarum hoc initium: *In nomine Patris &c. Ego Petronilla uxor quondam nobilis viri Sigeri Castellani Gandensis &c.* Ex hac sustulit Sigerum, Arnulphum, Danielem, Theodoricum, Walterum, & Ægidium. Hic ille Ægidius est, qui *Gandensi* nomine omisso, cognomen de *Claerhaut* assumpsit, atque ita novæ quasi familiæ originem dedit. Filium reliquit Arnoldum, hic Rogerium, Rogerius Ægidium, Ægidius Oliverium, qui pater fuit Rogerii, avus Danielis, proavus Ioannis; qui filium habuit Eulardum, nepotem Adrianum, pronepotem Ioannem; cui filius Gulielmus, qui ex priore conjuge Margareta de Baenst Vormisellæ domini filia, nullâ susceptâ sobole, Ioannam de Halowyn Maldeghemi & Uytkercæ heredem duxit: ex qua natus Iacobus, Pitthemi dominus, Baro Maldeghemi; qui ex Anna de Merode Richardi Baronis de Frentzen filia, filium sustulit Lamorallum de Claerhaut, Baronem Maldeghemi, Pitthemi, Coolscamp, Uytkercæ &c. maritum Franciscæ Dognyes, filiæ domini de Beaurepart: ex qua heredes habet Annam & Odiliam. Præter Lamorallum filiam reliquit Iacobus *Odiliam*, quæ nupta est, ut antè dixi, *Iacobo-Philippo de Gandavo*, Isenghemæ Comiti: cujus liberos suprà dedi.

199 *Arcem Ottonianam Gandavi fuisse Gandavensis, argumentum.*

XI

200 *Comitis Claerhoutani origo.*

Ibidem paulò antè, tab. an. 1300. in archiv. fam. Archiv familiæ & tab. Asligem.

Archiv. familiæ.

Patri Sigerus III. successit Castellanus Gandensis XI: ut docent tabulæ anni CIↃ CC XVI: quibus *Machtildis domina Tenremondæ, & Sigerus Castellanus eligunt arbitros ad finiendam controversiam de tenura Advocatiæ S. Bavonis, quam parentes* id est majores) *eorum tenuerant.* Unde etiam illud liquet, hanc *Machtildim* nostram ex *Gandavia* familia fuisse: an paterno genere, an materno, incertum. de illo suspicor; quòd in *Villanæ* familiæ archivis, *de Hosdinio* nuncupatur: quod Dominium *Gandaviæ* gentis fuisse, plures tabulæ fidem faciunt. Idem Sigerus dat anno CIↃ CC XVIII Overbecanis potestatem struendi pontem. Anno dein CIↃ CC XIX confirmat donationem patris, quoad decimas in Bochout. Idem legitur diplomate Ioannæ Comitissæ anno CIↃ CC XXV: unde & hoc didici, filium habuisse Gerardum. & denique tabulis anni CIↃ CC XXVII largitur Cœnobio D. Bavonis *decimam quæ dicitur Smaltiende in Weveswale.* Hic ille est, quem

201 *Sigerus Castellanus Machtildis Tenremondæ domina dejungunt.*

202 *Machtildis Tenremondæ domina figuntur.*

Archiv. D. Bavonis Gandavi.

Ibidem.

Archiv. Blandin.

Archiv. D. Bavonis. ad annum 1312.

Archiv. famil.

inter

ad annum 1212. Archiv. famil.

inter eminentissimos aulæ proceres Meyerus ponit. Uxorem habuit Beatricem de Lens, & ex ea liberos, Hugonem, Gerardum (qui *Diabolus* dictus est) Sigerum, Ferdinandum, & Bernardum, hos familiæ archiva suggessêrunt. tabulæ Bavonenses sextum adjiciunt Wilhelmum nomine. Conditus est Bornehemi habuitq; ibidem monimẽtum, ante civilis nuperi belli dissidia spectabile: cujus adhuc maxima pars supereſt, de quo infrà.

dipl. an. 1265.

cap. 8. nu. 15.

Archiv. Syvivecana.

Sigerus heredem reliquit *Hugonem* XII *Castellanum Gandensem*; quod ostendunt tabulæ Roberti Betunii Teneræmondæ domini: ubi, *affuerunt*, inquit, *huic negotio cùm fieret, Homines mei, videlicet Hugo Castellanus Gandensis, & Rodulphus miles de Roden, & Ægidius miles de Morsca, & dominus Adam de Herdinesem.* XII

Archiv. D. Bavonis.

Actum anno CIↃ CC XXVII. & aliæ *Sigeri fratris Hugonis Castellani* quibus *oppignorat Cœnobio D. Bavonis decimas in Nieuwenotene, ejusq; rei obsidem dat dominum suum Robertum Teneræmondæ dominum anno* CIↃ CC XXXI. Idem cum fratre Sigero recensetur inter testes fundationis Abbatiæ Svvivecanę. Hunc Hugonem Robertus Teneræmondæ dominus *Castellanũ Gãdensem Husdinii dominum consanguineum suum* vocat. Uxorem habuit *Odam*, quæ hîc *Bolonien sis* dicitur, alibi *de Rhodes*. Hæc marito fuit superstes, ut tabulæ Dunenses docent, quarum hoc initium. *Oda domina Castellana Gandensis, Relictâ bonæ memoriæ domini Hugonis quondam Castellani Gandensis, & domini de Husdinio.* Hæc anno CIↃ CC XXXII. Liberos reliquit Hugonem, Villanum (cujus nomen ab Alexandro filio ad posteros, ut gẽtile transmissum est) Eglinam, & Ioannem, cui agnomen Burgundio. XIII

ab. an. 1234. in Archiv. famil.

Archiv. D. Bavon.

Patrem secutus est Hugo II *Castellanus Gandensis* XIII: quod docent tabulæ, quibus *dat Cœnobio D. Bavonis decimas suas in Adendycke, absque jure feudali, & omni servitio liberas: anno* CIↃ CC XXXVIII. & aliæ quibus *Hugo Castellanus Gandensis remittit jus suum, quod habebat in quendam fossato, quod ecclesia Bavonensis fodi fecerat in suo fluvio, circa locum dictum Oydonck, in alodio ecclesiæ de Mendonck.* Tertię itẽ, quibus *quitat discordias inter ipsum & ecclesiam motas, ratione suæ Advocatiæ parochiarum de Mendonck, Wõdelghem, Everghem, & Eckerghem. Actum anno* CIↃ CC XL. Idem legitur inter testes tabularum Guidonis Flandriæ Comitis, & Ioannis Dampetræ toparchæ S. Desiderii, super emptione opidi Baliolani cum appendentiis, anno CIↃ CC LXXXVIII. Minorennem fuisse cum pater vitâ defungeretur, ex prædicto *Odæ* matris ejus diplomate liquet; *ubi, ipsam quoque Conventionem*, inquit, *dilectum filium meum Hugonem, dum ad annos discretionis perve-*

203 Advocatia pagorum Mẽdonck VVõdelghem &c. gerunt de Gãdavo.

Oudegherst Annal cap. 197.

pervenerit faciam approbare. Tutorem habuit Gerardum de Gãdavo dictum *Diabolum* patruum suum. Uxorem duxit Mariam (erat hæc Rasonis Gaverani filia) quod testantur tabulæ, quibus *, cum uxore Maria vendit Blandinienſibus omne jus, quod habuerat, vel habere poterat, quoquo modo, in Waſtinis jacentibus in parochia de Tamiſa; excepto Dominio & foreſtallis ibidem contingentibus, & per Scabinos adjudicatis.* Hic ille est, qui Margaretæ Flãdriæ Comitissæ vendidit Bornehem Castellum, pretio trium millium, quingentarum & quindecim librarum Parisiensium: quod ratum habuit uxor ejus *Maria.* Hujus tamen dominii titulo diu posteros *Villani à Gandavo* usos esse, multis locis familiæ archiva docent.

Archiv. famil.

Archiv. Blandin.

204 *Caſtrum Bornehem unde ad Blandinum.*

Meyer. anno 1230. & Marchant. vi à Margar.

XIV

Filiam reliquit Hugo *Mariam Caſtellanam Candenſem* XIV. Husdini dominam: quæ nuptiis in externam familiam hanc dignitatem transtulit. Maritum habuit *Gerardum Sottenghemi* dominum. Utriusque communes tabulas, & sigilla vidi indicio doctissimi viri Antonii Sanderi, in archivis Equitum Melitensium, Gandavi: quibus *Gerardus Eques, dominus de Sottenghem, & Os dein, Caſtellanus Gandenſis, & uxor ejus Maria Caſtellana Gandenſis, & domina dictorum locorum, dant Equitibus S. Joannis* (qui vulgo Templarii) *partem terræ ante domum Templi* (id est Templariorum ædem) *ſuper Briclo* (loci id nomen Gandavi) *Actum anno Domini* CIↃ CC XCIII *Dominica Latare.* In sigillo quod integrum, spectantûr mariti insignia gentis *Sottenghemia*; Conjugis verò *Gandaviæ* sive *Villanæ* Iidem cessêre Roberto, Gũidonis Flandriæ Comitis filio, *Arcem Oltonianam* Gandavi, factâ mutatione cum arce Saftinganâ. quâ de re tabulæ exstant datæ anno CIↃ CCC. Huic *Mariæ* ut & parenti ejus tutorem dant *Gerardum de Gandavo*, qui se etiam *Diabolum* inscribit, *Sigeri Caſtellani* filium, fratrem *Hugonis Caſtellani*, qui avus fuit hujus *Mariæ*: eumque quod tutorio nomine Castellaniam obierit, vulgò *Caſtellanum* fuisse putant.

205 *Caſtellania quomodo ſtirpis Sottenghemiæ.*

206 *Arcem Oltonianam Gandavi, Comites Flandriæ quomodo acceperint.*

207 *Gerardus de Gandavo dictus Diabolus Caſtellanus primus.*

Idem esse creditur qui etiam *Maurus* appellatus est, quem anno CIↃ CCC IV, & VIII Meyerus, Divæus, & Oudegherste *Caſtri Gandenſis Præfectum* nominant. Sed an *Maurus* hic, & *Gerardus* ille *Diabolus* idem fuerit, alii viderint: certè Gerardum illum sui juris fuisse anno CIↃ CC XVIII, ex ejus tabulis constat, quæ apud Bavonenses Gandavi; *Maurum* autem illum, ad annum CIↃ CCC XXV superstitem, familiæ scripta ostendunt. Illud saltem liquidò apparet, neque illum *Caſtellanum* fuisse, quum tutorio tantùm nomine Castellaniam administraverit; neque *Maurum*

208 *an idem qui Maurus dictus cap.*

ad an 1304. & alib. pass. Brab. lib. Annal. ca. 141.

Maurum ut *Mariæ* tutorem, à dictis Scriptoribus *Castri Gandensis Præfectum* nominatum: quum illam anno (ut rem certe) cIↃ CC XCIII, fortè etiam multò antè, nuptam fuisse ex allatis ejus tabulis sit planum. Sed aliter id intelligi potest. Nam quum anno CIↃ CCC, ut antè dixi, *Ottonis* illa *moles* ad Comites Flandriæ devenerit; potuit ille dicto ævo fuisse ejus *Castri* temporarius Præfectus, non autem jure hereditario, aut Tutorio, *Castellanus*. Uxorem habuit Elisabetham Comitis S. Paulli filiam. obiit autem sine liberis; conditusque est in crypta D Bavonis Gandavi, quam paullò antè ingente sumptu restauraverat virum fuisse longævum, vel inde liquet, quòd inter heredes ejus memorarint *Hector & Philippum Villani* Walteri & Adelisiæ filii nepotes *Alexandri*, prænepotis ejus ex fratre *Hugone Castellano*. Ædes habuit Gandavi ad flumen Scaldim, quæ Meyero *Petra Gerardi Diaboli*. Hæ anno CIↃ CCC XXIX mutatæ sunt in Scholam Fratrum ordinis D. Hieronymi florentissimum quondam Gymnasium; ubi melioris vitæ, & eruditionis rudimenta hausi, sub doctissimis viris Audomaro de Visschere, Iodoco & Simone patre & filio Kerchoviis. Turris inibi est quadrato opere, cujus meridianum latus magnâ parte cavum est: ut sæpe injecto lapide, vel signo expertus sum. Cavum illud *Ocream* vocant. De hac turri longa inter populares fabula est, à Dæmone structam: quod figmentum ex dicto Gerardi agnomine trahi, peritioribus non est obscurum. Unde autem id illi agnomen accesserit incertum est. Eo certè non modò non offensum fuisse; sed delectatū, id indicio est, quòd etjam in tabulis publicis, quas variis locis vidi, ipse usus est.

Archivs Blandin. tab. an 1290. Ibidem.

209 *quomodo dictus* Præfectus Castelli Gid.

210 *eundem fuisse gavum fuisse.*

211 *ejus Gandavi ædes quæ.*

ad an. 1541. Meyer. ad an. 1439.

212 *ibidem nunc.*

213 *de ea fabula.*

Filium reliquit *Mariam Hugonem*; quia morte matris *Burgravium* sc *Gandensem* & *vicecomitem* inscripsit: quod & alibi observavi & in tabulis, quibus *Ioannes de Naeldewyck* Hugonis cognatus *largitur Ioanni Mendonck hereditariam suam portionem in bonis Gerardi Diaboli* quas *Hugo van Sottenghem Burgh-gravius Gandensis* confirmavit, *anno* CIↃ CCC XVI.

214 *Pro Cast. Gand. quo Burggravium primum se dixerit.*

dipl Bavon. 1118. dipl. Dunensi 1242. & dipl. Blandin. 1261.

Ibidem.

Hujus intermonimenta Sottenghemi Gaillardus meminit Mausoleum ibidem habuit ære tectum, cum incubante effigie. Arma gerebat stirpis *Sottenghemiæ*, mixta *Gădaviis* sive *Villanis*. Erant & inscripti versus, quos non plenos Gaillardus dedit.

M si tu scribis, ter C, deca bis quoque Christi
Hinc seriem.

Illud saltem inde apparet, ad annum usque ɔIɔ CCC XX fuisse superstitem: quando vitâ defunctum verisimile. Uxorem habuit *Beatricem de Puite & Stryen*, unde filiam sustulit & heredem *Isabellam*, quæ in flore ætatis extincta est, anno ɔIɔ CCC XXVIII. Hæc maritum habuit *Hugonem de Antoing*, Espinoyæ dominum, Magistrum Equitum Flandriæ hereditarium. Heroдem reliquit *Isabellam de Antoing vicecomitem Gandensem* (ita Castellani nomini plerumq; omisso posteri se vocarunt) quæ prioribus maritis *Henrico Lovaniensi*. Herstalli ac Gaesbecæ domino, & *Alphonso Hispanienſi*, sine herede mortuis; tertiùm nupta est *Ioanni de Melun*, Monstrebelai domino, Carolo VI Gallorum regi à cubiculis: à quo præsens *Vicecomes Gandensis* originẽ duci. Hoc enim conjugio natus *Hugo*, cui conjux *Beatrix de Beaufart*; quorum filius *Ioannes* Eques aurei velleris, sustulit ex *Ioanna de Abbeville*, Caumõtii dominâ, *Ioannem* maritum *Mariæ de Sarrebrusse*, filiæ Comitis Roussy, patrem *Ioannis*; qui uxorem habuit *Elisabetham Luxenburgicam*. Hunc filius *Franciscus* excepit *Lodovicæ à Foix*, Candalæ Comitis filiæ, maritus; pater *Hugonis*, primi Espinoyæ Principis, cui conjux *Iole de Werchin*, Hannoniæ Senescalla, ex Barbançoniis oriunda: unde nati *Carolus* Espinoyæ princeps, *Petrus* Hannoniæ Senescallus, *Robertus Vicecomes Gandensis*, Helena, & *Maria*: quæ *Lamoraldo* Principi de Ligne nupta, præter plures liberos, peperit *Florentium* Marchionem modò Robacensẽ. Ex prædicta Hugonis & Ioles sobole, *Petrus* ex *Hippolyta Montmorenciaca* liberos sustulit *Gulielmum Henricum Henrico Annam & Petro-Hippolytam*: qui dum in Galliis per nupera Belgarum dissidia secessum habuêre; morte *Roberti Vicecomitis*, qui sine prole decessit, ad *Mariam* ejusque filium Florentium dono Regis ea dignitas abiit: pacatis verò Belgarum Gallorumque rebus, *Gulielmus de Melun Petri filius*, Espinoyę Princeps, jure postliminii avitam hanc possessionem recepit, & nunc possidet. Hoc finis *Castellanorum novi Castri Gãdensis*, & *Vicecomitum*: unde *Bilingios Gandavium* nomen assumpsisse, certum.

Archiv. familiæ.

215 *Castellania quomodo familia de Antoing.*

216 *Castellani vicecomites.*

217 *Castellania gentis de Melun.*

anno 1528.

218 *Præsens Gãdensis vicecomes quis.*

Iidem familiæ nomine omisso, etjam *Aloſtenſes* dicti; & de *Aloſt*, ob Comitatum *Aloſtenſem*, quo olim potiti. An omnium primi; non disputo; verisimile tamen: & lubens hâc parte pedibus eo in sententiam, quæ apud Marchantium: *Derivatum hunc Comitatum ex Comitibus Castelli novi Gandensis ab Othone Cæsare ad Gandavum, anno* ɔIɔ CCCC XLVIII, *ædificati, & à splendida Germanicâ familiâ, cui deinde à Gandavo cognomen fuit, mansitq; ad-*

219 *(Familia de Gandavo seu Aloſtenſis dicta.*

220 *Comitatus Aloſtenſis origo.*

Commentar. lit. declarat. Aloſt.

min-

ministrati. Nam illius artis Othoniana præsidibus terra Brachanta, quæ post Aloſtana audiit, cum quatuor Ambactis, assignabatur, ut stipendia, alimoniamq; præsidiariis militibus illinc providerent. Quam auctoritatem in Dominatum verterunt, Cæsarum beneficio Aloſtani Comitis de hinc nuncupati.

Inter eos *Adalbertum* Arnulphi filium, Theoderici nepotem, Wycmanni pronepotem, primùm *Aloſtensis Comitis* titulum accepiſſe, in archivis familiæ eſt ſuſpicio. Uxorem habuit *Ermengardim de Lovanio*, & ex eâ liberos Rengotum, & Lambertum: quorum hic primus fuit Gandenſis Caſtellanus; *Rengotus* verò, mortuo patre *Aloſtenſem Comitatum* ad iiſſe dicitur. 221 *Comitum Aloſtenſium ſtemma.* *Comes I.* II

Hic filium reliquit *Ordulphum*, ſive *Radulphum*, (Chronographus Affligemenſis *Rodulphum* vocat; Fulgentius Abbas *Adolphum*) qui in familiæ tabulis dicitur vixiſſe anno CIↃ LXX. III *apud Miræū Originum ca. 57.*

Illum *Balduinus* filius excepit: qui conjugem habuit *Odam* unde ſuſtulit Balduinum Craſſum, (qui Niceæ obrutus ſaxis periit) Rodulphum, qui Comiti Flandriæ fuit à cubiculis; Ghiſelbertum qui Foreſtenſis Cœnobii auctor; Ghertrudem quæ Arnulphum Bergenſem maritum habuit; & Leodegardim quæ in fraterno Cœnobio, cum *Oda* matre, vitam Deo ſacravit. Hic ille *Balduinus* eſt, cujus & Ghiſelberti filii Lotbertus Abbas meminit diplomate Foreſtenſi, anno CIↃ LXXXVIII. Illum ibidem *Gandenſem* vocat. IV 222 *Foreſtenſis Cœnobii auctor fuit quis.* 223 *Comes Aloſtenſis dictus Gandenſis.* *Ibidem dipl. Fulgentii Abbatis 1096. Otig. Mirzi c. 57. Meyer ad annum 1144. Orig. Mirzi cap. 57.*

Patre vitâ functo filius *Balduinus* Comitatū adiit habuitque uxorem *Remavindem* (ita Meyerus ad annum CIↃ C: eam alibi *Reynewidē* vocat) unde nati Balduinus, Ywanus, & Radulphus: quem *Brugenſem Caſtellanum* fuiſſe Theodori Alſatii diploma docet. Ex his V *ad annum 1143.*

Balduinus ætatis privilegio hanc ditionem accepit; fuitque adhuc ſuperſtes anno CIↃ CXXV, ut liquet diplomate, quo *cum fratre Ywano reddit eccleſiam de Herenbaldeghem in manum Epiſcopi, ad opus eccleſiæ Affligienſis.* VI *Archiva familiæ.*

Hujus diplomatis initio *Aloſtenſi* cognomine utitur; in ſigillo autem *Gandenſem* ſe vocat: quo nomine etjam ſuperiores illos uſos conſtat. Filiam reliquit Beatricem; quæ nupta eſt Theoderico Beverano Dixmudæ domino. 224 *idem dictus Aloſtensis & Gandensis.* *vide ſupra n. 223.*

Mortuo Balduino fratre, *Ywanus* exclusâ Beatrice, illius filiâ, hunc Comitatum occupavit, præſidio Theoderici Alſatii; cujus filiam Laurettam uxorem duxerat: ex quo conjugio natus. VII *Meyer 1140. de Ywano vide l. 5 c. 2. n. 31.*

VIII *Theodericus*, qui à morte Patris, *Dei gratiâ Dominum & Principem Aloſtenſem* ſe inſcripſit, donatione quadam Affligemenſibus factâ, anno CIↃ.C LXIV. Hic ductâ uxore Laurentiâ filiâ Balduini Hannoniæ Comitis, cùm nullam reliquiſſet ſobolem; diploma Affligiense in Archiva famil.

225 *Comes Flandriæ Aloſti Comes.*

226 *qui jure.*

Philippus Alſatius Flandriæ Comes, nequidquam reclamante Theoderico Bevernenſi, Comitatum accepit, & ad poſteros Flandriæ Comites ad hoc ævum tranſmiſit. Id injuſto titulo factum, & alii pleriique, & Divæus putat; ſed temere ea labes optimo Principi inuſta eſt, quòd primùm inde ſuſpicatus ſum, nõ ſolùm quod à Friderico Cæſare inveſtituram accepit; ſed quod Theodericus Bevernenſis, *ad quem ſummo jure mortuo Theoderico Comite hunc Comitatum devolutum.* Divæus narrat, non auſus eſt ſtare judicio Cæſaris, ad cujus arbitrium Alſatius eam controverſiam deferebat. Paullò poſt in Alſatii diploma incidi, quod hunc nodum in Hiſtoriâ ſolvit, & ſimul Principem à tanto dedecore. In eo ita legitur; *Terra illius* (Theoderici de Aloſt) *In manus meas devenerat exſtipulatione dotis ſororis meæ, à patre ejus Domino Yvano olim factâ.* Ex qua narratione dotalis ille Comitatus Laurettæ videtur: idq; eo magis, quòd eodem alia item verba ducunt: ubi, *Yvanus de Gand liberè tradidit alodium in villa dicta Burſt*, &c. *accedente uxoris ſuæ Lauretta filiæ Theodorici* (Alſatii) *Comitis Flandriæ (cui quæcumq; ſua poſſeſſionis erant, in dotem dederat) gratuitâ conceſſione, & devotâ petione.* Unde & illud veriſimile legem illam in ſtipulatione dotis hanc fuiſſe: ut deficiente Yvani ex Lauretta ſobole Aloſtum ad Comitem Flandriæ abiret; quod donatione *Henrici Cæſaris*, jam olim *Balduinus Inſulenſis* acceperat, anno CIↃ LVII: dederatq; inter cetera filio *Roberto*, pro portione hereditariâ, conjugio cum *Gertrude Saxonicâ* (quæ ab *Herimanno Biling* primo Saxoniæ duce, originem ducebat) viduâ Florentii, Hollandiæ Comitis; relicto tamen ſtirpi *Gandavia*, & *Comitis* titulo, & ſolitis emolumentis: ut etjam de *novo Caſtro Gandenſi*, *Waſia & Quatuor Officiis* factum conſtat; quorum jus quod eatenus penes *Cæſarem* manſerat, ad *Flandros* abiit, in clientela Imperii; relicto tamen *Caſtellanis*, qui etjam *Comites* antè dicti, ſuo jure. Eos enim *Comites*, & poſt hos, *Caſtellanos*, muneris hereditarii ratione uſufructuarios magis fuiſſe conſtat, quam dominos: aut ſi dominos; non in ſolidum. alioquin unde jus alienandi penes Cæſarem fuiſſet? Quid autem juris in alienam poſſeſſionem Theodericus *Alſatius* habuerit, ſi quis roget; potuit id fuiſſe ex lege donationis Imperatoriæ

Marchant. Comment. L. 1. in Aloſto. Rerum Brabant. lib. 10. Oudegherſte Annal. ca 87.

Oudegherſte Annal. ca. 88.

227 *Lauretta Theodorici Alſatii f. ejus dotis Yvano Aloſtenſi empta.*

Archiva Tiſelmi. d. pl. anno 1160. Vide ſupra, lib. 1. c. 6. n. 94.

Ibidem tab. anno n. 19.

228 *Aloſtum jam olim quemadmodum Flandriæ Comitibus.*

Meyer. anno 1037.

Ibidem anno 1. 63.

229 *& ſimul gentis Gandavia.*

230 *In hujus poſſeſſione unde Theod. Alſatius fuit.*

toriæ, quando primum eam ditionem Balduinus Insulensis accepit: ut si mascula, gentis Gandaviæ in recta linea, stirps desineret, ad Flandriæ Comites in solidum Alostum concederet. nam absque hoc fuisset, Theodericus Beverensis Beatricis Alostanæ maritus, non recusasset stare judicio Cæsaris, cujus arbitrio Philippus omnem caussam committebat. 231 Gratii Gandavia sive Villana syncdoche.

Nunc ut tandem vela legam, quæ in altum argumenti ubertas, & meritorum ejus gentis Eurus evexit; unum addam: quod hęc familia pro elogio scribit, SANS REPROCHE, id est sine probro (quo etiã elogio à primęva origine aurei velleris Equites usi sunt) idq; referendum non ad cognomen familiæ *Villain*, sed ad avitam hujus gentis virtutem: ex qua tot orti Proceres, quorum fortia domi militiæque facinora, & intemeratam in Principis fidem, nulla facundia ornare valeat, nulla lingua effari. Item illud: quod gentilibus armis utrimque numerum quatuordecim (hoc modo XIIII) adjungant ob tot *Comites Gandenses* & *Alostenses* junctim; & totidem *Gandenses Castellanos*, quos una hæc familia dedit. Sunt autem hoc ordine. 232 eadem cur pro signo ateatur XIIII, ratio una.

XIIII *Comites* familiæ *Gandensis*, sive *Villanæ*:

Comites Gandenses sive *Castri Ottoniani* sex: *Wycmannus, Theodericus, Arnulphus, Theodericus, Adalbertus, Lambertus.*
Comites Alostenses octo: *Adalbertus, Rengerus, Rodulphus, Balduinus I, Balduinus II, Balduinus III, Iwanus, Theodericus.*

XIIII *Castellani Gandenses*, ejusdem familiæ:

Lambertus, Folcardus, Lambertus II, Balduinus, Wenemarus, Sigerus, Wenemarus II, Vivianus, Rogerius, Sigerus II, Sigerus III, Hugo I, Hugo II, & Maria, Gerardo Sottenghemio nupta.

Ejus numeri aliam insuper audivi occasionem, nempe; ex antiquo quodam symbolo confœderatæ nobilitatis: illumque etiam genti *Maldeghemiæ* olim usitatum, ex ea stirpe V. N. mihi retulit à quo insuper ad rei illustrationem accepi, priscum illud emblema vidisse, in quo hic numerus XIIII, & circùm in orbem sertum ex pampino, cum inscriptione vernacula: *Verdien in Loon*, id est, meritum in mercede sumptâ ad vocem, & antiquum morem allusione: nam numerus ille XIIII, nobis *Vertien*, molliùs *Verdien*; & coronæ olim datæ præmia fortium. Circumferun- 233 alterum. 234 tertium.

A. Gellius lib. 13. cap. 6.

feruntur etiam versus, qui tertiam ejus rei caussam complectuntur; quos vir consultissimus Ioannes vander Beke, hujus urbis Syndicus, in arce Lommæa, prætorio Illustris Isenghemi Comitis, in ditione Insulanâ descriptos, mihi dedit:

VILLANVS *quondam Saxo, dum fortiter urbes*
Hostiles caperet bis septem, totq; diebus;
Virtuti fertum posuit, numeriq; trophæum
Fortunæ: titulos sibi gens VILLANA *reservat.*

LAERNE.

234 *Laerne situs.*

EXtremus ditionis Teneræmondanæ locus est *Laerne*; ad

235 *situs.*

limites Castellaniæ Gandensis, & ditionis Oudenburgicæ: qui & ipse uberrimo Scaldis amne ditatur. Arcem habet vetustam, cujus variè Annales meminerunt; Originem autem

236 *à quo tempore dominium.*

nondum sum assecutus. Hunc pagum vel ante quatuor sæcula Dominii titulum habuisse constat, ex archivis D. Bavonis Gandavi: ubi sunt *tabulæ Gerardi de Laerne, quas domina Beatrix ejus mater, de consensu ejus dat; quibus largitur ad opus pauperum S. Bavonis decimam suam.* Hæc *anno* CIↃ CC XIII. Eâdem de re exstant ibidem *tabulæ Ghisberti de Laerne*, datæ eodem anno. Et ne quis putet illud cognomen gentis fuisse, non Dominii, eam suspicionem tollent verba quæ ibidem habentur: *Tabulæ Beatricis dominæ de Masmine & Laerne.* Paullò pòst ad *Robertum* Betuniæ &

Vide supra num. 229.

Teneræmondæ dominum, aut emptione, aut aliàs devenisse,

237 *Roberti Teneræmondani domatio.*

ejus diploma ostendit; quo dat *Ghilberto Sottenghemio Calckenam, Laernam, & Masminiam, promille libris; quas ei debebat promaritagio Machtildis sororis suæ, quam ipse habebat in uxorem.* Exin-

238 *post illam dominii.*

de tria hæc dominia Ghilberti posteros diu junctim possedisse

lib. 3 cap. 1. num. 122.

suprà ostendi: inter quos, primus *Laernæ* titulo usus est, quàtum quidem hactenus vidi.

239 *Gerardi Rassenghemii Laernæ comitis.*

Gerardus Rassenghemius, Catharinæ Maldeghemiæ maritus; iis tabulis, quibus Comiti Flandriæ arcis suæ copiam addicit anno CIↃ CCC LXII. ubi *Masminiæ & Laernæ dominũ* se inscribit.

240 *& liberi.*

Hic præter Walravium Masminiæ & Berleghemi dominum; & Claram Sigeri Cortracensis, & dein Philippi Erpæ domini cõjugem (qui à potiore dominio Masminium cognomen assumpserunt) filium reliquit.

Ioannem

descriptione Calckenæ n. 230.

Ioannem Masminium, Calckenæ insuper dominum: de cujus conjuge, & liberis, suprà dixi. Hunc etiâ Laernam possedisse inde apparet, quòd id dominium filius ejus

Ioannes tertius natu adiit; patruo, amitâ, & fratribus majoribus ætate, vivis. Uxorem habuit Axelæ dominam: & ex ea liberos, Ioannem, Philippum, & Elisabetham. ex his Philippus Somerghemi dominium accepit, & uxorē Beatricem de Blaesvelt (aliàs Maerschaeck) Roberti Blaesveldæ domini filiā: Unde filium sustulit Ludovicum; qui immaturâ morte ante patrem sublatus est; conditusq; Somerghemi, ubi olim commune sepulchrum, cujus Epigraphe hoc sensu: 141 *Philip. Masminii uxor.*

Analect. Guilandi. 242 *Philip. Masminii monumentum.*

Hic jacet Dominus Philippus de Maßeme, dominus de Somerghem: qui obiit anno salutis CIↃ CCCC XIV, *ipso die Sancti Nicasii. & domina Beatrix de Blaesvelt, domina de Somerghem: quæ obiit* CIↃ CCCC XXXII, XXVII *Martii. & Ludovicus de Maßeme, illorum filius.*

Arma gentilitia hinc erant: *Masseme*, *Axele*, *Masseme*, *Gruythuse*, aut *Mortaigne*; inde *Blaesvelt*, *à Flandria*, *Maldeghem*, *& Blaesvelt*.

Analect. Hurduini, Post patrem ætatis prærogativâ *Ioannes* Laernam adiit, & Axelæ dominium. Uxorem habuit Mariam de Wedergrate: cumque sine liberis decederet, fratre Philippo etjamnum antè vitâ functo, sororem 243 *Ioannis Masminii uxor.*

ibidem. *Elisabetham* ex asse heredem reliquit. Ea *Balduino de Vos* Balduini filio, Poularæ domino nupta est; viro antiquæ nobilitatis: siquidem ea Vossiorum familia, jam inde à quingentis circiter annis, fortè etjam ampliùs, inter primæ notę nobiles est habita; ut Blandinii archivis doceri queat: ubi anno CIↃ LXII, *Hugo de Vos*, inter ceteros, signavit diploma Theodori Alsatii. Hujus assensu transegit *Elisabeth* cum matre (quæ jam secundis nuptiis Danieli de Voorde juncta erat) & ab eâ de paternâ hereditate sibi satisfactum tabulis publicis professa est. Conditus est juxta Brugas in templo Carthusianarum, in Choro, ante summum altare, juxta monimētum Patris, sub saxo Marmoreo: cujus hęc est inscriptio. 244 *heres.* 245 *Familia de Vos Laernæ domini.* *eius gentis antiquitas.*

Hic jacet dominus Balduinus Vos, dominus de Poulare miles; qui obiit CIↃ CCCC XXIII *die quarto: mensis Ianuarii. &* 246 *Bald. de vos monimentum.*

domina Elisabeth de Maſseme, domina de Axela, Poelaer, & Laerne; uxor quondam domini Balduini Vos, quæ obiit CIↃ CCCC XXIV *penultimâ die menſis Februarii: Et ſoror Anna Vos filia dicti Domini Balduini & dominæ Eliſabeth, quæ obiit* CIↃ CCCC XV *die tertiâ menſis Ianuarii: & Gulielmus de Vos, filius dicti domini Balduini, & dominæ Eliſabeth; qui obiit* CIↃ CCCC VII *die primâ menſis Auguſti. Orate pro eo.*

Arma gentilitia erant hinc: *Vos, van Ackere, Calkene,* Ibidem. *Schinclaers*; inde, *Maſseme, Oudenhove, Axele, Mortsigne* vel *Gruythuſe.*

Præter ſuperiores liberos, filium habuêre Balduinum, & filiam Margaretam; quæ Guidoni Ghiſtellano Waſqualæ Domino nupta eſt, habuitque Axelam in dotem. Annal. Marduini.

Balduinus, à morte patris, Poclarii dominium accepit: & paullò pòſt, cum materna hereditate Laernam adiit. Hic uxorem duxit Margaretam Lovendeghemi dominam. Obiit autem relictâ viduâ & liberis Balduino, Ioanne, & Gerardo. Hic etiam apud Carthuſianas juxta patrem monimentum habet, cum hac Epigraphe: Ibidem. Collectanea Gallia di.

247 *Item alterius Balduini.*

Hic jacet dominus Balduinus de Vos, domicellus, dominus de Pollaer, Laerne, & Zomerghem. qui obiit CIↃ CCCC XXXII, *tertio die menſis Iulii: Margareta de Lovendeghem, uxor quondam domini Balduini; quæ obiit* CIↃ CCCC XXIII, *octavo die menſis martii: Et ſoror Catharina: quæ obiit* CIↃ CCCC XLVI, *die quartâ menſis Decembris: & ſoror Anna de Vos,* CIↃ CCCC LXXI, *die vigeſimo Iulii.*

Balduini conſanguineæ gentes erant, *Vos, van Ackere, Maſſeme,* & *Axele.* Margaretæ verò: *Lovendeghem, Slanghen, vander Moere,* & *Volmerbeke.*

248 *Item ſoror & ſoror.*

Hæc patrem habuit Roelandum, Lovendeghemi dominum; matrem Margaretam Slanghen: ut ex hujus Epitaphio liquet, quod olim Gandavi ad D. Michaelis, ante ſummum altare laminæ æreæ inſculptum, in hæc verba: Ibidem.

Hic

Ibidem. *Hic jacet nobilis domina, Margareta, filia quondam Oliverii Slanghen armigeri, relicta quondam nobilis viri domini Rolandi, domini de Lovendeghem, militis: quæ obiit anno* CIↃ CCCC XVII, *die* XXX *mensis Ianuarii.* 249 *Margareta Slanghen mortua.*

A morte Patris inter liberos operâ Simonis Formellii, & Ludovici Masminii convenit, ut Balduinus Laernâ cum arce in solidum potiretur; Ioannes dominium Poeleriæ adiret; Gerardus verò cetera feuda aliaque bona, & redditus.

Ex lege prædictæ partitionis, *Balduinus* Balduini filius, Balduini nepos, Balduini pronepos, tertius hoc nomine, Laernæ dominium accepit. uxorem habuit Iacobum de Grisper. unde sustulit filium Philippum, & filiam, quæ nupta est Georgio vander Moere. Ad hunc etiam Zomerghem & Lovendeghem devenisse, Meyerus indicat ubi dicit: *Huic Balduino* (Philippi boni Burgundiæ ducis notho) *Zomerghem & Lovendeghem data fuisse ergo sed ablata illi per sententiam Senatus, ab heredibus Balduini de Vos, Equestris Ordinis justis dominis.* Idem sub Philippo bono belli semina jacta videns, calidis quorumdam consiliis, turbatam patriam conatus fugere retractus est à Gandensibus, & in carcerem conjectus. inde quæstionibus à velanâ plebe admotus, tanto cruciatu, ut omnibus membris enervatis, cùm ire non posset, mensæ impositus referri in carcerem debuerit; & paullò pòst, cùm ad mortem, cum tribus aliis, raperetur, lectica in forum vehi: unde tamen ceteris supremo supplicio affectis, eá lege reductus est, ut Petrum Bauvvens, & Georgium Bul Præfectis traderet. Cumq; id non feciisset, semel iterumq; ultimo discrimine proximus, evasit tamen, suis & aliorum precibus: inter quos etiam externi primates, Præsul Leodicensis, Comites Stampanus, & Sanpaulli, qui omnē operam pro pace apud Principem Gandensibus promittebant, si incolumis dimitteretur. Itaque reductus est in carcerem: donec anno sequente, à suis inter ceteros Brugas legatus ad Principem de pace missus, re infectâ, cum alii redirent, superioribus ærumnis, & præsente metu territus, Brugis apud Principem se continuit: tuta consilia, incertis præferens. Illum secutus est *Philippus de Vos*, & *Georgius vander Moere* junctim (habebat enim conjugem sororem Philippi) & *Margareta de Vos*, heres patris. cujus morte, dictus *Georgius* solus possedit. Georgium excepit *Nicolaus vander Moere*, filius; cujus hoc Epitaphiū ex saxo olim apud Frāciscanos Gādavi descriptū, Harduini Analecta suggesserūt,

ad an. 1470. Meyer. l. 4. 51. Ibidem. 250 *De Bald. de Ver. narratio.* Idem an. 1453. Lib. 6. n. 14. 251 *genitis vander Moere Laernæ domini.* Ibidem.

252 *Nicolai vander Moere monumentum.*

Hic jacet Nicolaus vander Moere, Armiger Dominus Laernæ; ultimus mas ejus nominis. Obiit sine liberis, anno CIↃ IↃ XIII, *tertio Martii.*

Gentilitia arma gerebat hæc: *Moere, Vos, Turpin, Lovendeghem.* Sunt autem ii *Moerenses* à Iordano Gandensi, sive Villano oriundi, feruntq; Moeræ nomen, à dominio ejus loci, & habuere antiquitus symbolum militare. *Ghent, Ghent:* Archiv. familiæ villanæ

Sororem reliquit Nicolaus *Ioannam*; quæ cum cetera fratris hereditate *Laernæ* dominium adiit. Hęc nupta est Iodoco vanden Woestyne: unde filiam sustulit Ioannam.

253 *Ioanna vander Woestyne Laernæ domina; ejus mariti.*

Matri successit *Ioanna vanden Woestyne* Iodoci filia. Hæc maritum habuit *Martinum vander Gracht*, Equitem, Moschræ, & Moschræ-ambacti dominum, Walteri, Fossęæ, Moerssellæ, Oosthovæ, & Dolandræ, domini, & Isabellæ, heredis Heulæ, Leeuwerghemi, Berleghemi &c. filium; unde liberos sustulit Isabellam, & Antoniam: quarum prior nupta est Petro de Shouteete, aliàs van Zuylen, Erpæ domino: ex quo conjugio natus Franciscus, & duæ filiæ Ioanna, & Dorothea. Mortuo autem *Martino* marito, *Ioanna vanden Woestyne* secundis nuptiis juncta est *Adriano de Gavere*, Equiti: unde natus *Adrianus*: qui conjugem habuit stirpis de Archies. Is favore matris, patre vitâ functo, Laernæ titulo usus est. Sororem habuit Gerardam: quæ conjux fuit Roberti de Ghistelle Dudzelæ domini. Obiit autem & *Adrianus*, & Gerarda sine liberis. Illius adhuc in templo Laernæ memoria superest, hoc sensu: Archiv. familiæ.

254 *Liberi.*

255 *alter maritus.*

256 *liberi.*

257 *Adr. de Gavere monumentum.*

Hic jacet vir nobilis Adrianus de Gavere, Eques, quondam Laernæ dominus, filius unicus domini Adriani de Gavere, etjam Equitis, & nobilis matronæ Ioannæ vanden VVoestyne: qui obiit anno CIↃ IↃ LVIII, *die S. Stephani. Orate Deum pro anima ejus.*

258 *Franc. de Schouteete Laernæ dominus.*

Mortuo Adriano *Franciscum de Schouteete* aliàs *van Zuylen*, Petri de Schouteete filium, Isabellæ vander Woestyne aviæ maternæ donatione (quam *inter vivos* Iurisconsulti vocant) *Laernam* accepit: idque factum, ne Antonia Isabellæ soror, Francisci ma- Lib. fund.

ci matertera, trientem hujus Dominii, de more Curiæ feudalis Teneræmondensis, adiret. Hic præter Equestris familiæ priscam dignitatem, & vetustum Erpensis dominii titulum, ipse etiam Eques fuit; & periculosissimis Reipub. temporibus, Præturam Cortraci non sine laude gessit. Hic ille est, qui cum Duce Atscotano, Episcopus Brugensi, & Iprensi, dominis de Rasseghem, Sweveghem, Champigny, Eecke, & aliis nonnullis, à Gandensibus Gulielmo Nassavio, Auriaco Principi deditis, ductore Francisco vanden Kethulle Ryhovæ domino, & Ioanne Imbiesio, conjectus est in carcerem, anno CIↃ IↃ LXXVII, XXVIII Octobris: unde aliquanto pòst, ope Oliveri van Meyne, Ioannis de Clerck hujus urbis nunc Actuarii, & Adriani de Casele, cum dominis de Rasseghem, & Svveveghem evasit. Uxorem habuit Annam de Montmorency, Balduini, Croisillæ, Houpilinę, Walcurtii, Couckelarę, &c. Domini, & Catharinæ de Rubenpré: unde nati Carolus, Catharina, & Isabella: quarum hæc Canonica est Niuellensis; illa cælibem ducit vitam. 259 dus captus. 260 uxor. 261 liberi.

Franciscò vitâ functo, *Laernæ* dominiũ ejus filius adiit, *Carolus de Schoutete* aliàs *van Zuylen*; Erpæ insuper, Erondeghemi, Oterghemi, Estombæ & Ubermontii dominus, præsens hujus loci Toparcha Conjugem habet Ghislenam Destourmel, Lānoyæ dominam; & ex ea liberos, Ioannem Laernæ dominũ (qui nuper inter Ephebos honorarios apud Sereniss. Belgarum Principes est receptus) Georgium, Robertum, Isabellam, Annam (Canonicas modò Nivellenses) Margaretam, & Florentiam illius consanguineæ gentes sunt. Schouteeten, aliàs van Zuylen, Montmorency, Liedekercke, Lannoy, vander Gracht, Rubenpré, vanden Woestyne, & Boufyes: Conjugis verò, Destourmel, Laviefville, Destourmel, Dauxy, Bailleul, Nedoncel, Cleves, Haveskercke. 262 præsens Laernæ dominus. 263 ejus uxor. 264 liberi.

Enimvero hujus Schoutetæ sive Zuylanæ gentis si breviter originem, & majores, ex archivis familiæ percurram, non extra ordinem credo, aut ingratum erit.

Theodori Alsatii inclyti illius Flandriæ Principis ævo, *Warnaldus* Zuberaldi Zuylæ domini filius, natalibus, & origine Batavus, quòd varias in Wasiâ possessiones habebat, ex Hollandia in has Flandriæ oras concessit: ubi tantâ existimatione vixit, ut nõ aulicis solùm proceribus; sed ipsi cũ primis Principi gratissimus haberetur: cujus & consiliis inter intimos interfuit, & bello assiduus fuit comes. Ejus palâ memoria exstat diplomate 265 De gentis Schoutetæ origine & majoribus. 266 Warnaldus Zuylanus ab Theodoro Flandriæ Principe cur. in

Theodori, super Advocatiâ, sive protectione Abbatiæ Nenivensis: ubi cum *Ywano de Gand, Gulielmo de Boelaere, Michaele Constabulario, Theodorico de Beverne, Balduino de Wentica, Rogerio Tribuno de Cortrac, Balduino de Dichem, & Gerardo de Nederwyck, anno incarnati verbi* CIↃ CXLII *Warnaldus de Zuylen* subscripsit. Idem paullò pòst anno CIC CXLVII Theodori Principis auspicia secutus, quando is tertiùm adversus barbaros in Asiam legiones traduxit, in expeditione circa Edessam decedens, vitam Christianæ fidei impendit.

267 *ubi decessit.*

268 *ejus liberi.*

269 *VVasia quomodo ad Hollandri ad Flandros devenerit.*

Warnaldus filium reliquit *Arnoldum*; qui paternis vestigiis insistens, etjam his ditionibus sedem fixit. Idque eo magis; quod antiquato per Wasiam Batavorum imperio, à priscâ clientelâ solutus erat. Siquidem Florentio Hollandiæ Comite à Philippo Alsatio Theodori filio, prœlio navali (aliis in ipsa Alsatia terrestri) fuso & capto; omnis Wasia cum quatuor Ambactis, in Flandri potestatè concessit. idq; ex lege Conventionis: quòd pacta Hollandus non servasset. Eâque ratione, qui Batavorum antea Clientes fuerant, in Flandri partes devenêre. Hic *Arnoldus* præter agros, cetera sq; possessiones hereditarias per Wasiam, & quatuor Ambacta Præturas habuit; quas Holládiæ Comitum beneficio (penes quos antè, ut dixi, Wasiæ dominium fuerat) gens Zuylana possederat: legeratq; domicilium Waesmonsteri, nobili, & antiquo VVasiæ pago, in suo prætorio, quod à posterioris ævi possessoribus *Ponterave* dictũ, amœno ad Durmam loco. Cumq; peregrinus esset, ejusq; cognomen vulgò ignoraretur; ab hereditariâ illâ dignitate, & potestate quam exercebat, communi eum sermone *Arnoldum den Schouteete*, id est, Prætorem, & Schultetam nominarunt. quod agnomen ab ipso etjam *Arnoldo* assumptum est, & ad præsens usque ævum, ad posteros derivatum. Non tamen ideo penitus omissum Zuylanum cognomen. memini enim variè legere *Schouteete alias van Zuylen*. Uxorem habuit. *Arnoldus* Beatricem Hoesdeni toparchæ filiam: unde liberos sustulit Theodorum, Rodolphum, Balduinum, Ægidium, Wolfardum, Catharinam, Iuditham, & Ursulam. De harum posteris nihil hic adducam in medium, quum familiæ nomen non propagent; sed ipsæ in alienas domos transeant. Filiorum autem quatuor stirpes; aut consumptę jam creduntur, aut nisi in filiarum sobole externis nominibus, durant.

Meyer. anno 1165. & Oudegherste Annal. ca. 77.

Meyer. anno 1167.

270 *Arnoldus Zuylanus ab dictus Schouteete.*

271 *pater.*

272 *Liberi.*

273 *Cur hic de Ægidio posteris sermo.*

Solus *Ægidius*, Arnoldi filius, in hanc usq; ętatem masculam prolem transmisit: itaq; ceteris omissis; de hoc, ejusque posteris sermo-

sermonem instituam : iis præsertim quos præsens Laernæ to-
parcha inter majores numerat. Hic *Ægidius* cum paternâ here- 274 *ejus posteri.*
ditate, præturas accepit hereditarias Lokeræ, Waesmonsteri, 275 *uxor.*
Dackenamæ, & Elversselæ. Ceteræ inter alios erant divisæ. Ux-
orem habuit Walburgam de Amstel; & ex eâ liberos Ægidium, 276 *liberi.*
Balduinum, Romanum, Gualterum, Ioannem, & filiam Agne-
tem. Ex his Balduinus filium habuit Gulielmum: qui obiit sine
libetis; ut etjam Romanus, & Gualterus. Ioannes filium reli-
quit Balduinum; unde nata filia Catharina. Agnes maritum ha-
buit Ægidium de Calckene: ex quo filiam sustulit Elisabetham.

Ægidii maximus natu filius fuit *Ægidius de Schouteete*, E- 277 *Ægidius secundus.*
ques, Schulteta itidem hereditarius Lokeræ, Waesmonstri, 278 *ejus uxor.*
Dackenamæ, & Elverselæ. Uxorē duxit filiā Arnoldi de Heel- 279 *liberi.*
beke; domini de V Volfshaeghe, in ditione Ghaesbecana: quæ
maternum genus ad Gaesbecanos referebat. unde sustulit Ro-
manum, V Valterum, Ioannem, & Agnetem. Ex his V Valterus,
& Ioannes nullam reliquêre prolem. Agnes maritum habuit
gentis de Braderick: unde natus Henricus de Braderick.

Romanus de Schouteete Ægidii filius, etiam dignitate Eque- 280 *Romanus*
stri illustris, à morte patris *dominum* se *& Schultetam Lokeræ* 281 *ejus inscriptus*
Waesmonstri &c. indigetavit: ut ex tabulis publicis liquet, quæ 282 *uxor*
datæ in Tribunali V Vaesmōsterano XII Novembris, anno CIↃ 283 *liberi.*
CCC LX III. Uxorem habuit V Vivinam de Rycke; quo conjugio
nati Ægidius, & Balduinus de Schouteete, quorum ille à mor-
te patris prædictas quatuor præturas adiit. Idem dominus fuit
de Saemslach. Uxorem duxit stirpis Maldeghemiæ : ex qua
natus Florentius Clarę Villanæ maritus; unde sustulit Floren- 284 *dominus de Saemslach.*
tium Dominū de Saemslach, Gulielmum Schultetam Lokere,
Waesmonstri &c. Ex quo natus Iodocus, qui postmodum Do-
minium Saemslach accepit; habuitque filium Ioannem. Qui
omnes Dominii Saemslach titulū pro familiæ nomine vsurpa-
rūt: donec an. 1536. morte vltimi hujus Ioannis (qui postremus
eius lineæ mas) cū sine prole decederet, cognomen *Saemslach*
intercidit; & illæ lokeræ, V Vaesmonstri, Dackenamæ & Elver-
selæ præturæ ad Florentium & Mortaigne, ex filia gentis Schou-
tetę proximū heredē, abierunt; qui eas vendidit Carolo de Hā-
nart, Ledekercæ domino : eâq; ratione ultima illa præturarum
per V Vasiam, & quatuor Ambacta, portio; unde Schoutetæ fa-
miliæ nomen, ex eâ gente, post tot sæcula in externam familiam
emigravit. Præter superiorem illum Florentium liberi insuper
Ægidii (Romani filii) fuêre : Hector de Saemslach, & ejus
sorores,

Sorores, Beatrix, quæ Gulielmo Bigardę domino; & Adevvich, quæ Philippo Tollinc nupta est: Ex quibus Hector, & Beatrix, anno CIↃ CCCC XVIII mortuo patre, fuêre superstites. Adevvich verò, jã antè, anno CIↃ CCC XC fine prole decesserat.

285 *Balduinus.* Porrò *Balduinus* prædicti Romani filius, Ægidii Schultetæ frater, uxorem habuit Elisabetham van Steelant, Hellini filiam: qui tertius (ut memorant) in rectâ lineâ ab illo Steenlandæ domino, qui ducta altera filia Roberti Betunii, Advocati Atrebatensis, Betuniæ & Teneremondæ domini (alteram Guido Flandriæ Comes duxerat (Balduinum Guidonem & Ioannam reliquit. hæc ante ætatem periit. Guido conjugē habuit Elisabetham Troncimensem; unde natus Gulielmus qui immaturus obiit.

286 *ejus uxor.*

287 *liberi.*

288 *Bald. 2. ejusdē uxor.* *Balduinus* autem ductâ uxore Catharinâ de Erpe, Philippi Erpæ, Erondeghemi, & Otergheme domini filia, & ex asse herede (cui mater erat Clara Masminia, Gerardi Masminię domini, & Catharinę Maldeghemię Berleghemi dominę filia) liberos sustulit Adrianum, Iodocum, Iodocam, Catharinam, & Elisabetham; quarum postremæ duæ, ad normam D. Clarę monasticam amplexę vitam: Iodoca Roberto van Yedeghem, Equiti, Wiesæ domino juncta est; mater ex illo Ioannis, Stephani, & Elisabethæ: Iodocus sine prole decessit.

289 *liberi.*

290 *Adrianus.* *Adrianus* verò Erpę, Erōdeghemi &c dominus uxorē habuit Margaretā Flandrensem; Ludovici Flandrēsis filiam. qui Ludovici Maleani ex victore filio notho nepos fuit. Filios habuit Florentium, & Iodocū Schouteete. hic nullâ relictâ prole decessit.

291 *ejus uxor.*

292 *liberi.*

293 *Florentius.* *Florentius* cum parentum hereditate, Erpæ, & Erondeghemi domina accepit; & uxorē Adrianam de Liedekercke, Raſonis, Heestruti toparchæ, & Ioannę de S. Omer, sive Moerkercke, filiā. Apud hūc magno studio institit Philippus de Erpe, ut Erpæ cognomē, & insignia assumeret, quod à nobilis ejus loci herede ortus esset, avitumq; id dominiū possideret; sed frustrà: nisi quod Erpensis familiæ insignia suis miscuit, & à potiore dominio, quod fieri vulgò amat, de Erpe vocari, & ipse & posteri passi sunt: in ceteris Schouteete nomen præferentes. liberos reliquit Petrum, & Dorotheam. Hæc sine conjugii fructu obiit.

294 *ejus uxor.*

295 *liberi.*

296 *Petrus.* *Petrus* Erpę &c. dominus Conjugem accepit Isabellam van der Gracht, filiam & heredē Martini, Moschræ, & Moschræ ambacti toparchæ, ex Ioanna vandē Woestyne, *Lacrnæ* domina: ex quo conjugio nati, Frāciscus, Ioāna, & Dorothea: quarū hæc in cunis obiit: Illa Nicolao de S. Omer Walōcapellæ dño nupta peperit

297 *ejus uxor.*

298 *liberi.*

peperit plures liberos: qui omnes ante pubertatem vivere desierunt; exceptâ maximâ natu, Isabellâ; quæ unica parentum heres, conjugem habuit Franciscum de Recourt, equitem; Recourti, Camblini, Castellanæ, Westcapellæ, Ondercouteræ, &c. Dominum, Castellanum hereditarium Lensæ, in Artesia. Ex hoc conjugio orti sunt Franciscus, Philippus, Ludovicus, Iacoba, & Anna.

Petro de Schouteete mortuo successit filius *Franciscus*; Erpæ, Erondeghemi, *Laernæ*, Haute moscheræ, & Moschræambacti dominus. de quo suprà. 299 *Franciscus.*

Numero 111. Num. 117. & 118. Huic successit *Carolus*; præsens Erpæ, *Laernæ*, &c. Dominus. cujus conjugem, & liberos suprà dedi. Hic ad avos, & Majores Batavicæ gentis respiciens, post liminii jure vetus *Zuylanum* cognomen in familiam jam pridem recepit. quod etsi diu ob Præturarum dignitatem (unde, ut dixi, *Schoutecten* id est Prætores, & Schultetæ dicti sunt) sæpe intermissum; non tamen omnino omissum est: neque prisca *Zuylanæ* gentis insignia neglecta, aut mutata. nisi quod Scuti colore à primigeniis illis distent; quod obvium, etjam inter fratres germanos, ut in gente Villana memini observare. Ferunturque adhuc variæ familiæ apud Batavos, quæ omnes à Zuylanâ originem trahunt, quarum insignia eadem quæ *Zuylanæ* gentis, colore itidem ab his diverso. Cujus modi sunt: Vianensis, Culenburgica, Abcoude, Nievelt, Hanoult, ut alias omittam. Habetur autem præsentium armorum gentis *Schoutetæ*, sive ut prisco nomine utar, *Zuylanæ*, auctor prædictus Warnardus Suberaldi filius; qui primò distinctionis caussâ familiæ Zuylanæ armis, gentis Wassenaræ insignia miscebat: Mutato autem solo, relictis Wassenaræ familiæ armis, solis *Zuylanæ* stirpis contentus fuit; colore solummodo scuti mutato. Ceterum illud *Schouteete* cognomen, ab eâ quam dixi dignitate ortum esse; variis locis, & privata familiæ, & publica archiva faciunt fidem. Et nihil tam consentaneum, ac vulgò usitatum; quam ab arte, aut officio, cognomen tribuere: præsertim si perpetuum id sit, & hereditarium. Fuisse autè Præturas per Wasiam & quatuor Ambacta huic genti ab aliquot sæculis hereditarias, ex variis tabulis, & actis publicis ipse vidi. Quod hic monere visum; nè priscum familiæ cognomen putetur quod fuit & dignitatis, & tituli hereditarii. 300 *Carolus.* 301 *Gentis insignia.* 302 *Earum auctor.*

CAPVT IV.

De Scabinis Capitalibus, sive majoribus & eorum munere olim, & nunc.

PRæter Majores, & Scabinos, dictorum locorum, qui vel mediatè, vel immediatè Teneræmondæ domino parent, universim insuper dictis pagis, & quodcumque est Territorii Teneræmondani, præsunt Sepremviri, ex domini pagis electi, quos Scabinos capitales vocant: habentque nunc ut Scabini urbani, Syndicum, quæstorem ærarii, & Scribam. Horum est homines Territorii, & privilegia universim, & singulatim, tueri; rem nummariam curare; assensu Principis tributa indicere; partitiones singulis pagis transmittere; & de his quotannis coram Domini delegatis rationem dare. Præterea si quid olim in materiâ civili controversi, & dubii, in judicando Scabinos dictorum Tribunalium morabatur, ad hos deferri solitum, ut sententiam suam exprimentes, eam nomine Scabinorum pro tribunali, ubi caussa ventilabatur, pronunciari mandarent: idque vocant, ut jam dixi, *ad Caput ire & sententiam capitalem.* Duravit autè ea consuetudo capitalis sententiæ, ad nuperos usque Belgicæ tumultus: ex quo in desuetudinem abiit. Hos exstitisse, & insuper quod de capitali sententia dixi, usitatum fuisse, vel ante Roberti Advocati tempora, id est circa annum CIↃ CC, satis liquet ex ejus Conventione cum Capitulo Cameracensi; ubi hæc sunt verba: *Et sciendum quod dicti Scabini de Odenghem, pro enquesta quæstionum de hereditate, & cathallo, debent ire ad Scabinos terræ de Tenremonda, ad quos usque nunc iverunt: pro enquesta verò aliarum querelarum, & forefactorum, ibunt ad Scabinos de Tenremonda, vel alibi infra Dominium terræ de Tenremonda, prout Ecclesia Cameracensi videbitur expedire.* Itaque ævo priores videntur Septemviris Wasiæ, quos demum anno CIↃ CC XLI à Joannâ Comite Flandriæ, & Thoma Sabaudo ejus marito, institutos constat. Eos video conventum & confessum habuisse in arce, sive domo Teneræmondanâ: Quod palàm facit Transactio Roberti, Guidonis primogeniti, cum Canonicis Teneræmondæ; super mulctis in Moorsele, Wiese, & Gheverghem; ubi hæc verba: *In omnibus forefactis, & infracturis in locis prædictis evenientibus,*

1 *Scabini capitales unde & à quo legantur*

2 *Eorum munus.*

3 *Et sententia capitalis.* Lib. 1. cap. 2. num. 16.

4 *Ea à quo tempore exstiterit usum.*

5 *De his præceptum.* Anno 1243. Articulo 30. Vide infra. cap. 5. num. 46.

6 *Scabinorum antiquitas.* Oudegherst Annal. c. 301.

7 *Eorum Conventus ubi habiti.* Anno 1264. Anic. 9. & 10.

Vide infra cap. 7 numero 44 & 45.

bus, super terris & tenemento dictorum Canonicorum, in quibus dominus Teneræmondensis participat, judicare debent dicti Scabini secundùm legem & statuta Hominum Domini Teneræmondensis; & ad eos venire, si opus fuerit, ad enquestam: in reliquis verò in quibus dominus Teneræmondensis non participat; ad Scabinos Capitales terræ Teneræmondensis, in domum de Teneræmonda, veniant ad enquestam, & secundùm eorum legem, & statuta judicent de eisdem. Ubi illud etiam notandum est: *legem, & statuta* eos habuisse; quæ penitus interciderunt.

CAPVT V.

Quantum ad Flandriæ expensas hoc Dominium conferat.

NVnc ut tamquam è tabella lector videat, Teneræmondæ, ejúsque Territorii opes, & amplitudinem; operæ pretium facturus videor, si cujusque pagi terræ utilis dimensionem hic subjungam, ut facta est anno CIↃ IↃ LII: & insuper ex Censu sive transporto Flandriæ, ut vocant, quantum ad communia Flandriæ tributa, ab hac Dynastiâ conferatur. Et quidem quoad opidum, id in centum libras, quas omnis Flandria confert, solvit decem solidos, id est ex ducentis libris unam. Territorium verò viginti novem solidos: eâque ratione, in mille libras, quatuordecim libras, & decem solidos. Fitque partitio hunc in modum, quæ à dictis *Scabinis Capitalibus* ad singula loca transmittitur.

Amplitudo & eo tributa collatio.

ZELE continet CIↃ IↃCCCC III boraria, dodrantē, & XXIV decempedas: solvit duas libras, & unum solidum.

Singulorum pagorum.

HAMME continet CIↃ CCCC XXXIX. bonaria, dodrantem, & XXXII decempedas: solvit unam libram, & septem solidos.

OPWYCK continet CIↃ C XIII bonaria, quadrantem, & LVI decempedas: solvit libram, & octo solidos.

VYTBERGHE & OVERMEERE IↃ CCCC LXXXIV bonaria, dodrantem, & XLVI decempedas: solvit octodecim solidos.

BERLAERE continet IↃ CCCC XXXXIX bonaria, dodrantem, & CVI decempedas: solvit sexdecim solidos.

S. GILLIS, BELLE, & SWYVEKE continent IↃ C I bonaria, & quadrantem: solvunt simul unam libram.

WETTERE cum LICHTERVELDE continet CIↃ CC LXXIII bonaria:

SCHELLEBELLE cum WANSELE ID LXX bonaria, quadrantem, & LXIV decempedas: solvunt simul cum *Westere* duas libras & duos solidos.

CALKENE continet CID LXXI bonavia: solvit unam libram & duos solidos.

LAERNE continet ID CCCC XL bonaria: solvit cum *Lichterzelt* quindecim solidos.

GRIMBERGHEN continet ID XLV bonaria, & semi, & centum decempedas: solvit duodecim solidos.

MOERSEKE continet CCC LXXXI bonaria, & semi, & centum decempedas: solvit novem solidos.

BASERODE & VLASSENBROECK continent CCCC LXXVIII bonaria, & sedecim decempedas: solvit sedecim solidos.

LEBBEKE continet ID CCCC LI bonaria, quadrantem, & LXII decem pedas: solvit unam libram, & quatuor solidos.

Summa hujus partitionis, ut antè dixi, continet quatuordecim libras, & decem solidos, in singulas mille libras: Territorii autem amplitudo XIII millia bonariorum conplectitur, & insuper C XCIII bonaria, dodrantem, & octo decempedas.

2 *Census Flandriæ quando constitutus*

Prædicta autem partitio ita decreta est, sub Carolo V. Cæsare. Fuerat quidem antè conscriptus hujusmodi census, sub Roberto Betunio, & multo pòst sub Joanne Burgundo Ardenburgi; sed cum uno, & amplius sæculo, magna mutatio locorum facta esset, aliis locis bello, vel inundatione minutis, aliis contrà auctis, câque ratione illa distributio ad inæqualitatem recidisset, novoque ad id opus esset æquilibrio; missi Teneræmondam à Carolo Cæsare Gulielmus de Wale, eques, Hansbeecæ & Axpoelæ dominus: Petrus vanden Houte, & Adrianus Rokeghem: qui quantâ fieri potuit accuratione, modum Justiciæ distributivæ servantes, novum Flandriæ censum condidêre, qui adhuc est in usu, & erit: donec ob dictas causas, novâ iterum erit opus partitione. Hujusmodi autem census *Transportum* vocant, quòd cum, Roberto Betunio ex iniquissimo carcere redimendo, Flandri Regi Philippo Pulchro viginti millia nummûm Turonensium (Meyerus triginta millia dicit) promisissent, datis pignori Insulis, Duaco, & Orciaco; ejusque summæ semissem præsentaneâ pecuniâ redemissent, reliquum pro opibus singularum urbium, pagorumque in Regem transportarunt. Quam tamen pecuniam falsis hostium pollicitationibus adductus, ad se Robertus retraxit: relicto Regi pignore, & renunciatâ redimendi facultate. Quam Galli perfi-

Marchant. Commentationum lib. 1.

3 *Cur Transportum vocent.*

Meyer. ad ann. 1311. & Marchant Comment. 4 lib. 1. Anno 1320.

perfidiam, utraque egregiè postea gens luit: neque ulla umquam solida pax coiit; donec hereditate maternâ Ludovicus Maleanus dictas urbes recepit.

Meyer anno 33. 6.

CAPVT VI.

De tribus aliis Dominiis, quæ Teneræmondæ accensentur.

PRæter ea quæ diximus loca, insuper Territorii Teneræmondensis censentur alia tria, quæ quidē non æquè atq; superiora huic Dominio subsunt, quum jam diu facta Ecclesiastici juris amortisata dicantur; Feudo tamen tenentur ab hujus Dynastiæ Curiâ. Et quamvis cum cetera ditione in censu Flandriæ non contribuant; suum tamen onus pendunt cum hoc opido; idque certâ proportione. Sunt autem *Appels*, *Odenghem*, & *Eeghen*: contiguis omnia limitibus inter Teneram & Scaldim.

Lib Feudal.

APPELS.

ET quidem quod ad *Appels* attinet, id nomen habet à S. Apollonia, quæ nostrâ linguâ (ut & Apollonius) Appels dicitur: ad cujus memoriam celeberrima quotannis hîc peregrinatio; quia cumprimis creditur averruncare dolores dentium. Omnem hunc pagum, *exceptâ hereditate Domini Teneramondensis, & servis quos ibidem habebat* legavit *Margareta Domicella de Teneremonde*, Roberti Betuniæ & Teneræmondæ domini materterâ, Abbatiæ Swivecanæ, Ordinis Cistercienſis, cum omni jurisdictione, Civili & criminali. Quæ donatio ut rata foret, curavit eam confirmari. quâ de re hoc exstat diploma: *Ferdinandus Flandriæ & Hannoniæ Comes, & uxor ejus Flandriæ & Hannoniæ Comitissa, omnibus præsentes literas inspecturis salutem. Noverint universi, quòd Margareta domicella de Teneremonde in præsentia nostra, & Hominum nostrorum constituta, totum feodum quod de nobis tenebat, in manus nostras spontaneè reportavit, & absolutè: & coram nobis, & Hominibus nostris werpivit, & effusticavit. Nos verò divinæ pietatis intuitu, ad preces ipsius domicellæ dictum feodum contulimus, in perpetuam eleëmosynam Abbatiæ de Tenremonde Cistercienſis ordinis apud*

Diplom. 1141

Archiv. Swivecana.

1 *Appelsunde dicatur.*

2 *Cujus fit.*

3 *De ea re diploma.*

Sueweke, perpetuò tenendum, eo modo penitus, quo ipsa domicella prædictum feodum tenebat: ab omni servitio ipsum feodum pro nobis & Successoribus nostris quitantes. In cujus rei testimonium præsentem, paginam sigillis nostris fecimus roborari, Actum anno Domini millesimo, ducentesimo, tricesimo, mense Novembri.

Id probavit Robertus & seorsum; & cum avunculo Guliel- Ibidē diplomate anni 1232. diplom. anni 1248.
mo de Grimbergis, ejusque filio Gulielmo. *Altam* tamen
4 *Justiciam quoad raptum, meurtrum, incendium, & suspensionē, &*
Ibidem alta Justicia cujus. *latronum vim,* ad se postmodum traxit, *mutatione quinque bo-* Diplomate anni 1248.
nariorum terræ jacentis in parochia de Appels, in loco qui dicitur
Woestÿne: quam ad posteros Teneræmondæ dominos, in hoc
ævum transmisit, omnes verò alias Justicias Religiosæ sibi per-
petuò retinuerunt. Eâ de re hoc exstat diploma: *Universis præ-* Ibidem.
5 *sentes literas inspecturis, Robertus Atrebatensis Advocatus, Betu-*
Ea de re diploma. *niæ & Teneræmondæ Dominus, salutem in Domino. Universitati*
vestræ notum facimus, quod cùm religiosæ mulieres, & in Christo
nobis charissimæ, Abbatissa & Conventus de Swiweke prope Tene-
remondam, Cisterciensis ordinis, in Villa de Appels, exceptâ hereditate
nostrâ, & in servis nostris quos ibidem habemus, omnem Justiciam
tam altam, quam bassam habent: nos ad petitionem ipsarum, in dictâ
Villa, & in viis ipsius villæ, quinque altas Justicias videlicet raptum,
meurtrum, incendium, suspensionem, latronum vim, per commutationem
quinque bonariorum terræ, jacentis in parochia de Appels, in loco qui
dicitur Woestÿne, quam propter hoc ipsis contulimus; acquisivimus ab
eisdem tenendas in perpetuum, & liberè possidendas. Omnes verò alias
Justicias, præter quinque dictas, religiosæ sibi perpetuò retinuerunt, in
villa superiùs nominata, exceptis hereditate, & servis nostris. In cujus
rei testimonium, fecimus præsentes literas sigilli nostri appensione
roborari. Actum anno Domini CIↃ CC XLVIII, mense Junio.

6 In finibus hujus pagi Trajectus est ultra Scaldim, qui à Cano- Lib. Feudalis.
Ibidem trajectus cujus. nicis Teneræmondanis in clientela Principis possidetur. Eum
ab his ad alium Feudali olim conditione translatum moneor,
tabulis publicis Scabinorum Capituli Teneræmondensis an- Archivo Ecclesiæ Teneræmond.
no CIↃ CCC XVI: & antè diplomate Guidonis Flandriæ Comi-
tis: qui ut *Teneræmondæ Dominus & Machtildis uxor ejus, &*
7 *heres terræ prædictæ* dat *Gregorio de Appels, ejus complicibus, & Suc-*
De re verba diplomatis. *cessoribus eorumdem, quemdam transitum situm in parochia de Ap-*
pels, versus orientem ab unâ parte, & in parochiâ de Berlaer ver-
sus occidentem ab alterâ: in loco qui dicitur in parochiâ de Berlaer
Aseeldyck ab unâ parte; & in parochia de Appels, in loco qui dicitur

Lang-

Langhaghe ab alterâ trans Scaldam in hereditatem; pro duodecim libris Flandricis annuatim: solvendis mediatim in Natali domini, mediatim in natali beati Ioannis Baptistæ. Salvò jure quod habent, vel habebant in transitu de Appels, quem ab Ecclesia Teneræmondensi hactenus tenuerunt, & adhuc tenent ab Ecclesiâ supradictâ in hereditatem pro suo censu. Hunc autē *Ecclesiæ Transitum*, alium esse ab illo in Guidonis diplomate qui paullò magis vergebat ad Austrum sequentia verba indicant: *Hoc addito quod nullus transitus exceptus his duobus prænominatis, scilicet apud Appels, & apud Asseldyck & Langhaghe, teneri, haberi, nec constitui de cetero poterit, inter locum qui dicitur Abeel abundè parte; & locum qui dicitur Wichline, versus Occidentem ab alterâ: nec pons, vel via aliqua aggredi poterit, per quos dicti transitus diminui possent, vel defraudari: nisi de consensu, & voluntate dictorum Gregorii, ejus complicium, vel eorumdem successorum. Et quod navis quæ pontus dicitur, per quam currus transire potuerit, eat vel ire poterit in transitibus supradictis. salvo jure nostro, & omnium illorum qui pontem & transitum in Territorio nostro Teneræmondensi trans Scaldim tenent. & possident. Super hos nos, & dictus Gregorius, & ejus complices de augmentando censu in arbitrio, vel dicto dilecti nostri, scilicet fidelis domini Michaëlis de Lembeke, militis; vel aliorum proborum super hoc eligendorum, si dicto Michaëli militi abesse contigerit, vel deesse. Et ne præfata actio ab aliquibus posset malivolis de cetero perturbari, dictis Gregorio, ejus complicibus, & eorumdem successoribus, & heredibus præsentes literas contulimus, sigillorum nostrorum munimine roboratas, Datum anno* CIↃ CC LIII. *mense Iulio.*

8 Alter ibidem trajectus.

Utrumque postea Trajectum paullatim Canonici ad se pertraxere; estque nunc unicus altero quem dixi, abolito: quod difficilius illi fuit, quàm sumptuosius: possidebantur enim à plurimis, quorum hic decem habebat dies, alius quinquaginta: ut variè liquet. Unum exemplum satis erit, quod in Obituario Ecclesiæ Teneræmondensis; ubi, *Iacobus Donche dedit pro obitu suo* XX *libras Parisienses, & pro euntibus ad sepulchrum* (Sacellum erat ad D. Virginis, in quo augendæ pietatis ergo Sepulchrum Domini) VIII *libras Parisienses: pro quibus empti sunt* XIV *dies in passagio de Appels, erga heredes quondam Magistri Roberti de Saeghere, anno* CIↃ CCCC XCV. Habent autem in dicto transitu Canonici prædicti Justiciam civilem, & criminalem, quam exercent per Majorem suum, & Scabinos quos habent in ditione sua *Moorsela, Wiese, & Ghevergem.*

9 Nunc unicus.

10 Canonicorum Eidem jus.

Cete-

Ceterùm alluviones ad incolas spectare, sub annuo censu, nuper à Principe definitum: non solùm eis flumen; sed etiam ultra, eo loco qui dicitur *Het Eylant*, id est insula, quem Scaldis novum quærens alveum, à cetero pagi corpore avulsit. Tab. an. 1613 19. Novemb.

ODENGHEM.

11 *Odeghem an Alodium an Feudum.*

SEquitur *Odenghem*; quod nunc vulgò *Oudeghem*, & *Auweghem* dicunt. Id partim est alodium Ecclesiæ Cameracensis; partim verò nostræ Curiæ Feudum. Quatenus alodium; datum est illi Ecclesiæ à Gerardo secundo, XXXIII Cameracensium Præsule. Ejus donationis hoc superest diploma.

12 *Alodium ejus & æquo.*

13 *Donationis diploma.*

In nomine Sanctæ & individuæ Trininatis, Gerardus Dei gratiâ Cameracensis Episcopus omnibus in Christo renatis cælorum gloriam appetere remigio Charitatis. Sciant præsentes, & hù qui nascentur studeant enarrare: quomodo ego pro salute animæ meæ, & prædecessorum meorum, trado ad usus fratrum sanctæ Cameracensis Ecclesiæ matris nostræ, alodium de Lietscinis, & de Wilrehem, cum moneta, cum theloneo & macera, & districto, cum molendinis, cum terris, cultis, & incultis, silvis, pratis, cum servis etiam & ancillis: Alodium quoque apud Odengiem, quod ili habeo, libera ab omni advocatione, & cetera quæ mihi in Brachant hereditario jure succedunt: unde in anniversario meo fratres cibentur, & residua in usibus eorumdem dispendantur. Census quoque servorum, & ancillarum: duo silicet denarii à viro, unus à femina, in nativitate Sanctæ Mariæ, annuatim solvantur; & in lege quâ ceteri sunt, de elemosyna teneantur: & dies anniversarius patris mei, matris meæ, fratrisque mei, celebretur. Dono etiam, domini Manscelini, ejusdem Ecclesiæ præpositi, & archidiaconi petitione, altare de Caldrico eidem matri nostræ Ecclesiæ, liberum ab omni persona; sed annuatim persolvat, quæ ceteræ ejusdem Archidiaconatus capitales Ecclesiæ: tali tamen conditione; ut ter in anno fratres ipsi in refectorio conveniant: quintâ scilicet feriâ absolutionis, & in festivitate S. Gaugerici, quæ est in Augusto, & in sui obitus anniversario. Dat etiam idem Manscelinus eidem Ecclesiæ, alodium quod apud Maronu Waldum habet: servos etiam, & ancillas: concedentibus & assentientibus fratribus suis, Walt'ero, & Tietunino. sicut jure possidet hereditario, servi tamen & ancillæ sub lege sint elemosynæ. Gerardus quoque Cordella alodium suum quod apud eumdem

dem Maronis-Waldum, & circa Teneram, jure hereditario possidet eidem confert Ecclesiæ. Horum igitur petitione, Canonicâ fretus auctoritate, tam in ea præscripta, quàm sua, huic confirmo Ecclesiæ, cartâ & anathemate. Vt autem ratum & inconvulsum hoc maneat, corroboro sigilli mei impressione, & subtùs signatorum attestatione. Sig. mei ipsius Gerardi Episcopi. Sig. ejusdem Mansfelini Præpositi, & Archidiaconi. Sig. Desiderii Archidiaconi. Sig. Gerardi Archidiaconi. Sig. Frederici Archidiaconi. Sig. Alardi Præpositi, & Archidiaconi, Sig. Anfridi Archidiaconi. Hugonis Decani. Wuernebaldi Scolastici, Griodonis Camerii. Sig. Cæsatorum. Anselli de Ribdimente, Fulconis vicedomini, Walteri Tonitrui, Amultrici, Arnulphi, Walteri, Wenchelonis, Walteri Coleti. Actum Cameraci anno ab Incarnatione Domini CIↃ LXXXIX *Præsulatus mei* XIV. *Indictione* XII.

Hæc de alodio Ecclesiæ Cameracensis. Quod reliquum est, feudum Curiæ Teneræmondensis, id Canonici pretio suum fecêre; cùm antè esset Elisabethæ de Blauwere, uxoris Reginaldi Boccaert. Est autem Feudum hoc Dominium quod complectitur circiter sexaginta clientelas, & alia insuper XXXIV hominia; sed quæ non stant judicio tribunalis hujus Dominii. sunt autem ea sparsim sita variis in pagis, Mespelaere, Nieukercke, Everghem, & Leeuvve in ditione Alostanâ. 14 *Feudum, cujus & à quo.* 15 *Ejus fundi jus*

In hoc suo Dominio habent Canonici Mandatarium, qui Capituli res curat; decimas fructuum, emptionum, & relevagiorum emolumenta, recipit; agros locat, Majorem & Scabinos constituit, destituitque.

Enimvero ut manifestum est dictum feudum à Teneræmondæ Domino teneri; ita non est obscurum, in prædictum illud alodium suum illi jus esse: idque ex Conventione inter Robertum Betuniæ & Teneræmondæ dominum, & dictos Canonicos (quam postmodum Philippus Burgundus Maleani Gener confirmavit) cujus seriem hîc visum annotare, cùm ad majorem rei lucem, tum quia frequens ejus hîc est usus. Est autem hujusmodi. 16 *Jo Alodium & feudum Teneræmonda dominæ sui.* Anno 1243. Tabul. anni 1392.

I. *Ego Robertus Advocatus Atrebatensis, Betuniæ & Teneræmondæ dominus, notum facio universis, quod cum controversia verteretur inter me ex una parte, & Capitulum ecclesiæ beatæ Mariæ Cameracensis, ex altera; super justitiis de Odenghem, in tenemento dictæ Ecclesiæ Cameracensis; tandem amicabiliter pax reformata est, secundùm formam infrà scriptam:* 17 *Tabul. Conventionis Roberti Teneræmonda domini cum Canonicis Cameracensibus.*

II. *Sciendum inprimis quod census, & redditus & omnia jura quæ* 18 *De decimis amplissimis*

habere debet dicta Ecclesia Cameracensis in introitibus, exitibus, venditionibus, & emptionibus, & relevagiis omnium terrarum, & aliorum quorumcumque, in teneamento suo apud Odenghem, remanent ipsi Ecclesiæ Cameracensi totaliter in posterum tenenda, sicut habere consuevit, usque ad præsens.

19 De constitutione Scabinatus. *Dicta verò Ecclesia Cameracensis debet ponere Scabinos, in dicto Teneamento suo apud Odenghem, qui judicabunt causas, querelas, forefacta, & omnia quæ erunt judicanda ibidem.* III.

20 De malitia. *Et sciendum, quod in legibus de quibuscumque forefactis, & querelis judicatis per dictos Scabinos, debet Eccl sia Cameracensis habere medietatem, & ego dictus Robertus ratione Dominii de Tenremonde, & successores mei, futuri domini de Tenremonde, debent habere aliam medietatem.* IV.

21 De judicatis obbita. *Ita tamen quod in legibus quæ tro defectu solutionis reddituum, & debitorum dictæ Ecclesiæ Cameracensis judicabuntur, si non solvantur ad diem ad quam debentur, nihil habebit dominus de Tenremonde; sed dictæ leges totaliter erunt Ecclesiæ Cameracensis.* V.

22 De judicio quæ de mobilis vel immobilibus *Hoc etiam salvo; quod si alicui per dictos Scabinos abjudicaretur hereditas, & mobilia, quæ haberet in teneamento Ecclesiæ Cameracensis apud Odenghem, tota hereditas remaneret dictæ Ecclesiæ Cameracensi, & medietas dictorum mobilium: alia verò medietas esset domini de Tenremonde; & nihil haberet in hereditate prædicta.* VI.

23 De Cathalle Estraiers. *Similiter si cathallum Estraiers inveniatur in teneamento Ecclesiæ Cameracensis, apud Odenghem, de quo non sit aliquis, qui possit vel velit jus suum monstrare in eodem; medietas dicti cathalli erit Ecclesiæ Cameracensis: alia verò medietas erit domini de Tenremonde.* VII.

24 De terra Estraiers. *Si verò illud quod est Estraiers sit terra, vel immobile, Dominus de Tenremonde in eodem nihil habebit; sed erit totaliter Ecclesia Cameracensis.* VIII.

25 De manso suo alienato. *In quo tamen servandum est, quod si mansus aliquis modo prædicto, vel alio modo apud Odenghem de cetero veniat in manus Ecclesiæ Cameracensis, dicta Ecclesia Cameracensis si velit, dictum mansum retinebit, ad opus proprii sui mansi faciendum, seu augmentandum donec mansus Ecclesiæ contineat spatium duorum bonariorum: alioquin assignabit ipsa Ecclesia personæ laicali, sub pretio rationabili tenendum, si interim requiratur ab ipsa Ecclesia: & si non infra annum requiratur, dicta Ecclesia post annum quàm citò poterit hoc facere debebit, bona fide: & pretium dicti mansi, sive* IX.

sive sit redditus, vel aliud, erit totaliter Ecclesiæ Cameracensis, & dominus de Tenremonde nihil in eo habere debebit.

X. *Et sciendum est quod omnes causſas, de quibuscumque forefactis & querelis, quæ evenient in teneamento Ecclesiæ Cameracensis apud Odenghem, audiet ex parte Ecclesiæ Cameracensis, Serviens, ad hoc institutus ab eadem Ecclesia, vel à Canonico dictæ Ecclesiæ, qui res ejusdem Ecclesiæ tenebit ibidem: & placitabit idem qui erit, & faciet judicari per Scabinos dictæ Ecclesiæ, & Iusticiam tenebit, & faciet, de omnibus de quibus Iusticia erit tenenda, & facienda.* 26. De iniuria factis, assaltorum & querelarum.

XI. *Ita tamen; quod nihilominus Canonicus prædictus, quando præsens erit apud Odenghem, Iusticiam tenebit si velit, & causſas & querelas quas audire voluerit placitabit, & faciet judicari per Scabinos prædictos.* 27 De eodem.

XII. *Hoc tamen salvo; quod si aliquis fecerit forefactum, unde judicatus fuerit per dictos Scabinos ad perdendum membrum, vel ad mortem, serviens Ecclesiæ Cameracensis, post hujusmodi judicium, si habuerit penes se illum qui judicatus fuerit hoc modo, debet vocare Baillivum, vel alium certum servientem domini de Tenremonde, & reddere eum qui judicatus erit, dicto Baillivo, vel dicto servienti, pro justicia debitâ faciendâ; quam post dictum judicium facere debet fieri dominus de Tenremonde, per Baillivum, vel servientem ipsius.* 28 De judicio capitali vel mutilatorio.

XIII. *Sciendum est, quod dominus de Tenremonde, vel Baillivus ejus, ille scilicet ex ipsis, qui super hoc requisitus fuerit, debet præstare auxilium, & vires, dictis Canonicis, & servienti Ecclesiæ Cameracensis, quando opus erit: alteri eorum simiter, quando opus habebit; unde ipsi, vel alter eorum valeant efficaciter justiciam tenere, & maniare.* 29 De auxilio ad faciendam Iusticiam.

XIV. *Et dictus serviens Ecclesiæ Cameracensis, qui erit apud Odenghem, pro justicia facienda, quando de novo ponetur ibidem, & Scabini dictæ Ecclesiæ apud Odenghem, quoties de novo ab ipsa Ecclesia instituentur, jurabunt, quod bona fide servabunt jura Ecclesiæ Cameracensis, & jura domini de Tenremonde.* 30 De juramento servientis & Scabinorum Ecclesiæ.

XV. *Debet etiam dominus de Tenremonde, vel Baillivus ejus, ille scilicet qui requisitus fuerit, facere servari apud Tenremonde bona fide, in prisione domini de Tenremonde, illos quos serviens Ecclesiæ Cameracensis voluerit ibi ponere, pro forefactis quæ fecerit in teneamento dictæ Ecclesiæ Cameracensis* 31 De custodia captorum.

apud Odenghem: & facere reddi servienti dictæ Ecclesiæ, ad requisitionem dictæ Ecclesiæ, vel servientis ejusdem, sine contradictione.

32 *De alimento capti.* *Ita tamen: quod si positus in prisione, non haberet de proprio suo unde posset sustentari, Ecclesia Cameracensis de expensis quas faceret, de assensu servientis sui in prisione, solveret medietatem quamdiu esset in prisione, & Dominus de Tenremonde aliam medietatem.* XVI.

33 *De appellando Rio.* *Et si serviens Ecclesiæ Cameracensis faceret aliquod forefactum de quo placitare deberet, idem serviens requisitus à serviente domini de Tenremonde, debet idem factum placitare bonâ fide, quàm citò poterit opportunè.* XVII.

34 *Item idem.* *Et si serviens domini de Tenremonde requisierit, servientem Ecclesiæ Cameracensis de placitando aliquo fore facto, & persona forefacti sit præsens; serviens Ecclesiæ Cameracensis, secundum dictum Scabinorum, debet accipere securitatem de standojuri, à dicta persona: quod si non faceret, serviens domini de Tenremonde hoc faceret, posset.* XVIII.

35 *De relato.* *Item serviens Ecclesiæ Cameracensis requisitus à serviente domini de Tenremonde, coram dictis Scabinis, de placitando aliquo forefacto, & dictus serviens Ecclesiæ Cameracensis fuerit in defectu placitandi dictum fore factum, per dies octo posit dictos octo dies possit placitare idem forefactum, cum serviente Ecclesiæ Cameracensis, si idem voluerit placitare dictum forefactum: & sine serviente Ecclesiæ Cameracensis, si idem serviens non voluerit prædicto placito interesse.* XIX.

36 *De justitia de hereditate.* *Hoc salvo; quod causas de hereditate non poterit placitare, nisi serviens Ecclesiæ Cameracensis, vel Canonicus ejusdem Ecclesiæ.* XX.

37 *De appreiandis.* *Et sciendum quod si calida pugna evenerit, in teneamento Ecclesiæ Cameracensis apud Odenghem, ubi serviens Ecclesiæ præsens non sit, serviens domini de Tenremonde, si sit præsens potest, & debet tenere pugnantes, & arrestare: ita tamen, quod quando arrestaverit eos, tenetur eos reddere apud Odenghem, servienti Ecclesiæ, pro Justiciâ faciendâ de factò eorum.* XXI.

38 *Quæ forefacta communia.* *Et si aliquod forefactum evenerit in viâ, vel chemino, ubi terra ex utraque parte sint de teneamento Ecclesiæ Cameracensis, dictum forefactum erit commune Ecclesiæ Cameracensi, & domino de Tremonde, Vbi verò ex altera parte via, vel chemini terra sunt de teneamento Ecclesiæ Cameracensis, si forefactum evenerit in medietate viæ, vel chemini; versus teneamentum dictæ Ecclesiæ; dictum forefactum similiter erit commune Ecclesiæ Cameracensi.* XXII.

censi, & domino de Tenremonde: & serviens Ecclesiæ Cameracensis dictum forefactum faciet judicari, per Scabinos dictæ Ecclesiæ, & justiciam faciet de istis, sicut de prædictis.

XXIII. *Sciendum est quod serviens Ecclesiæ Cameracensis debet levare* 39
omnia forefacta, quæ levanda erunt, in teneamento ejusdem Ecclesiæ apud Odenghem, & judicata per Scabinos prædictos: ita tamen, ut debeat vocare servientem domini de Tenremonde, ut interfit cum ipso ad levandum. De levando, forefacta, & requirendo judicata.

XXIV. *Et si serviens domini de Tenremonde vocatus non venerit, ser-* 40
viens Ecclesiæ Cameracensis nihilo minus poterit levare dicta forefacta, sub testimonio Scabinorum dictorum, & accipere partem dictæ Ecclesiæ Cameracensis: ita, quod partem domini de Tenremonde dictis fore factis relinquet in manu dictorum Scabinorum, servandum ad opus domini de Tenremonde. De eodem.

XXV. *Et si serviens Ecclesiæ Cameracensis, esset requisitus à serviente* 41
domini de Tenremonde, de levando aliquo forefacto judicato per dictos Scabinos, & non levaret, dum tamen opportune posset; serviens domini de Tenremonde poset levare dictum forefactum, sub testimonio Scabinorum Ecclesiæ Cameracensis: parte tamen Ecclesiæ Cameracensis, de dicto forefacto, salvâ remanente Ecclesiæ Cameracensi; & positâ in manu prædictorum Scabinorum, ad opus Ecclesiæ ejusdem. De eodem.

XXVI. *Et si aliquis fecerit forefactum, in teneamento Ecclesiæ Ca-* 42
meracensis apud Odenghem, qui non posset capi ibidem, & inveniatur in terrâ domini de Tenremonde, extra libertatem villæ de Tenremonde, vel habeat aliqua bona extra libertatem villæ de Tenremonde; dominus de Tenremonde, vel Baillivus ejus, debent eum tenere, si cum jure poterunt: & dicta bona faisire, & levare dictum forefactum, secundùm judicium Scabinorum Ecclesiæ Cameracensis de Odenghem: & de dicto forefacto, & de aliis forefactis, in teneamento Ecclesiæ Cameracensis apud Odenghem, ubicumque levata fuerint, per dominum de Tenremonde, extra teneamentum Ecclesiæ Cameracensis, debet habere dicta Ecclesia Cameracensis in emolumento medietatem, & dominus de Tenremonde aliam medietatem. De capitatione Rei sumitur Odenghem.

XXVII. *Et sciendum quod hospites Ecclesiæ Cameracensis apud Oden-* 43
ghem, debent ire in exercitum domini de Tenremonde, quantum terra de Tenremonde durabit. Obligantur ad militiam.

XXIIV. *Hoc salvo; quod dictos hospites non poterit ducere dominus de* 44
Tenremonde, ultra terram de Tenremonde. Quatenus.

XXIX. *Et hoc salvo, quod quàm citò homines unius villæ domini de* 45
Tenre- De missione à militia.

Tenremonde licentiabuntur, ad reducendum; hospites Ecclesiæ Cameracensis de Odenghem redire poterunt liberè ad domos suas, & sine contradictione.

46 *De inquisitione consuetudinum.*

Et sciendum quod dicti Scabini de Odenghem pro inquestâ quæstionum de hereditate, & cathallo; debent ire ad Scabinos terræ de Tenremonde, ad quos usque nunc iverunt; Pro inquestâ verò aliarum querelarum, & forefactorum; ibunt ad Scabinos de Tenremonde, vel alibi infra dominium terræ de Tenremonde: prout Ecclesiæ Cameracensi videbitur expedire. XXX.

47 *De jure dominæ Tenremondensis.*

Et sciendum quod dominus de Tenremonde, nihil juris debet amplius habere, in hospitibus Ecclesiæ Cameracensis, apud Odenghem. Neque in forefactis, & in quibuscumque evenientibus in teneamento dictæ Ecclesiæ, præter eâ quæ supra expressa sunt, ad eum pertinere ibidem: nisi in servis, & ancillis suis & hominibus Advocatiæ suæ, in quibus jus suum remanet ei salvum, sicut debet habere. XXXI.

48 *De partitione à morte servorum vel Ancillarum.*

Ita tamen; quod post mortem servi, vel ancillæ suæ, pro partitione bonorum eorumdem facienda per servientem Ecclesiæ Cameracensis, duos solidos debet habere Ecclesia Cameracensis: in quibus dominus de Tenremonde nihil habebit. XXXII.

49 *De jure Majoris.*

Et sciendum, quod si Major Ecclesiæ Cameracensis aliquid juris habuerit in legibus prædictis, remanet silvum eidem, sicut hactenus habere consuevit. XXXIII.

50 *De jure Messarii.*

Salvæ similiter remanent Meßario Ecclesiæ Cameracensis, cujus dicit scilicet agrorum, leges de forefactis, in custodiâ suâ, sicut hactenus habere consuevit. XXXIV.

51 *Traditorum confirmatio.*

Vt igitur præmissa rata, & firma permaneant in posterum, ego dictus Robertus *Advocatus Atrebatensis, Betuniæ & Tenremondæ dominus, præsentem paginam, in testimonium præmissorum, sigilli mei appensione feci communiri. Datum anno Domini millesimo, ducentesimo, quadragesimo quinto, mense Majo.* XXXV

Ex hâc conventione satis manifestum est, non modo in suæ Curiæ Feudum, Teneræmondæ domino jus esse; sed etjam in Alodium illud Ecclesiæ Cameracensis, quod negare deliri magis sit hominis, quàm periti, ut abundè testantur præter alios, articuli IV, XII, XIII, XIV, XVI, XXI, XXVI, XXVII.

52 *Hanc Conventionem de Alodio esse non de feudo.*

Si quis respondeat superiora illa de feudo hujus curiæ, non de illo Alodio capienda; id quidem frigidius est hibernâ glacie: quum superior illa Conventio sit super *Justiciis de Odenghem, in teneamento Ecclesiæ Cameracensis*; ut ex ipso proœmio con-

constat: quo tempore feudum hoc, penes Canonicos nondum fuisse palàm est, quod anno demum CIↃ CCCC LXXIV emptum, à Reginaldo Boccardo. penes quam gentem (etsi hic uxorio nomine vendidisse creditur) multo ante id feudum fuerat: qui ejus ratione, *Oudenghemi* se *Dominos* inscripserunt. ut variè reperi in Collectaneis Cornelii Gaillardi, equitis, reguli armorum, sive ut vulgo Haraldi. Ubi exstant *Hugo Boccard dominus de Odenghem: & Dionysius Boccard, dominus de Odenghem.*

Lib. Feudalis.

Contiguus *Odenghemio* pagus est nomine *Mespelaer*, ditionis Alostanæ; per omnem Europam nobilis, nuperâ in ventione magni illius thesauri, in quo immani numero aurei numi, Romanæ monetæ omnes. De quo quidem thesauro variæ, ut homines sunt, opiniones feruntur. Vulgus incolarum à Turcis ibi defossum existimat, quos etiam sui templi conditores adserunt, plebeio omnino commento: quum Turcæ in hæc ultima terrarum numquam perruperint. Sed ignoscendum id illis cò magis, quòd barbaros, & feroces, populares nostri passim *Turcas* vocant. Gotthorum & Vandalorum populationes fortè à majoribus accepêre, iis si Turcarum nomen accommodent, & hunc thesaurum imputent; nihil alienum à multis eruditis sentiant, non tamen mecum; hâc præsertim ratione: quod Romani omnes ii numi, neque ulla Gotthicæ monetæ admistio: cujus non minor illis cura fuisset quàm Romanæ. Verisimilius mihi ab ipsis Romanis ibi conditum: fortè iis, qui declinante per Gallias imperio, Cameraco pulsi, Tornacum fugientes, inde etiam ejecti sunt, urgente Clodione Francorum Rege, quem magnam ejus gentis stragem ad Scaldam edidisse, Historiarum monimenta produnt: aut iis, qui paullò pòst, anno CCCC LXXXIX à Gandensibus pulsi, cùm ea gens in Francorum concessit imperium; qui huc se inter duo flumina, ut in tutum receperint: & cum prælii fortunam aut hostium irruptionem timerent, defoderint; eo animo, ut si victores essent effoderent, sin minùs, nihil inde molestiæ aut in fugâ acciperent, aut si vitam cum thesauro amitterent, nihil desiderii. Idque eo magis; quod hunc locum, præter Teneram, & paludes quibus naturâ munitur, fossa insuper centum nonaginta pedes lata, hemecycli in modum, ambiat: adeò ut à Tenera oriens, duobus passuum millibus, aut circiter longa, denuò in Teneram finiat. Hæc maximè visitur in confinio *Odegemi*, & *Mespelaer*, medio inter utrumque loco, ubi *den Zyp* voca-

Mirræus anno 1607.

53 *De invento super thesauri dissertatio.*

54 *Incola defossionem Turcis tribuunt.*

55 *Cur ibi ignoscendum.*

56 *Alii Gothis*

57 *Cur non recte.*

58 *Quid propius vero.*

Meyer. anno 445.

Annonius Lib 1, c 5.

Meyer. anno 489.

59 *Ejus rei indicium.*

60 *Fossa munitionis causa.*

61 *Via.*

vocatur. alibi, hîc illic viæ caussâ obducta est. Mediam rivulus secat; utriusque velut limes. Incolæ de eâ rogati, aut nescire se fatentur, aut veterem Teneræ alveum fuisse, existimant. Qui oculos in occipitio habent, facilè vident manuductam esse (qui Romanis ad vallum mos, etjam *in unius noctis transitum* inquit Vegetius) cùm ex æquali ubique latitudine, tum ex lunari formâ: quum fluminum alvei flexuoso sint cursu. Huic meæ de Romanis suspicioni accinens clarissimus Aubertus Miræus (etsi in tempore differt) *Suspicari*, inquit *fortasse liceat, eos à quæstore aut alio quopiam, ex legione Romanâ in hibernis agente, defossos esse: atque eo quidem tempore quo* (verba apud illum sunt Eusebii ad annum C LXXIV) *tanta per totum orbem pestilentiâ exstitit; ut pene usque ad internecionem Romani exercitus delerentur.* Quod ad numerum attinet, aut pretium thesauri (in quo etjam rutilantes pyropi, aut aliud pretiosi lapilli genus, incerto tamè auctore, perhibetur) nihil est certi: quum ipse Inventor id numquam expresserit; neque eo sit judicio, ut veros æstimatores, & antiquitatum gnaros intelligere, aut indole, ut admittere potuerit, & quod existimo, vix eâ memoriâ, ut numerum inire valeat. Hoc tantùm constat: inter cetera, eodem numi genere habuisse, consequenti serie *Traianum, Adrianum, Antoninum Pium, M. Antonium Philosophum, Faustinam matrem, M. Aurelium Philosophum, Faustinam filiam, Commodum, & Verum:* omnes auri valore circiter octo florenorum. Felix erat, bona si sua nosset, nunc tanti thesauri inventor, quo nullus umquam major uno numorum & metalli genere repertus creditur; & quem solidum judicio Principis possedit, vix aliud habet quàm meminisse, Feliciores

62 *Incolarum de ea trad.*

63 *Romanorum in munitendo opus.*

Lib. 3. cap. 8.

Chronic. anni 160.

64 *De numero & pretio numorum.*

65 *Inventoris ingenium.*

66 *Quinam consequenti serie.*

67 *Quo auri pond.*

Quels Dieux divitias dederunt, artemq; fruendi, Horatius Epist. 6. lib. 1.

Inscriptiones autem quas nanciscì datum, nè hujusmodi deliciarum amantes frustret, sunt hæ: quarum alias ipse descripsi, alias à R. D. Dominico Varennio, descriptas, accepi.

68 *Aliquot Inscriptiones.*

Imp. Cæsar Traianus Hadrianus Aug. Versâ facie, *P. m. tr. P. Coss. III,*

Hadrianus Augustus, facie versâ. *Coss. III.*

Hadrianus Aug. Coss. III. PP. Genio P. R.

Antoninus Imp. Cæsar Hadr. Aug. Pius P. M. T. Divus Antoninus.

Anto-

Antoninus aug. P P. T. R. P. O. Coſſ. IIII.
Antoninus aug. pius PP. T. R. P. O. T. Coſſ. II.
Marius Antoninus aug. Germ. T. P. XXIX. Liberalitas Aug. Imp. VII. Coſſ. III.
D. Auguſta Fauſtina. Æternitas.
Imp. Cæſ. M. Aur. Ant. Aug. Concordia aug. R. T. R. P. XVIIII.
Aurelius Cæſar Aug. P. H. F. T. R. P. O. T. XIIII. Cos. II.
Fauſtina Auguſta Tempore Felic.
Imp. Cæſ. L. Verus Aug. Saluti Auguſtor. T. R. P. III. Cos. II.

Hæc occaſione viciniæ, de immenſo illo theſauro pauca. Nunc ad Inſtitutum.

EEGHENE.

PRæter *Appels* & *Oudeghem*, de quibus dixi, Teneræmondæ inſuper accenſetur *Eeghene*, quod Dynaſtarum dono jamdiu ad Abbatiam Affligemenſem tranſlatum eſt; habeturque feudum, quod Teneræmondæ domini beneficio poſſidetur. Suum tribunal habet, Majorem, & Scabinos. Templum autem non habet; ſed in Eccleſiaſticis ſubcenſetur *Wichlina*, pago ditionis Aloſtanæ. 69 *Eegem ejus.* lib. feudal.

CAPVT VII.

De tribus Alodiis Capituli B. Mariæ Teneræmondenſis.

SVPERSVNT *Wieſe*, *Moerſele*, & *Gheverghem*: quæ loca olim partim familiæ Teneræmondanæ; nunc etjam, quatenus Canonicis ſubſunt, Teneræmondæ dominio annumerantur; ſolentq; ut reliqua, ad dictos Septemviros ſive Scabinos Capitales noſtri Territorii *ad inquiſitam ire*, ut ex variis quæ ſuperſunt ſententiis liquet. Idq; credo in uſu fuiſſe, jam inde à tempore Conventionis inter *Robertum Betunium*, Guidonis primogenitum, Betuniæ, & Teneræmondæ domi- archiv. Scabinorum. anno 1264. 1 *Tria Canonicorum Alodia quæ.*

2 *alisfia.*

num, & *Canonicos Eccleſiæ Teneræmondenſis* : quam paullò pòſt dabo. De illis autem locis, ut planiùs agamus : ſciendum inter Teneræmondam, & Aloſtum eſſe, ultra Teneram

WIESE.

3 *Wieſa vetus nomen*

ET quidem quod ad *Wieſam* attinet, ea in priſcis diplomatibus *Winſia* appellatur. Eſt autem partim Alodium, quod dono RINGOTI & ADELVVIDIS dynaſtarum Teneræmondæ, ab hujus opidi Canonicis poſſidetur; continetque circiter tertiam totius pagi, eſtq; à vectigalibus, impoſitionibus aliiſque hujuſmodi oneribus immune. Ad militares tamen expenſas Præſidii Teneræmondani cum hoc opido contribuit. Reliquum verò feudum eſt, quod à comitatu Aloſtenſi tenetur. Spectat autem nunc ad nobilem gentem *van Tedeghem*; cujus origo refertur ad dominium pagi Yedeghem, in ditione Gerardi montana: numeratq; inter Majores *Balduinum van Tedeghem*, qui omnium primus ponitur inter plurimos præcipuæ per ea tempora nobilitatis, qui ſigillo ſuo conſignarunt tabulas Dotationis Abbatiæ ſancti Cornelii Nienovenſis, factæ ab illuſtri viro Gerardo de Grimbergis, Equite, Grimbergæ & Nienovæ domino, anno CIↃ CXCV. Paullo pòſt *Leykinum van Tedeghem* vixiſſe, Blandinienſis Abbatiæ monimenta teſtantur: ubi anno CIↃ CCXVII ſignavit *donationem Goſuini de Schevdeleke, Oliveri filii.* quod utrumque argumento eſt primariæ ab illis uſq; temporibus nobilitatis. Eadem gens præter priſcæ illud, & clariſſimæ nobilitatis ſpecimen, id etiam illuſtre habet, quod ab aliquot retro ſæculis affinitate juncta eſt, cum *Maſſminis, Maldeghemys, Hole, Zaerſtach, Steeland, Haveskerke*, aliiſque plurimis ſuperiori tempeſtate primæ notæ familiis.

4 *quatenus Aloſtenſi comiti.*

5 *quatenus feudum cujus*

6 *Tedeghemia feudi origo.*

7 *antiqua nobilitas.*

8 *& priſca affinit.*

Diplom. Odardi 1108. lib. 2. c. 7. n. 11.

Ibidem.

vide infrà n. 11.

archiva familiæ.

Poſtquam autem prædicto Wieſæ dominio potiti ſunt, cõtinuatâ generis ſerie per rectam lineam, ad præſens uſque tẽpus, interuallo ducentorum, & quadraginta quatuor annorum, cum præſtantiſſimis itidẽ familiis conjugia cõtraxerunt. & quidem primò: *Stephanus van Tedeghe* Voordæ toparcha, duxit *Catharinam van Wieſe*, Roberti van Wieſe, Wieſæ dñi filiam: quo conjugio hoc dominium conſecutus eſt; & ad poſteros ſui nominis tranſmiſit. Hujus rei teſtes ſunt tabulæ fundationis Sacelli D. Virginis in tẽplo Wieſæ, an. 1368. 20. April. è quibus adhuc integra dependent ſigilla prædicti Roberti Wieſæ dñi, & Stephani van Yedeghem, ejuſdem generi. Prædicti Stephanus, & Catharina reliquere filiũ, *Robertum van Tedeghẽ*, V Vieſæ dominũ; cui conjux fuit *Clara de Luu:* ut liquet ex archivis Cameræ

9 *Tedeghemii Wieſæ domin.*

ad ann. 1612.

Ibidem 1362.

10 *eorum conjugia cum familiis.*

Ibidem.

11 *Tedeghem Vvieſe.*

12 *Yedeghem dẽ Luu.*

Ibidem 1421.

parti-

partitionũ Gandavi; ubi dicti Robertus, & Clara despondent filiã Catharinã Ioanni van Marike, assensu Ioannis van Yedeghẽ, maximi natu filii, & uxoris ejus Cæciliæ vã Liedekerke, 21 Ibidem 1419. Mart. an. 1425. *Robertus* & *Clara* habuêre filiũ. *Ioannem van Tedeghẽ*, Wiesæ dñm; qui uxorẽ habuit *Caciliam*, filiã Stephani *van Liedekerke*, dicti de Gavere, Equitis, ut in iisdẽ archivis Cõtractus matrimonialis docet, 29. Octob. an. 1419, *Ioanni* & *Ceciliæ* succellit *Robertus van Tedeghẽ*, filius, Eques, Wiesæ dñs; Ibidem 1460. Maritus *Iodocæ de Schoutecten*, aliàs *Zuylen*, filiæ Balduini. Erpæ domini; cui rei fidẽ facit hereditatis divisio, per dictũ Ioannem & Cæciliam, Alosti in Curiã feudali, coram hominibus, & ejus opidi Scabinis 13. Maii, an. 1460. *Robertũ* & *Iodocam* filius excepit, *Stephanus van Tedeghẽ*, Eques, V Visæ dñs. Is conjugem nactus est *Adrianam van Haeverin*. Caroli filiam: ut patet ex eorum Ibidem 1518 monimento, quod in tẽplo V Viesæ adhuc visitur. *Stephanus* & *Adriana* reliquêre filiũ *Carolum van Tedeghem*, Equitẽ, V Viesę dominum qui duxit Catharinam vander Dilft, Godefridi Embiesæ domini, filiam: cujus conjugii testem habeo Indicem bonorum, in Curiã herciscundæ familiæ Gandavi, à Caroli & Ca- Ibidem 1535. tharinæ liberis exhibitũ, 8. Octob. an. 1535. Post *Carolum* & *Catharinam*, filius *Iacobus van Tedeghem*, Eques V Viesæ dominiũ, & Embiesę possedit. Is Gubernator fuit, & supremus Prætor Teneræmondensis. Uxorem habuit *Agnetem de Ghyselim*, aliàs *Busbeke*; Georgii Busbekę domini (magni illius Augerii Ghisleni Busbekii parentis) filiã: ut constat ex Contractu antenuptiali, 12. Octob. an. 1556. Hic & suis & majorum in Principem meritis, eximiũ à rege Catholico privilegium accepit. Nam quum V Viesæ dominiũ inter illos 22. pagos censeatur, qui vulgo *Propriam Comitis* nuncupantur (ubi quoscumq; nasci contigit, servæ conditionis sunt, dicunturq; *Manus mortuæ*, (singulari quâdam gratiâ, ab ea servitute in perpetuum immunitatem Prætorio suo comparavit. Quâ de re vidi autenticũ diploma, Regis Ibidẽ 1564. Philippi II, datum Bruxellis, 5 Iulii an. 1564. *Iacobus* & *Agnes* Ibidẽ 1611. habuêre filiũ. *Carolum van Tedeghẽ*, Equitem; V Viesę & Busbekę dñm, & *Philippũ van Tedeghẽ*, Equitem V Vattinæ toparchã: quorũ hic uxorem duxit *Margaretã de Thiennes*, Ioãnis Willer. ziani dñi filiã. Ille verò, nunc temporis Mandatarius Principũ, novandis per Flandriã magistratibus, & supremus Prætor urbis, Salæ, & Castell Iprensis, Conjugẽ habet *Mariã de Cortewylle*, filiã Iodoci, Equitis dñi Cortewylle, Bost, &c. Prędicti *Car.* & *Maria* habent filiũ *Ioannẽ van Tedeghẽ* Scutiferũ, Baronẽ Busbekę,

13 Yedeghem Liedekercke.

14 Tedeghem Schoutecten *alias* Zeylen.

15 Tedeghem Halewyn.

16 *Tedeghem* vander Dilft.

17 Tedeghem. Ghyse in *alias* Busbeke.

18 *Insigne privilegium.*

19 Tedeghem.

Thiennes.

20 *Tedeghem* Cotteveylle.

Wattouwæ dominum, ad officia oris, inter palatinos apud Sereniſſimos Archiduces, Belgicæ Principes, jam pridem admiſſum.

Hæc ut ſuprà exarata ſunt, ipſe vidi: cùm in ipſis autographis, & autenticis; tum in excerptis Collectaneorum nobilis viri Cornelii de Gaillart, Equitis, armorum olim regulæ in quibus multa ſeria, & accurata, quoad antiquitates, progreſſus, ſucceſſiones familiarum Flandriæ, ex urbium archivis, epitaphiis, inſcriptionibus, & aliunde, ſunt congeſta.

21 *Wieſæ templum à quo auctum.*

Hujus pagi templum, Deo Servatore dicatum eſt. Ejus pars extremæ eſt antiquitatis: reliquum autem ante ſacra nuperæ tempeſtatis bella, à *Iacobo van Tedeghem*, Equite, ſuperiore hujus loci Toparchâ, accuratâ ſymmetriâ ſtructum: ubi in columnarum capitibus, ad rei memoriam inciſa ſunt nomina ſuperiorum Wieſæ dominorum, eorumq; Conjugum, cum armis gentilitiis. Jus patronatus, ad Abbatem Affligemenſem ſpectat. Sacelli autem collatio ad loci Toparcham.

MOORSELE.

22 *Moorſela ſuæ.*

SEquitur *Moorſela* partim ditionis Aloſtanæ, ut dixi, partim alodium: quod itidem Canonici Teneræmondenſes, veterum præbendarum, ut vocant, poſſident, dono dictorum dynaſtarum *Renzoti* & *Adelwidæ*. Complectitur autem pagi duos trientes: habentq; ibidem Majorem, & ſeptem Scabinos: quorum tres ex Wieſa deliguntur, ceteri hinc. Hi Juſticiam exercent civilem, & criminalem, iis locis qui Canonicis, ut dominis, ſunt obnoxii. Criminales tamen ſententias Prætor Teneræmondanus, exſequitur. Quatenus autem hi ditionem habent, eatenus immunitas viget, qua Wieſæ incolæ, Canonicorum ſubditi, gaudent. Reliquum Aloſto ſubcenſetur.

dipl. Odardi Epiſc. Camerac.

23 *ibidem immunitas.*

vide ſupra nu. 4.

24 *& D. Gudula ſacellum.*

Hic vel ante novem ſæcula fanum fuiſſe, ex *D. Gudulæ* vitâ conſtat; in quod ejus divæ corpus, ex Ham vicinæ Brabantiæ pago, illatum diu quievit: miraculorum numero admirandum. quorum famâ illectus *Carolus* (ille, cui rerum geſtarum præſtantia *magni* cognomen peperit) huc properavit; & religioſè oblatis Deo precibus, ad tumulum conſanguineæ ſuæ divæ (erat

Stephan. Tucens.

25 *ibi canobiū.*

enim nata Amelbergâ, Pipini regis filiâ) Cœnobium condi juſſit, ubi ad hujus virginis memoriam, virgines Deo viverent; quibus ad alimoniam & ſarta tecta memoratur tribuiſſe pagos *Hā*,

Meyer. rerum Flandricarum tomo 3.

& Moor-

& Moorſele: ſtetitq; illud, donec communi regionum gentium-
que clade, à Danis everſum eſt, tranſlatis ante Cevremontium
reliquiis: unde denuo rebus pacatis huc relatæ. Sed cùm vaſta-
to loco; & ereptis à Wenemaro quodam facultatibus, paulla-
tim fervor magis magiſque deficeret; Carolus Brabantiæ dux
frater Lotharii Francorum regis, ſanctum corpus Bruxellam
transferri juſſit; condiq; ad D. Gaugerici (quod aulæ, quæ
tunc in inſula Sennæ fluminis, erat contiguum) hæſitque hîc
donec à Lamberto Gozilonis Brabantiæ ducis genero, quem
Comitem Baldericum vocant, condito in monte D. Michaë-
lis templo, fundatoq; XII Canonicorum Collegio, eo trãſlatum
eſt: ubi tantâ famæ celebritate cultum memorant, ut omiſſo
D. Michaëlis titulo, templum in *D. Gudulæ* nomen conceſſerit;
eaque tutelaris urbis diva habeatur.

26 *à quibus everſum.*

Divæus lib. 1. cap. 3.

27 *D. Gudulæ corpus à quo tranſlatum.*

28 *Datum ubi olim Bruxella aula.*

Ibidem & li. 1. cap. 5. anno 3047.

29 *D. Gudulæ templum Bruxel. à quo.*

Enimvero quod ad ſuperiorem Moorſelæ donationem at-
tinet, viſum hic annotare, quod Meyerus (cui æternum Flan-
dria debet) aliunde in ſuos annales tranſtulit: *Arnulphum Comi-
tem Flandriæ multa Cœnobiis detraxiſſe, quæ ſuæ diviſit nobilitati.*
& inter cetera *Abbatiæ Gandenſi Moorſelam, Maſminam, & Me-
rendram.* Ex qua narratione ſuſpicari aliquis queat, aut donati-
onem Caroli magni Moorſelano Cœnobio factam, aut hanc
Arnulphi ablationem, falſam eſſe: cùm eodem tempore utrũ-
que Cœnobium *Moorſelam* poſſediſſe non potuerit. niſi utro-
bique totum pro parte legatur; quod non uſque adeò abſimile
vero. Illud autem conſtat *Maſminam* & *Merendram* etſi extra
noſtræ ditionis Territorium; jam olim tamen, ſive Arnulphi
dono, ſive aliàs, ad Teneræmondenſem familiam devolutas,
hujus noſtræ Curiæ feuda eſſe. *Moorſelam* autem partitò datam,
pars enim Aloſtano Comiti paret, pars ad Teneræmondenſem
familiam devenit; & inde ad hujus opidi Canonicos.

30 *Super. Moorſ. de donatione annotatio.*

anno 956. ex Chronic. D. Bavonis.

31 *Maſmina & Merendra feuda Curiæ Tenerem. ramondanæ.*

32 *Moorſela pars ſeculi.*

GHEVERGHEM.

33 *Gheverghem ejus.*

POrrò *Gheverghem*, etjam Alodium eſt Moorſelæ conti-
guum; in quod ex dictorum RINGOTI & ADELVVIDIS
dono, ſoli Canonici noſtri, jus habent. Sacellum ibi viſitur D.
Stephano ſacrum.

34 *Ibidem ſacellum.*

Dipl. Odardi anno 1108. vide l. b 2. c. num. 11.

Tria hæc Alodia quæ dixi, cùm prædicti Canonici jam ad
annos CLVIII liberè, ut aiunt, poſſediſſent; tandem *Robertus*
Guidonis primogenitus, paullulum eorum jus reſtrinxit: ut

patet ex Contractu qui eâ de re, & scripto, & usu superest: cujus hæc sunt verba.

35 Conventio Roberti Teneramondæ cum Canonicis Teneramondi.

Nos ROBERTVS *Comitis Flandriæ primogenitus, Atrebatensis, Advocatus, Betuniæ & Teneramondæ dominus, notum facimus tam præsentibus quàm futuris, quod cùm inter nos ex unaparte, & viros venerabiles Decanum & Canonicos veterum præbendarum Ecclesiæ B. Mariæ Teneramondensis, in quâ jus patronatus dignoscimur obtinere, super Justiciis terræ, & tenementi, ac etiam hospitum dictorum Canonicorum in Moorsele, Ghevergkem, & in Wiensc, controversia non modica verteretur; tandem pro tranquillitate & pace dictæ Ecclesiæ, & utilitate communi, super præmissis, post inquisitionem legitimam inde factam inter nos & dictos Canonicos veterum præbendarum, mediantibus bonis viris pacificatum & compositum fuit amicabiliter, hunc in modum.* Archivo Ecclesiæ Teneramond. I

36 De Constitutione Majoris & Scabinorum.

Canonici prædicti debent in locis prædictis ponere Majorem, & Scabinos septem homines boni testimonii, & bonæ famæ; & eos deponere, & alios substituere, quotiescumq; opus fuerit, prout fuit hactenus observatum. II

37 De eorum juramento.

Dicti verò Major, & Scabini, infra octiduum post receptionem suam, & etiam antequam ad aliquod judicium faciendum procedant, tenentur venire apud Teneramondam, & ibidem debent jurare coram domino Teneramondensi, vel ejus Baillivo, sive Servicnte, qui præsens fuerit, quod ipsi jura domini Teneramondensis, in iis quæ ad ipsum spectant, in dictis locis, secundùm legem, & judicium bonâ fide servabunt. III

38 De eorum potestate.

Dicti verò Scabinis ad submonitionem & adjurationem Majoris sui prædicti, possunt & debent placitare, & judicare de omnibus foresactis, & infracturis, quæ evenerint in locis prænominatis, supra terram & tenementum dictorum Canonicorum. IV

39 De mulcta in causa hereditatis.

Ita quod quælibet emenda, in causâ hereditatis, pro quâ dicti Canonicis tres solidi Bruxellenses ab antiquo solebant in dictis locis adjudicari, in eodem statu judicabitur, & illa emenda trium solidorum Bruxellensium debet esse totaliter dictorum Canonicorum. V

40 De aliis multis.

Omnes autem aliæ emendæ, & escanciæ tam denariorum quàm cathallorum, quæ in locis prædictis judicabuntur, & evenerint erunt partibiles inter nos & Canonicos prænotatos: ita quod nos inde medietatem habebimus, & dicti Canonici reliquam medietatem habebunt. VI

Terræ

VII *Terra verò, & hereditates si quæ fuerint, quæ per aliquod forefactum, vel alia de causa alicui, vel aliquibus fuerint abjudicatæ, & erunt totaliter dictorum Canonicorum.* 41 *de terris fusticio ereptis.*

VIII *Jura verò emptionum, & venditionum tenementi sui, in dictis locis sibi totaliter remanebunt.* 42 *de jure emptionum.*

IX *Sed notandum, quòd de omnibus forefactis, & infracturis in locis prædictis evenientibus, supra terram & tenementum dictorum Canonicorum, in quibus dominus Teneramondensis participat, judicare debent dicti Scabini secundùm legem, & statuta hominum domini Teneramondensis, & ad eos venire, si opus fuerit ad inquestam.* 43 *de fusticia forefactorum.* 44 *& inquestis.*

X *In reliquis verò in quibus dominus Teneræmendensis, non participat, ad Scabinos Capitales terræ Teneramondensis, in domum de Teneremonde veniant, ad inquestam, & secundùm eorum legem, & statuta judicent de iisdem.* 45 *de ceteris iudicijs & inquestis.*

XI *Si verò aliquis per forefactum suum, mortis vel membrorum sententiâ fuit condemnatus, ibidem; Baillivus Teneramondensis debet corpus dicti condemnati accipere, & facere de ipso Iusticiam judicatam, ubi voluerit, extra tenementum dictæ Ecclesiæ.* 46 *de executione sententiæ criminalis.*

XII *Cathalla verò taliter condemnatorum, si qua per judicium acciderint, partibilia erunt, modo prædicto, inter nos & Canonicos memorator.* 47 *de cathallis damnatorum.*

XIII *Sciendũ est etiam quod de quolibet fore factò cõmuni inter nos & dictos Canonicos, non licebit dictis Canonicis pro parte suâ, aut nobis pro parte nostrâ facere aliquã pacem, donec emenda super hoc fuerit judicata: nisi fortè tam nos, quam dicti Canonici in simul & concorditer pacem fecerimus de eodem. Sed post judicium prolatum, cùm emenda fuerit judicata, non possumus de parte ad nos spectante nostram facere voluntatem, & dicti Canonici possunt simliter facere de suâ parte. Si verò aliquis hospitum seu tenentium dictorum Canonicorum, in locis prædictis condemnatus fuerit per judicium, ad aliquam emendam pecuniæ, ad quam solvendam cathalla ipsius non sufficiant, hereditas sua quam tenet de Canonicis, vel aliqua pars dictæ hereditatis ad hæc sufficiens, vendatur pro solvenda nobis, & dictis Canonicis emenda prædicta. Et si dicta hereditas, vel pars hereditatis, plus vendita fuerit, bonâ fide totum residuum pretii ultra dictam emendam, dicto hospiti, seu tenenti, manebit.* 48 *de compositione in causa criminali.*

Debet

49 *De dicendo jure.*

Debet autem Major dicti loci in causis ad nos & dictos Canonicos communiter pertinentibus, adjurare Scabinos prædictos, sub fide & Sacramento: quæ tam dictis Canonicis, quàm domino Teneremondensi fecerit, ut proferant jus, & legem, quotiescumq; super iis eos contigerit adjurari. XV.

50 *De bannis & proclamationibus.*

Banni etjam ad causas communes inter nos & dictos Canonicos prænotatos proclamabuntur, & fient per dictos Majorem, & Scabinos, tam ex parte nostrâ, quàm dictorum Canonicorum: & emendæ inde provenientes, inter nos, & ipsos modo prædicto, communes erunt. XVI.

51 *De immunitate vocalis.*

Præterea sciendum est quod hospites dictorum Canonicorum in dictis locis, ab omni tallia, servitio, & exactione erga dominum Teneræmondensem sunt, & erunt perpetuò liberi, & immunes: & etjam ab omni exercitu, & chevalcia. XVII.

52 *De obligatione ad militiam.*

Hoc salvo; quod quoties opus fuerit, & super hoc fuerint sulmoniti ex parte domini Teneramondensis, tenentur venire apud Teneremondam cum armis, & ibidem moram facere pro defensione villæ, castri, & terræ Teneramondensis, unà cum aliis hominibus Teneremondensibus. XVIII.

In cujus rei testimonium, & robur, perpetuum, præsentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno millesimo, ducentesimo, sexagesimo quarto. feriâ quintâ post B. Mariæ Magdalenæ, mense Iulio. XIX.

53 *Philippi 2. Austriaci privilegium.*

Hanc Conventionem approbavit ROBERTI & Canonicorum rogatu, Episcopus Cameracensis: & nuper etjam Philippus Secundus Austriacus: nominatim illum articulum de immunitate, ab exercitu & chevalcia. Sed ejus diploma, ne cui in posterum fraudi sit; visum hîc errorem detegere, qui illorum vitio irrepsit, qui Regi supplicarunt. Nam quum dono REMIGII sive RENGOTI CALVI, Moorselam Canonici adepti sint, ut jam monui, & suprà liquidò constat, ex Odardi Præsulis diplomate; ejus tamen donationis auctorem ROBERTVM Comitem, per ignorantiam faciunt. Atverò conformiter ultimo illi dictæ Conventionis articulo, & XXVII cum Capitulo Cameracensi, cujus suprà exemplar dedi, horum pagorum incolæ, cum aliis nonnullis, comparuerunt coram Senatu Teneræmondano. Quâ de re quod in acta publica relatum est, non inconsultum hîc inserere, Latinitate donatum. Archiv. Ecclesiæ Teremond. li. 2. c. 28. fi. li. 1. cap. 6. numero 17.

54 *De Obligatione ad militiam tabulæ.*

In nomine Domini, Amen. Præsenti instrumento notum sit omnibus, quod anno Domini CIↃ CCCC LXXVII, XI *Indictione*, XI *Februarii, Septimo Pontificatus anno Sanctissimi in Christo domini nostri Sixti* Archiv. urbis.

Sixti quarti, in præsentiâ meâ, & testium infrascriptorum, singulariter ad id vocatorum, & requisitorum, venerunt in propriâ personâ boni viri & Incolæ pagorum Appels, Oudeghem, Eeghene, paludum S. Odulphi, Moorsela, & Wiesa sitorum in Territorio Teneræmondensi, apud dominum, legem, & Consilium opidi Teneræmondensis, rogantes, & requirentes humiliter, ut iis placeret speciali gratiæ beneficio, considerationem habere, erga dictos Incolas pagorum, & locorum suprà dictorum, quoad servitium, quod prædicti incolæ pagorum, & locorũ suis sumptibus in prædicta urbe tenentur facere; quando homines urbis Teneræmondensis prædictæ, suo Principi, aut domino, in bello serviunt aut cùm aliàs, prædicta urbs opus habet, sicut prædicti incolæ nunc tenentur facere, quamdiu homines urbis serviunt suo Principi, & domino: Concluſum est, & Conventum, & speciali beneficio gratiæ concessum, à prædictis domino, lege, & Consilio Civitatis Teneræmondæ, prædictæ, ut durante hâc vice, homines urbis prædictæ, suo Principi & domino serviant, donec opidum Teneræmondæ prædictum magis necesse habeat. Tum potcrit quarta pars dictorum pagorum, & locorum, pauperes solum, sine crimine aut offensâ domi manere, neque omnino venire in opidum: & tres ceteræ quartæ partes facient suum servitium, ut oportet, per vices, nempe de occiduo, in occidium: ita quod tantum media pars trium quartarum semper tenebitur esse in opido prædicto, nocte, & die, ex quâ medâ parte debebunt excubare, cum Incolis prædicti opidi, sex homines, Volentes & protestantes prædicti Dominus, lex, & Concilium, quod hoc speciale beneficium gratiæ, & consensus non erit, in futurum ullo modo in præjudicium, aut damnum opidi prædicti. Super quibus ut prædicta sunt, prædicti homines consentiebant: & prædicti Dominus, lex, & Concilium petebant à me Notario fieri instrumẽtum unum, aut plura. Hæc acta sunt Teneræmondæ in domo Senatoria, in Conclavi, anno, mense, die, & Pontificatu, ut suprà, præsentibus discretis viris Ioanne Gheerts, habitante Teneræmondæ; & Petro de Waele, habitante in Zele, testibus ad hæc vocatis, & rogatis. Et ego Nicolaus de Prato, presbyter, Rector Ecclesiæ parochialis de Lemberghen, sacrâ Imperiali auctoritate notarius, Cameracẽsis Diœcesis, quia præmissis omnibus, & singulis dum sic ut præmittitur fierent, & agerentur, unà cum prænominatis testibus interfui, eaque fieri vidi, scivi & audivi, idcirco hoc publicum instrumentum manu meâ scriptum, signo meo, & nomine signavi: in fidem, & testimonium omnium & singulorum præmissorum, rogatus, & requisitus. Signatum. N. de Prato.

CAPVT VIII.

De Ditione

BORNEHEMIA.

1 *Cur hic Bornehemi mentio.*

SVPEREST cum suis pagis *Bornehemum*, Baronatus titulo nobile: quod etsi non sit Territorii nostri, tamen occasione viciniæ aliquid hîc dicturi sumus, Auctarii vice. Est autem *Bornehemum* ea ditio, quæ cum *Teneramonda*, & *Gerardi-monte*, constituit tertium illud in divisione *Flandriæ* membrum: censenturque juris proprii, aut ut Meyerus ait, *optimo jure prædia, ac nulli obligata.* quod quoad *Bornehemum* de priscis dominis *Flandriæ Comitibus* intellige: qui ejus ratione, neque *Cæsari*, neque *Gallo* fuêre Clientes. alioquin de hodiernis secus est: nam postquam ad *Flandriæ Comites* semel devenit; eâ lege divulsum est, ut in eorum clientela posslideretur. Conplectitur autem *Inghene*, *Haesdonck*, (priscis *Havekesdonck*) *Eyck*, *Wintam*, *Mariekercke*, & *Opdorp* Limites habet, ad ortum Rupellam (amnis est Nethæ & Diliæ, qui juncti eo loco qui vulgo Tonghské, id nomen adsciscunt: fortè à curvato, erucarum more fluxu, & flexu. Nam & subtumidus est Rupella; & multos exiguo spatio meandros habet: & nos erucas: quę simili incessu, *Ruypen* vocamus) ad meridiem Puerscheſ (dominium Abbatiæ S. Bernardi) & rivulum dictum *Coninx beke* (id est Regis-Tortentem) ad Septemtrionem Scaldim: ad occasum item Scaldim, & pagum S. Amandi.

Rerum Flandric. tomo 3.

3 *Quæ sit Bornehemi Flandriæ.*

4 *Eius amplitudo.*

Electus sive Numeramentum Domus.

5 *Finis.*

6 *Bornehemiensis quod judicia prævalerint.*

Bornehemi incolis dedit olim *Guido Flandriæ Comes* hoc Privilegium: quod *ex Colonensis* familiæ archivis descriptum, publici juris facio.

Guido Comes Flandriæ universis præsentes litteras inspecturis salutem. Noveriti universitas vestra, nos dedisse hominibus nostris de Bornehem, talem libertatem: videlicet, quod ante Castrum Gandense, justionem seu institutionem super judiciis suis pet ant. & quod ad alium locum, quàm ad castrum Gandense, à nobis vel servientibus nostris, duci seu citari non possunt pro institutione super judiciis suis habenda: quando nos homines nostros de Flandria tales habebimus, qui ipsos instruent, & judicium eis dabunt. Hoc notato quod feuda, hereditates, & catthalla,

cathalla, illo modo partiri debent homines de Bornhem, quo ante collationem istius libertatis partiri consueverunt, sub testimonio præsentium literarum. Datum Gandavi anno millesimo, ducentesimo, quinquagesimo septimo in die Cinerum.

Leges etiam, & Libertatem, quas aliquotantè annis Marie-kerca Incolis *Hugo de Gandavo Castellanus Gandensis* dedit, Antiquitatis inter esse, nisi hîc darem. sunt autem hæc:

ex archivis familiæ Cortenensis.

I *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Sa'utem in perpetuum. Quoniam fragilis est hominis vita, & labilis memoria, & ea quæ in mundo sunt, citius ab humanis sensibus evanescunt; necessarium est, ut quæ ad posterorum noticiam pervenire debent, studio solerti scripto commendare. Ea propter ego Hugo Gandensis Castellanus, uxor ej, mea Oda, filiusq; meus Hugo primogenitus, notum facimus omnibus tàm præsentibus quàm futuris, præsens scriptum inspecturis, quòd villam de Basserode S. Mariæ, liberam sub hac forma constituimus.* 7 Incolarum Mariakerca legem.

II *Ut inhabitantes villam liberam mensuras quinquaginta pedum latitudinis, & centum pedum longitudinis habeant: & singula mensuræ singulis annis duos solidos Flandrenses, & duos capones, nobis & successoribus nostris solvant.* 8 loci domini quæ lege.

III *Concessimus etiam eis, ut habeant viginti bonaria palustris fundi, ad opus ignis, hoc modo: quod de quinquaginta jugalibus vel iculis, nobis duos solidos Flandrenses solvere teneantur. Et si quis plura vehicula receperit, magis solvet: & qui minus, minus.* 9 de mensura ad ignem.

IV *Si quis verò inventus fuerit superflue plures turbas (id est cespites) sibi attrahere, sub foresfacto quinque solidorum Flandrensium erit. Et si cui vendiderit; viginti solidorum prædicti numismatis nobis reus tenebitur.* 10 in hoc contra.

V *Si quis etiam Burgensium foresfecerit in tantum, quod coram Iudicibus, & Scabinis comparere minimè voluerit; nobis decem libras Flandrensis monetæ persolvet: & insuper alienabitur à villa libera per annum: nec redibit in eamdem, nisi de consensu Castellani, & Scabinorum, et licebit.* 11 de profugo ob crimen.

VI *Si quis Burgensis alterius sanguinem fuderit, nobis trium librarum Flandrensium reus tenebitur.* 12 de effusione sanguinis.

VII *Si quis alterum percusserit, sine sanguinis effusione; nobis viginti solidos Flandrenses, & de convicciis & opprobriis quinque solidos persolvet.* 13 de percussione citra sanguinis & convicia.

VIII *Si quis extraneus quoque, prædictorum modo, in Burgensem infra libertatem liberæ villæ excesserit; duplici pœnâ punietur.* 14 de multa extranei.

IX *Constituimus etiam quod Burgensis ejus dictæ villæ, nec Castellano,* 15 villa & quæ lingua in ea divina celebrentur.

no, nec successoribus suis, nisi in propriâ terrâ, & intra teutonicâ linguam debeat assistere.

16 *Si verò Castellanus vel successor ejus in communi exercitu captus fuerit; Burgenses concilio Scabinorum in deliberationem ipsius, manum auxiliatricem, & ad militiam filii sui primogeniti, & ad desponsationem filiæ primogenitæ, eis debent porrigere.* X

qui inter Domino succurendum.

17 *Et si contigerit, quod aliquis extraneus dictam villam residendi causâ introierit intra annum se & sua introducet: & nulli aliàs respondere tenebitur.* XI

de commigratione extranei.

18 *Et si quis Burgensium utriusque sexus obierit infra libertatem; proximus extraneus non habet apponere in domum suam, nisi in eâdem libertate manserit: & hoc Castellani, & Scabinorum fiat consilio.* XII

Extraneus quo modo hæreditet.

19 *Constituimus etiam de thelonio: quod si quis extraneus vendiderit equum, vel equam, vel extraneus emerit infra terminum libertatis; venditor dabit duos denarios, & emptor duos: & si quis extraneorum vendiderit, aut emerit vacuum pecus, quod supra decem solidos valeat; emptor dabit duos denarios, & venditor unum. Nec aliquis Burgensium solvet theloneum, quicumque infra ambitum libertatis novæ villæ emerit, vel vendiderit.* XIII

de theloneo.

20 *Insuper servi Castellani, in villa liberâ commanentes, libertate villæ prænominatæ privabuntur.* XIV

qui hoc privilegium violaverit.

21 *Constituimus etiam pro bono pacis: quod ubi Castellanus pro alieno excessu decem libras acceperit; ille qui injuriam passus est, quinquaginta solidos recipiet: & ubi Castellanus tres libras acceperit; injuriato quindecim solidi persolventur; & ubi Castellanus viginti solidos acceperit; quinque solidi Flandrensis moneta injuriato tribuentur.* XV

de compositione passi injuriam.

22 *Si verò contigerit, quod aliquis extraneus ad inhabitandũ liberam villam advolaverit; Castellano duos solidos, & Officiali suo quatuor denarios, & singulis Scabinis duos denarios, & hos Flandrenses persolvet.* XVI

Extraneus quo pretio liberæ villæ capax.

23 *Injuriatus etiam Burgensis, si queri neglexerit; idem patietur, quod injurians.* XVII

De actione injuriarum.

24 *Censum quidem liberæ villæ tenẽtur Burgenses in festo S. Andreæ solvere: quod si in eadem die non solverint; cum forefacto duorum solidorum Flandrensium persolvent.* XVIII

Census quando solvendus.

25 *Et si quis Burgensis aliàs detentus fuerit, sive justè, sive injustè; Cõburgenses sui tenentur ipsum liberare tali conditione: ut si justè fuerit detentus, liberare debent detentum sumptu ipsius: & si injustè; cum sumptu liberæ villæ revocabitur.* XIX

De liberatione Incolæ alibi detenti.

Et

XX *Et notandum: quod quidquid paginæ præsentis forma non continetur; Scabinorum judicio relinquimus terminandum.* 26 privilegium Scabinorum.

XXI *Ut igitur præscripta rata permaneant, & inconvulsa, & ab omni axactione liberrima; sigillorum nostrorum appensione, sub jure jurando roboravimus. Actum anno Domini millesimo, ducentesimo, vigesimo octavo, mense Martio.* 27 Ex originali dato.

Eodem in pago Asylum est, quo se fontes indies recipiunt, ob inviolatam loci immunitatem, cujus originem nondum sum assecutus. 28 Mariæ Kerca privilegium.

Fuit autem hoc *Bernehemi* dominium antiquitus penes gentem *Villanam*, sive *Gandavitam*: in qua invenio eo potitos *Castellanos Gandenses*, omnes quantum arbitror ex ordine. Nam de *Folcardo* qui vixit anno CIↃ LVI, ejusq; ex filio nepote *Wenemaro*, compertum habeo ex diplomate quod subijciam; & de *Sigerio* itidem qui ibi conditus; tum de *Hugone* patre, ex tabulis quas mox dabo; & denique de *Hugone* filio, quod & alia, & D. Bavonis archiva ostendunt: quorum omnium de scriptione *Calkena*, in *Castellanis Gandensibus* suprà meminit: manstque in eâ stirpe, donec in Flandriæ communionem cōcessit, ævo primum *Margaretæ Augustæ*, quæ eam ditionem ab *Hugone Gandensi Castellano*, quem dixi, accepit, pretio quatuor millium, quingentarum, viginti sex librarum, duodecim solidorum, & septem denariorum Flandrensium malè Marchantius ter mille, quingentas, & quindecim libras Parisienses, hujus emptionis pretium ponit: quem suprà secutus sum: illud enim refellit *Mariæ Castellanæ* diploma, quo dictæ emptioni assentitur, in hæc verba: 29 Præfati domini.

lib. 1. c. 3. nu. 791.

tab. an. 1250. 30 Incidit quæ de Flandria juncta.

Comment. lib. 2.

Archiv. familiæ Colonæ. *Universis præsentes literas inspecturis I. Præpositus Sonegiensis Canonicus, & Officialis Camerac. Salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod dum vir nobilis Hugo Castellanus Gandensis villam de Borneh. meam castro, & homagio, redditibus, Alodiis, Dominio cum quo omni Justicia, & omnibus pertinentiis dictorum villæ & Castri, pro pretio quatuor millium, quingentarum, viginti sex librarum, duodecim solidorum, & septem denariorū Flandrensium vendiderit illustri dominæ Margaretæ Flandriæ, & Hannoniæ Comitissæ, & werpiverit, liberè & absolutè perpetuò possidēdum; mulier nobilis Maria uxor domini Castellani, in præsentia nostra & injure constituta, in propria persona propter hoc specialiter venditioni & werpitioni hujusmodi expressè consensit, & omni juri quod in dicto castro, villa, & eorum appendiciis quibuscumque, ut superiùs dictum est, habebat, vel habere poterat, ratione dotis, seu assignamenti sibi facti nomine dotis, vel aliâ aliquâ quacumque-* 31 ex diversitabula.

de causâ, ad opus dictæ Dominæ Comitissæ, & ejus heredibus & successoribus, expressè renunciavit, fide & juramento, voluntate spontaneâ, & sine aliqua inductione super hoc præstitis, ab eadem in manu nostra: promittens quod in dicto Castro villa, & eorum appendiciis, ut dictum est, venditis, ratione dotis, aut assignamenti sibi facti nomine dotis, nullum jus de cetero reclamabit, nec contra dictam venditionem, & Werpitionem veniet in posterum, per se, vel per alium: recognoscens sibi æquivalens assignamentum de sua dote, seu escambium aliàs factum esse, à prædicto Castellano, marito suo. Et in præmissis omnibus renunciavit prædicta Maria, uxor dicti Castellani, omnijuri sibi competenti vel quod sibi competere posset in posterum, contra præsens instrumentum, & ea omnia, & singula, quæ in eodem sunt contenta. In cujus rei testimonium præsentes literas sigillo sedis Cameracensis, ad instantiam & postulationem dictæ domina Mariæ, uxoris dicti Castellani, fecimus sigillari. Datum & actum anno Domini millesimo, ducentesimo, quinquagesimo: feriâ secundâ ante Nativitatem B. Mariæ Virginis.

Alteræ hujusmodi de verbo ad verbum tabulæ exstant, datæ ab *Officiali Tornacensi*, eodem anno, *feriâ sextâ ante exaltationem sanctæ Crucis.*

Erat autem *Hugo* ille, *Castellanus*; *Gandersis*, filius *Hugonis*, duodecimi *Gandaviæ* gentis *Castellani*; quod vel ex temporum ratione constat: quum hæc venditio facta sit anno CIↃ CC L. quo tempore *Hugonem* parentem ejus vitâ functum, ex familiæ archivis liquidò apparet, & suprà docui.

Meyer. ann. 1250.

Il. 3. c. 1 an. 1207.

32 *Ubi Canonicis Canonicorum.*

Memoratur autem ab hujus gentis dynasta olim hîc loci conditum Cœnobium Canonicorum regularium; quod postea *Fulgentius Abbas Affligemiensis suscepit regendum, tradente Abbate, Canonicis ejus monachis factis.* Eam resignationem evenisse audio propter amissionem bonorum, sive inundatione, sive aliàs. Mutatum exinde in Prioratum ordinis Benedictini, qui etiam num adhuc viget: deguntque ibidem monachi Abbatiæ Affligemensis, qui illic sacra obeunt. Illud *Cœnobium circa annum millesimum, centesimum fundatum* Aubertus Miræus scribit; sed *Abbate secundo eum Sodalibus suis institutum Benedictinum in Affligemio amplectente, universa ejus loci prædia Affligemiensibus accessisse.*

33 *Quomodo mutatum.*

Analect. Hasdunii Anselm. Abbas Chronic. an. 1110.

34 *Quando constitutum.*

Origines Gemblacenses in auctario.

35 *Quando mutatum.*

Ibidem ipse Conditor humatus creditur, ejusque id monimentum fuisse, quod ante sacra hæc bella spectabatur circa cryptam, ad septemtrionale templi latus. Hunc autem fuisse putem *Folcardum de Gandavo Castellanum Gandensem*, cujus suprà

36 *Ubi sepultus.*

Gollerdan. Gallard.

37 *De conditore opinatur.*

post

li 3. c 3. nu. 103. Archiva. familiæ.

post *Lambertum* memini: idq; in mentem venit, quod jam inde ab eo ævo, hoc Cœnobium stetisse sciam, ex hoc Wenemari Castellani diplomate: *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, ego Wenemarus Gandensis Castellanus Ecclesiam apud Bornehem feci libertate donari, ita ut Canonici inibi manentes, duos Presbyteros non de claustro; sed alios officio congruos apud Havekesdonck, constituant, quemadmodum tempore avi mei, imò ab ipso avo meo Fulcardo, sub anno confirmatum est.* Neque suprà hunc, ejus Cœnobii ætatem producendam video; quum sub secundo Abbate translationem factam Miræus asserat, anno CIↃ Ↄ XX. ut Anselmus Gemblacensis notavit: Folcardum autem jam inde ab anno CIↃ LVI Castellanum fuisse, ex Chronico D. Bavonis constet; aut si diplomatum fidem aliquis requirat, anno saltem CIↃ LXXII: quo anno Folcardum Castellani titulo usum Blandinii monimenta convincunt.

vide l. 3 c. 1. n. 193.

Ejusdem gentis alterum ibidem sepulcrum visitur, cum antiquâ effigie, armatâ loricâ, casside, clypeo, in quo familiæ Castellanorum ritu (quod *cum est arbuncu* o armorum regulivocant) insignia, & gladio in manu, cujus mucro sursum erectus. Saxo adhuc inscriptum legitur. 38 *alterum ibidem monimentum.*

Anselm. Harduini.

SIGERVS CASTELLANVS.

GAndensem Castellanum fuisse nemo dubitet, tum quòd hoc dominium stirpis Gandaviæ, tum quòd Gandensibus Castellanis peculiaris ille scribendi mos, ut suprà dixi. 39 *ejus inscriptio.*

li. 1. c. 3. nu. 491.

Aliquantò post dictam emptionem, inter alia etiam hæc ditio oppignorata est *Roberto Castetano*, Roberti Betuni Flandriæ Comitis secundo nato filio, in assignatione annui redditus decem millium librarum Parisiensium antiqui pretii, sive, quod perinde est undecim millium ducentorum quinquaginta florenorum (valet enim vetus libra Parisiensis floreno & octava, ejus parte) donec illam postmodum cum aliis non nullis in solidum accepit à nepote Ludovico (cui fatalis locus clade Gallicâ contra Anglos Cressiaci agnomen dedit) & ad filiam *Iolanthidem* transmisit, quæ *Henrico*, Bari Comiti nupta, in *Barensem* familiam eam transtulit; unde ad gentem *Luxenburgicam* migravit, conjugio unicæ filiæ *Roberti Barensis*, cum *Ludovico Luxemburgico* S. Paulli Comite, & apud Gallos Equitum Magistro. Post hunc *Antonium Luxemburgensem* hoc Dominio potitum 40 *Hæc ditio est oppignorata.* 41 *(vetus libra Parisiensis pretium)* 42 *à quo tempore, & à quibus hereditate possessa.*

Meyer. anno 1253. Sanderus Flandr. illustr. tom. 1. cap. 12. Meyer. ibidem.

Meyer. anno 1311. Idem anno 1346. Anselm. Harduini & Marchant. Comment. tom. 1. & 2. Anselm. Harduini.

tum lego, anno CIↃ CCCXC. Inde paucis pòst annis invenio *Philippum Clivienſem*, Raveſtanæ, *Bornehemi*, Inghenæ, & Wynendalæ dominum. Poſt hunc *Alphonſus Davalus*, Marchio Vaſti, aurei velleris Eques, hanc ditionem poſſedit. Hunc excepit *Marchioniſſa Piſcaræ*, cum *Duce Vendomio*; cujus, tabulis anni CIↃ IↃ LXVI, mentio. His ſucceſſit *Alphonſus Davalus* Arragonenſis Aquinas, Marchio Vaſti & Piſcaræ; à quo ad familiam Colomenſem emptione devenit anno CIↃ IↃ LXXX: in qua primus eſt *Petrus Coloma*, Bornehemi Baro, Dominus Marickerke, Bobadillæ, & Ternaſi, qui uxorem habet *Ieannam Leſuyer*, Roberti filiam, vicecomitem Durlani; Bretellæ, Ternaſi, Alenę: Morienſarti, & Serouxi dominam: quorum poſtrema duo adepta eſt hereditate ampliſſimi viri Franciſci le Vaſſeur in Cõcilio Status Belgici Regi Catholico à ſecretis, & inclitiordinis aurei velleris Scribæ.

Anal. Herdumi. Ibidem an. 1527. Ibidem ann. 1564. Archiv Tenazmond. tabulæ emptionis.

43 *Tranſmi ſus dominus.*

44 *ejus uxor.*

45 *Idem nuncupatus anniſſus.*

Habet autem Bornehemum præter prædictũ novum Cœnobium, & veterem quam dixi Abbatiam, quæ in Prioratum converſa eſt, vetuſtam arcem: quæ à quo condita ſit, ignoratur. Credibile tamen à villanis ſive Gandaviis; quos eâ ditione potitos conſtat à ſexcentis prope annis, ut ſuprà docui: fortè etiã multo antè, Comitum novi Caſtri tempore, de quibus etiam Calkenæ deſcriptione dixi. Intùs in areæ medio turris eſt rotunda, ſupernè plana, ſummâ operis firmitate. hanc ante arcem ſtetiſſe narrant. Incolæ ad Iulii Cæſaris ætatem, & antè, ejus originem referunt; eamque ipſam fuiſſe contendunt, quam Gygas ille incoluit à Brabone cæſus: hoc allato aſſertionis ſuæ argumento, quod Brabonem Lovanio Gandavum rectà viâ iter feciſſe Brabantiæ Annales narrant quando gygantem obvium duello vicit. Viam autem Lovanio Gandavum, non per Antverpiam; ſed hàc ducere. Hæc illi. Tantus eſt amor antiquitatis ut eam quiſque vel à fabulis ſibi aſſerat.

46 *Ibidem arx*

47 *Ipſa turris.*

48 *De ejus origine*

49 *Gygas à Brabone ibi cæſus*

vide nu 6. & 14.

cap. 2.

Fuit jam olim ea Arx Flandriæ feudum, ut hæc verba *Hugonis Caſtellani* XII teſtantur. *Et recognoſco* quod Caſtrum meum de Bornhem de ipſo (Comite Flandriæ) in feodum teneo: & quandocumque dictum Caſtrum petierit; illud ei ad uſus, & conſuetudines Flãdriæ, ſine aliqua contradictione concedam. Sita eſt autem ad ripam veteris Scaldæ ubi id flumen latiſſimũ adhuc habet alveum, credas tamen non Scaldim fuiſſe, ſed è Scaldi derivatum. Id verò flumen quanta à ſe divortia fecerit, nunc compendium perruptione quærẽs, nunc longo per meãdros ambitu ſerpens, non ex priſcis modò riparum aquarumq; veſti-

vestigiis, hic & alibi constat; sed etiam è litterarum monimentis est manifestum. Cæsar hoc flumen suo tempore in Mosam influxisse dicit: quod nunc mirum, nisi accuratiùs dispicienti in mentem veniret, veterem inter insulam Tholensem & Brabantiæ continentem alveum fuisse, ante vehementes illas Oceani irruptiones; quibus immensum spatium hîc illic gurges hausit, effecitq; ex continente eas insulas, quæ nunc Zelandiæ, id est maris terræ, nũcupantur. Vlissingam certè ad annum 1010 CCCC LXXX Flandriæ continentem fuisse Marchantius auctor est. Sed nimis remota loquor. Dabo hîc quod fidem superet; nisi illam indubitatæ fidei archiva adstruant. *Coudenburgi amplum in Wasia dominium* (quo nunc vir nobilis Christophorus van Etten Henrici filius potitur) habuit aliquando circa prædictam arcem aliquas possessiones. In iis erant duo loca *Den grooten Weerd*, & *den Cleynen Weerd*: ut docent tabulæ Walteri de Coudenburgh, Walteri filii, anno 1010 CC LIV. De iis apud Bavonenses Gandavi hæc exstant: *Walterus de Coudenburgh, miles, & Machtildis ejus uxor, & Ægidius miles, eorum primogenitus, vendiderunt Ecclesiæ S. Bavonis terrã quæ dicitur magnus Weerd & parvus Weerd, cum duabus garbis decimæ dictæ terræ, & omnibus appendentiis, jacentem inter Tamisiam, Bornem, & Thielrodã, Scaldam & Durmam aquâ undique interclusam: exceptâ piscariâ extrà dictũ, & altâ justiciâ, tam intrà, quàm extra dictum. Pro quâ terrâ contulerunt Abbatiæ in feudum duodecim libras annui redditus, ad S. Bavonis solvendas, quamdiu uterque Weerd manserit non dicatus* (id est aggere septus) *Alteroverò Weerd dicato, ita quod Ecclesia fructus percipiet de eodem, solvet Ecclesia viginti libras: Et utroque Weerd dicato ad plenum, ita quod Ecclesia fructus percipiat, & quamdiu remanserint dicati, solvet ipsis Ecclesia annuatim quadraginta libras.* Hæc anno 1010 CC XL. Multa hîc notanda; sed quod admiratione dignum dixi, illud est: quòd hæc *terra* dicatur *Saldæ & Durmæ aquâ undique interclusæ*; quum Durma nullâ ejus partem nunc attingat: quæ solo Scaldâ ad Occidentem, & Septemtrionem alluitur. Id autem inde verisimile: ad illud usque tẽpus Scaldam juxta hanc Arcem veterem tenuisse alveum; Durmam verò Temsecam usque fluxisse, & ibi demum ubi nunc catharacta est, Scaldi junctum Ite nunc: & per Mosæ, Rheniq; cursus, veteres accolas quærite.

de bello Gallico lib 6.

Vide Meyer. ad ann. 699. Commentar. lib. 1.

53 Coudenburgi dominium ubi & cujus.

54 Ejus prope dictam arcem duo loca.

Archiva D. Bavonis.

55 eorum alia simul.

56 & unde conjectura.

CORONIS

De viris illustribus hujus urbis.

NVNC verò, ne eorum obliviscamur, qui hîc nati, illustre aliquod suæ dignitatis & eruditionis specimen posteritati dedêre; ratio monet eos hîc in medium adferre; ut extremam hanc scriptionis nostræ *Coronidem*, nominis sui splendore exornent, & Lector illustrium virorum memoriâ recreatus, insipidi hujus condimenti fastidium levet. Sunt aut inter plures potissimùm hi:

1 Blandinii Abbatum memoria quanda.

Reverendus vir dominus *Cornelius Columbanus Vranx*, Abbas modò D. Petri, in monte Blandino, juxta Gandavum, variis scriptis & pietate notus: qui nuper, cum decimo sui Cœnobii sæculo expleto, decimum sacerdotii sui lustrum celebravit, & auspicatò undecimum vegetus adhuc, valensq; iniit anno CIↃ IↃ CX.

2 Ægid. Boele quintus Abbas D. Bavonis.

Ægidius Boèle. Hunc mihi suggessit vir optimus & doctissimus, Simon Kerckhovius Cathedralis Ecclesiæ Gandavi pastor, descriptis ex D. Bavonis bibliothecâ his verbis: *Ægidius Boele Teneramondanus Abbas Monasterii Gandensis, qui & Episcopus Rosensis erat, obiit Cal. Maii anno* CIↃ IↃXVII. Fuit hic Abbas LIX, ut didici ex serie Abbatum ejus Cœnobii, in Analectis Dionysii Harduini apud amicum meum, Iustum Harduinum nepotem, unde insuper hæc descripsi: *Ægidius Boele à Teneramondâ Abbas Bavonis* LIX, *consecratus est Antverpiæ in Ecclesia S. Michaelis, à domino suffraganeo Cameracensi.* Et iterum: *Anno* CIↃ IↃ VII, *in festo decollationis S. Ioannis fuit consecratus in Abbatem Reverendus in Christo pater D. Ægidius: qui loca plurima antiquitate collapsa in melius restauravit; videlicet cryptam in S. Bavone, & domum Abbatialem extra civitatem in loco Christi, & alia loca plura: qui obiit anno* CIↃ IↃXVII, *feriâ tertiâ Paschatis, circa horam sextam: qui etiam auro decoravit pheretrum D. Bavonis, & S. Machariî argento, & alia plura.* Ibidem vocatur: *Dei, & Apostolicæ sedis gratiâ Episcopus Rosensis, Abbas insignis Monasterii S. Bavonis juxta Gandavum.* Fuerat antè Sacellanus Raphaelis de Mar-

3 ejus sepultura.

4 tempus mortis

5 Raphaelis Marchaellis quinti.

Analect. Harduini.

Ibidem. Marcadellis, Philippi Burgundiæ ducis nothi, Episcopi Rosensis (alibi legi Losiensis) & Abbatis D. Bavonis, qui vivus utramque dignitatem abdicans, in hunc contulit, conspectâ Viri virtute, & prudentiâ. Ceterùm quod ad Episcopatum illum Rosensem attinet, is titulus tantùm erat, non functio: nisi quod ordines conferebant: quod Philippi pulcri Castellæ regis, & Belgarum principis consilio Raphaelem fecisse reperi, Insulis, Gãdavi, & in Cœnobio D. Bavonis.

Marchant. Commentar. lib. 1. ubi de Teneræmõda

Ioannes Teneramondanus Carthusianus Theologus, variis lucubrationibus clarus, ex quibus exstant: De notitia Dei, De naturâ, lapsu, reparatione hominis, De fide Christiana. 6 *Ioannis Teneramondani scripta.*

Analect. Harduini. *Dominicus Cacaert* Iuris utriusq; Doctor: qui scripsit de materiâ legatorum. Obiit & conditus est Lovanii, ubi in laminâ æreâ inscriptio est talis:

Ibidem. *Hic jacet sepultus M. Dominicus Cacaert, à Teneræmonda, utriusque Iuris Doctor præstantissimus, vir justus, ac pius, qui postquam sacros Canones plurimis annus primus ordinarius ingenuè prælegisset, obiit anno* CIↃ IↃ XLVIII IX *Iunii.* 7 *Dominici Cacaerti monumentum.*

Hic requiescit honesta domicella Disna vanden VVyngaert, Conjux quondam integerrimi viri Magistri Dominici Cacaert. Iuris utriusque Doctoris: quæ obiit CIↃ IↃ LXX XXVIII *Ianuarii.*

Belgicar. Angustarũ, l. 1. *Rosiana Coleners*, Poetria, Annæ Bincianæ æqualis; cui & nota, & amica fuit: quam Marcus Vaernewyck publicis suis monimentis commendavit. Hæc licet illiterata, imò analphabeta, non tamen amusa fuit: supersunt enim in Sodalitate Rosiana, in qua nomen dederat, Flandrica ejus Poematia, quæ etiam in meliore sexũ laudem mereantur. Obiit circa annum CIↃ IↃ LX tumulata hic ad D. Virginis. 8 *In meliore sexum laudandam.*

Aubert. Miræus in Elogiis. *Ioannes Livinius* Lævini Torrentii, magni illius Præsulis Antverpiani ex sorore Clarâ nepos. Græcorum Patrum sedulus interpres: è cujus studii medio cursu, præpropera virum

mors rapuit. Opera ejus edita sunt hæc: *Nissenus, & Chrysostomus de Virginitate, Theodori Studitæ Catecheses Scholiis illustratæ, & Nota in duodecim Panegyristas.* Insuper apud heredes asservantur. *Ioannis Chrysostomi Epistola, Andronici Imperatoris disputatio, Euripidis Tragediæ, Athenæus dypnosophista,* atque alia multa, quæ summâ curâ Latio donavit. Meditabatur omnia *Nyseni* in lucem dare; sed nondum senem mors occupavit. Ejus inscriptio Epitaphia ad D. Virginis Antverpiæ (ubi Canonicus fuit) est hæc:

9 Ioannis Livinei opera.

DEO OPT. MAX.

10 Epitaphium.

IOANNES LIVINEVS GANDENSIS
LÆVINI TORRENTII ANTVERP. EPISCOPI.
EX SORORE NEPOS,
CANONICVS, ET CANTOR HVIVS ECCLESIÆ:
QVI VT GENERE, ET ERVDITIONE,
SIC ET TVMVLO PROXIMVS AVVNCVLO,
HIC QVIESCIT.
A GRÆCIS PATRIBVS ILLVSTRANDIS,
IN QVA LINGVA VALDE EXCELLVIT,
E MEDIO CVRSV ABREPTVS,
ÆTAT. LII. CHRISTI ANNO CIↃ IↃ XCIX,
IDIBVS IANVARII.

Hoc in Epitaphio *Gandensis* dicitur; quia eâ urbe & oriundus fuit, & ab ipsis usque incunabulis educatus; attamen Teneræmondæ natum, ex ejus apud Miræum vitâ, & aliunde constat.

Iacobus van Loughenhaghe Pater Cœnobii Brigittani Teneræmondæ, Hic anno CIↃ IↃ C, Iubilæum sui Sacerdotii celebravit.

Vixit

Vixit diu in viridi Senectâ: donec acutissimis podagræ doloribus infestatum, tandem mors, dum hæc commentamur, terris abstulit, cælo asseruit. Edidit *Commentarios in Sacrosanctum Iesu Christi Euangelium secundum Lucam, & in Epistolam D. Iacobi.* 11 Iacobi van Loughenhaghe Scripta.

Petrus vanden Wile, vulgò *de Reta*, cæcus, & claudus aborigine, sed ingenio corporis vitia cõpensante, inter doctissimos olim Lovanienses Academiæ celebratus. Obiit hîc in Hospitali D. Blasii anno ɔIↃ IↃ XXII. 12 de Petro vanden Wile notandum. Obitus rium Ecclesiæ Tenæmond. Marchant Commentar. lib. 1.

Oliverius, & *Anselmus Niculandi*, geminum patriæ, & Paticiæ suæ familiæ ornamentum; utrique Iurisprudentiæ laude insignis: quorum hic variis in Republicâ muneribus perfunctus, tandem decessit Procurator Regius, in Concilio Flandriæ, conditusque est Gandavi ad D. Iacobi. Ille verò, cujus etiam multa exstant, hîc illic in Rempublicam merita præter Iuris cognitionem, omni humanitate, & variâ eruditione claret.

Antonius Schoormannus: qui ob ingenii solertiam, & in agendo dexteritatem, per varios dignitatum gradus, tandem in Concilium Parlamenti adscendit, non ita staturus felicitatis suæ metam; nisi illum in viridi Senectâ mors occupasset. De quo quidem viro, cùm, qui virum non tulerant, mortuum laudarent (ut tum demum judicia vera sunt, cùm nec spes, nec metus cogit) hominem doctum exclamare memini Horatianum illud:

Horat. Ode 24. lib. 1. *Virtutum incolumem odimus,*
Sublatam ex oculis quærimus invidi.

OPERIS

OPERIS EPILOGVS.

HÆC ea sunt, quæ de amato mihi opido Posteritati visum consecrare: si quid uspiam cespitavi, in tantâ temporum caligine, & scriptorum inopiâ; paratam mihi Lectoris veniam scio, aut certè opto. Hoc unum profiteor, quod antè præstare addixi: eâ accuratione me usum, quâ potui; eâ fide, quâ debui. Si quis meliora;

Candidus imperti, vel partis utere mecum. Hora de Arte poetica.

FINIS.

EPI-

EPITOME
SIVE
Rerum quæ hoc Opere disseruntur
INDEX
Per *Libros*, *Capita*, & *Numeros* distinctus

LIB. I. CAP. I.

1 *Flandriæ* divisio.
2 *Teneramonda Flandria Propriataria.*
3 ejus priscum nomen.
4 *Teneramonda* etymon.

LIB. I. CAP. II.

1 Vrbis initium quod.
2 Arx an ab *Advaticis*,
3 ejus aliunde origo quæsita
4 ejus situs,
5 quando adhuc steterit,
6 quando prolapsa,
7 Ibidem officina Monetaria
8 Curia Feudalis,
9 quæ Dominia complectatur.
10 Gandavi feuda huic Curiæ obnoxia.
11 Hujus Curiæ privilegiū I.
12 Privilegium II.
13 privilegium III.
14 super hoc Concilii Flandriæ contentio,
15 eam quis repressérit.
16 privilegium IV.
17 qualis in feuda successio,
18 trans Scaldim:
19 cis Scaldim,
20 quæ extra Territorium,
21 Collis in Arce unde.

LIB. I. CAP. III.

1 Vrbis initium quale,
2 de eo conjectura.
3 Hospitale S. Ægidii olim ubi,
4 urbs quando mœnita.
5 A quo prolatum pomœriū.
6 Muri quando partim demoliti.
7 Arcuatum opus à quo.
8 Quid dilatatione accesserit
9 urbis flumina,
10 rivi,
11 aër,
12 pontes,
13 pons Scaldensis subitus,
14 ripæ,
15 fora,
16 phalæ,
17 Curia,
18 macellum,
19 mercatus hebdomadalis,
20 ejus privilegium,
21 nundinatio annua,
22 quando olim,
23 cur translata,
24 ejus privilegium,
25 qui hujus expertes.
26 urbis Portæ,
27 Lapidea quando structa,
28 Molæ aquaticæ,
29 ventilares.
30 Gymnasium.
31 Nova Arx.
32 Aedes privatæ.
33 Aula Viglii.

LIB. I. CAP. IV.

1 *Teneramonda* situs,
2 quo solo,
3 vicinæ urbes,
4 ejus qualitas.
5 Sententiæ argumentum,
6 numquam controversum:
7 ne à capitali hoste.
8 *Domini* quale Imperium.
9 Non est Flandriæ feudum.
10 contra id tabulæ,
11 qua ratione datæ; conjectura.

10 conjecturæ ratio,
13 altera conjectura,
14 ejus ratio,
15 à pari.
16 Tabulæ argumẽto rejectæ,
17 & tabulis,
18 contra has argumentũ rejectum,
19 aliis tabulis,
20 & evidenti argumento.
21 *Teneramonda* cur à Cressiaco multata.
22 de multa idonei scriptoris judicium.
23 *Teneramõda* in quibus concilio Flandriæ obnoxia;
24 in quibus non.
25 *Comitũ Flandriæ* à quo tempore, & quæ hic potestas.
26 exempla.
27 Præsidũ *Dominorum* quale hic Imperium.
28 Supremi Imperii nota I.
29 secunda,
30 tertia,
31 quarta,
32 ultimũ Rectorum quanti.
33 *Teneramondenses* habuisse, argumentum unum:
34 alterum:
35 tertium,
36 partim sublatum;
37 partim non.
38 Judicum Feudalium dignitas.
39 Supremi Imperii nota V.
40 sexta,
41 septima.
42 *Teneramondam* à Deo teneri.
43 Cur præsidi *Domini* Flandriæ se rebus miscuerint; non Brabantiæ.
44 *Teneramõda* cur *Flandriæ Propretaria*:
45 & à quo tempore,
46 quis *Comitum* primus *Teneramonda* Dominus.

LIB. I. CAP. V.

1 *Teneramondam* Brabãtici fuisse juris argumentum I.
2 secundum,
3 tertium,
4 quartum,
5 quintum.
6 Responsio ad I.
7 Brabanti donationem esse fictam: sive quoad dominium utile,
8 sive quoad directum,
9 hujus ratio una ab historia,
10 altera,
11 tertia,
12 quarta.
13 Brabanti an de utilitate directo Dominio agant.
14 Historica eorum narratio,
15 quis præiverit.
16 de utili illos agere, argumentum.
17 Divæ error.
18 Anonymi narratio.
19 Dinotherus cur hic taceat.
20 Hæc fabula penitus explosa.
21 Responsio ad II.
22 allegatum esse falsum.
23 Responsio ad III.
24 Consuetudo conceditur, Brabantia esse negatur,
25 ratio,
26 Consuetudo explicata,
27 quando recepta.
28 quâ causâ.
29 Cur *Antverpiam* itum.
30 *Roberti Teneramõdæ* domini lex.
31 Inde objectio.
32 ejus solutio.
33 de ejus consuetudinis origine, conjecturæ.
34 ea firmata,
35 an ea consuetudo sublata.
36 Iterũ argumenti nervosa rejectio.
37 Responsio ad IV.
38 *Austriæ & Lotaringiæ* eadem insignia.
39 Item *Teneramõdæ*, & *Betuniæ*,
40 Responsio ad V.
41 Argumentum an verum,
42 Negativæ ratio I.
43 altera à præpostero.
44 Controversiæ conciliatio.
45 *Teneramonda* quomodo olim *Brabantiæ*.
46 *Brabantiam* nunc quàm olim angustiorem.
47 *Teneramonda* olim *Lotharingiæ*.
48 Eadem numquam *Ducatus Brabantici*.
49 De *Lotharicio*, & *Brabantiæ* nomine dissertatio nova.
50 *Lotharicii* ruinæ ubi.
51 de *Eenham* suspicio.
52 ea confirmata.
53 *Eenham* olim quid,
54 quid nunc,
55 olim portu nobile,
56 Castro,
57 mercatu,
58 Monasteriis.
59 Castrum à quo eversum.
60 Ibidem Cœnobiũ à quo.
61 *Eenhama* dominus quis.
62 *Brabantiæ* nomen unde.
63 *Brachantum & Brabantum* synonima.
64 Divæi error.
65 *Brachantum* & *Brabantum* synonima esse probatur.
66 *Brachantum* pro *Brabanto*.
67 *Brabantum* pro *Brachanto*.
68 Hodiernam *Brabãtiam* extra veterem esse.
69 Illi rei lux.
70 *Brabantiæ* nomen non esse à *Brataspantibus*.
71 *Eenhamæ* præsens dominus
72 Cœnobium restituit.
73 *Lotharicium* Brabanti frustra quæsiverunt,

LIB.

LIB. I. CAP. VI.

1 Superioris capitis comprehensio.
2 *Magryptius* an *Teneramonda* Domin.
3 *Haimo Teneramondæ Comes*,
4 *Hugo de Tenremonde*.
5 *Alardus de Tenremonde*.
6 *Bertnerus de Tenremonde*.
7 *Daniel de Tenremonde*.
8 *Adelwidis Teneramõdæ* domina
9 ejus maritus.
10 *Advocatus D. Bavonis*, conjecturâ.
11 Conjecturæ ratio una,
12 altera,
13 tertia.
14 *Ringoti* mors.
15 quid monimento insculptum, & inscriptum.
16 *Teneramondam Adelwidi* dotalem, unde constet.
17 *Ringoti* recens epitaphium
18 *Damel Teneramondæ* dñs.
19 ultus cædem *Caroli boni*.
20 *Gulielmum Iprensem* cepit.
21 illi *Flandriâ Alsatios* debet.
22 ejus elogium.
23 liberi.
24 *VValterius Teneramondæ* dñs.
25 ejus inscriptio.
26 fratres.
27 *Theodericus de Tenremonde*.
28 ejus mater.
29 *VValteri* altera inscriptio.
30 *VValterus II. Teneramondæ* dominus.
31 ejus inscriptio.
32 & conjux.
33 hujus diploma,
34 quãdo datum, conjectura.
35 secundam illi fuisse conjugem, conjectura.
36 *Machtildis* quæ inter testes, quæ sit.
37 *Daniel* ibidem, quis;
38 & *Theodericus*.
39 Aliud ibidem singulare.
40 *Machtildis* domina.
41 à quo tempore.
42 ejus maritus.
43 cujus filius.
44 hujus fratres.
45 *Teneramonda*, & *Betunia* quãdo junctæ.
46 *Betunia* insignia unde.
47 *Teneramonda* & *Betunia*, insignia.
48 De *Fascia* Goropii dissertatio,
49 de *Advocati* notione annotatio.
50 *Advocati Attrebatenses* an *Atrebati* domini.
51 *Artesia* quando à *Flandria* avulsa,
52 quando in Comitatum erecta.
53 quomodo ad Flandros redierit,
54 *Advocati Attrebatenses* quales fuerint.
55 *Gulielmi*, & *Machtildis* diploma Blandiniense.
56 De antiquitate *Blandinienſis* Cœnobii, & *Bavonensis* controversia.
57 super eâ nostra decisio.
58 *Gulielmi* mors,
59 & liberi.
60 Meyeri error.
61 *Daniel Betunia* dominus,
62 ejus uxor,
63 mors.
64 *Gulielmus Molenbeca* dñs.
65 ejus uxor,
66 liberi,
67 & nepotes.
68 *Ioannes Gulielmi* filius,
69 *Machtildis Gul.* filia,
70 ejus maritus,
72 liberi,
73 nepotes,
64 pronepos.
75 ejusque posteri.
76 *Margareta de Tenremonde*.
77 altera ejusdem soror, cui nupta.
78 ejus filius,
79 nepos,
80 pronepos.
81 ejusque filius.
82 *Ingbelramnus de Tenremonde*.
83 *Machtildis* dominæ obitus.
84 *Robertus Teneramondæ* dñs.
85 ejus probata in *Ferdinandi Flandr.* Comitem fides,
86 & varia gesta,
87 ejus prior inscriptio.
88 item altera,
89 leges huic opido dedit,
90 urbem auxit,
91 ejus pietas.
92 Cœnobio *Troncinienſi* quid contulerit.
93 ejus occasione ostensus in historia de *Ivvano Aloſtenſi* error unus:
94 & alter, de successione Comitatus *Aloſtenſis*.
95 *Roberti* obitus.
96 uxor,
97 liberi.
98 *Machtildis* domina.
99 (Guicciardini error)
100 ejus maritus,
101 nuptiæ ubi, & quando,
102 mors,
103 de tempore disquisitio,
104 ubi humata.
105 Meyeri error.
106 *Guidonis* Epitaphium.
107 *Machtildis* epithaphium,
108 liberi.
109 Meyeri error.
110 *Balduinus*.
111 *Ioannes*.
112 *Philippus*,
113 uxor ejus,
114 illius in patriam amor,
115 virtus militaris,
116 obitus.
117 *Margareta*.
118 *Maria*.

119 *Beatrix.*
120 *Ioanna.*
121 *Mathildis.*
122 *Robertus* dominus,
123 ejus uxor,
124 inſcriptio,
125 de *Manfredo* triumphus.
126 Idem pòſt Comes Flandriæ.
127 *Gulielmus* dominus:
128 ejus uxor.
129 idem inter quos arbiter,
130 ejus captivitas,
131 cum fratre controverſia
132 inſcriptio,
133 obitus,
134 liberi, & nepotes.
135 *Gulielmus III.* dominus,
136 ejus uxor.
137 Idem Brugarum Præfectus.
138 (Meyeri error)
139 Patris controverſiam finiit.
140 ejus mors.
141 *Ioannes* dominus,
142 ejus inſcriptio,
143 & mors.
144 *Maria Teneramonda* domina,
145 ejus maritus,
146 de eâ error,
147 eadem quando adhuc ſuperſtes.
148 Philippus Gallię rex Teneræmondæ dominus.
149 *Ludovicus Maleanus* Flandriæ Comes *Teneramonda* dominus quomodo.
150 Alia rei occaſio,
151 utra cauſſa verior.
152 *Maleanus* quando demum utilis dominus,
153 Conciliatio pugnantium auctorum.
154 Dintheri alia mens, alia verba,
155 ejus rei illuſtratio.
156 *Mechlinia Creſſiaci*, pretio.
157 Inde controverſia,
158 & bellum,
159 quis dein ſequeſter,
160 quæ inter partes conventio.
161 *Flander* totà cedit,
162 qua lege.
163 Ceſſio cur irrita.
164 à *Maleano* iterata, certâ conpenſatione,
165 ea quæ fuerit.
166 Dintheri interpretatio.
167 An à Rege conpenſatio.
168 Negativæ ratio una,
169 & altera.
170 Conjectura veriſimilis.
171 *Maleanus* gratis non ceſſit:
172 neque virium inopiâ:
173 quod occupata Brabātia teſtatur,
174 & leges pacis,
175 neque nuptiarum gratiâ:
176 neque metu Regis:
177 ſed conpenſatione *Teneramondæ*.
178 Hæc *Flandria Proprietaria*, cur.
179 Qui pòſt *Maleanum Teneramondæ* domini.
180 Comites Flandriæ *Teneramondæ*, titulo uſos, exempla
181 *Margareta Maleana* dña.
182 ejus maritus.
183 *Brabantis* quid promiſerit.
184 *Ioannes Burgundio* dominus
185 *Philippus Burgundus*, dñs.
186 *Carolus Audax Teneramondæ* dominus.
187 *Teneramondæ* quando ſeceſſum habuerit.
188 *Maria Burgandæ Teneramondæ* Domina,
189 *Margareta Eboracenſis Teneramondæ* uſu fructuaria.
190 Civis *Teneramondani* egregium facinus.
191 *Philippus Auſtriacus Teneramondæ* dominus.
192 *Carolus V. Cæſar, Teneramondæ* dominus.
193 *Philippus II. Auſtriacus Teneramondæ* dominus.
194 ISABELLA CLARA EVGENIA *Teneramondæ* dña.
195 ALBERTI *Auſtriæ Archiducis conjux.*
196 ex *Hiſpania cum Archiduce* ſolvit.
197 In *Belgicam* dotalē venit.
198 *Teneramondam* viſit.
199 quem hic affectū oſtenderit.
200 His Principibus *Belgica* quid debeat.
201 nuncupatū *Archiduci* elogium.
202 In illud noſtrum Epigramma.

LIB. I. CAP. VII.

1 *Guidovii* Fland. Comitis ingenium & fortuna.
2 quâ re *Gallum* offenderit.
3 in carcerem conjicitur,
4 liberatur.
5 Filia obſes,
6 & fruſtra repetita.
7 bellum Regi indicit,
8 à conſœderatis deſertus,
9 Regi ſeſe dedit, certâ lege.
10 Eâ fruſtratus, in carcerem mittitur.
11 *Flandria* fiſco addita.
12 *Teneramonda* occupata.
13 *Teneramondæ* arx,
14 difficulter recepta,
15 quare.
16 *Godefridus Virſonius* quis,
17 *Philippi Flandrenſis* in patriā amor,
18 fiduciam ſuis addit,
19 hoſti

19 hosti metum.
20 inducias paciscitur,
21 quare.
22 Gallos acie fundit.
23 Regis in prœlio periculum,
24 quid hoc bello considerandum.
25 Tota *Flandria* sub Imperio trium urbium.
26 *Teneramenda* Gandensibus tributa.
27 novæ eorum leges.
28 *Teneramenda* Gandensibus se subducit.
29 *Comes*, & *Amboſius* præsidio veniunt.
30 *Gandenſes* huc convolant.
31 Illi fugiunt,
32 urbs viriliter defensa,
33 tandem dedita.
34 Dati obsides.
35 alia belli ratio.
36 *Maleani* fastus,
37 exactiones,
38 repulsa,
39 irritamenta belli,
40 belli fax quis,
41 (Frossardi error)
42 ejus caussa,
43 factum,
44 quot millia hoc bello cesa
45 quæ urbes Principi fidæ.
46 Comes *Teneramendæ*.
47 Gandenses *Teneramendam* oppugnant.
48 frustra.
49 qui hic fortissimi.
50 Pax,
51 novi belli caussa,
52 culpâ *Nobilium*,
53 *Prunelli* textoris,
54 & *Comitis*,
55 Teneramenda tentata.
56 *Gandenſium* clades,
57 Teneramenda obsessa,
58 summâ vi oppugnata,
59 dedita.
60 Pace restituta,
61 tertiùm obsessa.
62 Pugna Teneramendana,
63 obsidio soluta,
64 aliis urbs occupata;
65 non tamen Arx.
66 Namurcæi cædes.
67 Pax rursum.
68 Iterum bellum.
69 Teneramenda tentata.
70 *Gandenſis* ager vastatur.
71 agri *Teneramendani* incendia,
72 Redditæ *Gandenſibus* vices.
73 *Teneramenda* obsessa.
74 Sarcasmos,
75 Obsidio soluta.
76 Nobilis Angli cædes.
77 *Philippus Audax* bellū continuat.
78 Is cur *Audax* dictus,
79 *Teneramendanæ* naves,
80 quò missæ,
81 quo fructu,
82 sub *Philippo Bono*,
83 *Calesi* obsidio,
84 quâ caussâ.
85 *Gandenſes* & *Brugenſes* obsidionem deserunt,
86 quâ caussâ,
87 altera,
88 tertia,
89 quæ caussa belli *Gandenſis*,
90 *Philippi* dissimulatio.
91 *Brugenſes* ulciscitur,
92 *Gandavo* Curiam Concilii transfert.
93 Tributa indicit.
94 *Gandenſes Gaveram* occupât
95 *Philippus Teneramendā* venit.
96 (mora belli periculosa)
97 subito ponte Scaldim sternit,
98 propugnaculo munit.
99 *Gandenſium* clades,
100 Eorum victoria,
101 funesta victoria.
102 *Iacobi Lalani* virtus,
103 Laudanda Principis humanitas,
104 vetus consuetudo,
105 De *Lalano* plura.
106 *Gandenſium* clades,
107 Legati Galliæ Regis *Teneramendæ*
108 eorum operâ inducix,
109 Princeps abit *Bruxellas*.
110 quis huic opido Præfectus.
111 *Gandenſium* occupando Scaldis propugnaculo,
112 ferox adventus,
113 oppugnatio,
114 repulsa,
115 ad *Gaveram* clades.
116 Pacis leges.
117 quid in iis de *Teneramenda*.
118 Caussa belli Flandrici, sub *Maximyliano*.
119 discordiæ copiendæ *Teneramendæ* conventus,
120 nullo fructu.
121 *Maximyliani* strategema,
122 quo hæc urbs capta.
123 unius cædes,
124 & cujus.
125 Principis prudentia.
126 itum ab armis.
127 (Heuteri error)
128 quis huic opido Præfectus,
129 ejus hîc memoria.
130 *Gandenſium* adventus,
131 quo consilio,
132 belli exitus quis.
133 *Philippus*, junior Princeps *Teneramendam* deductus.
134 Nuperrimo bello grumnosa huic urbi necessitas.
135 Aliquot Procerum hîc conventus,
136 quâ caussâ,
137 quæ dictæ sententiæ,
148 cur in nullam itum

139 Teneræmonda clam occupata.
140 ea causſa direptionis *Mechliniane*,
141 quando ab occupatoribus deſerta.
142 *Teneræmondenſium* ad Albanum Legati.
143 *Mõdragonius* ſuos huc mittit.
144 Ciuium reſponſio,
145 militum admiſsio.
146 Poſtulata rata,
147 urbs direpta.
148 Legatorum reditus,
149 ablatorum reſtitutio,
150 (error Eman. de Meteren)
151 H ſpanicum præſidium.
152 Germanicum præſidiũ.
153 Reipub. noua adminiſtratio.
154 Regii militis inſolentia.
155 ordines de *Teneræmonda* ſolicitati.
156 cum Præſidiariis paciſcuntur,
157 invito Chiliarchâ.
158 *Bloſii* Prætoris prudens diſſimulatio.
159 conſilium,
160 *Franciſcus vanden Kethulle*, dat Ordinibus operam,
161 fit Prætor *Teneræmondenſis*.
162 Hæretici cuiuſdam intemperies,
163 vitæ periculum.
164 *Teneræmonda* domus cuiuſdam incendium.
165 Temerarii per tenebras reſponſum.
166 Templa & Sacerdotum ædes direpta.
167 *Petri Dauuyere* Sacerdotis ædes,
168 eius auctor.
169 *Auriacus Brabantiæ* Præfectus.
170 *Matthias Archidux* euocatur
171 quo conſilio,
172 aliorum eâ de re ſuſpicio
173 *Auriaci* cautela.
174 *Franciſcus Valeſius*,
175 lectus Princeps,
176 eius conſilium,
177 *Teneræmonda* præſidium,
178 Gallicæ cohortes immiſſæ,
179 cæteros pellunt.
180 urbem occupant.
181 ſub dio agunt.
182 Gallorũ *Antverpia* clades.
183 *Valeſius Teneræmondam* cogitat.
184 in via clades.
185 *Teneræmondam* venit.
186 cum Ordinibus paciſcitur.
187 Pacti leges.
188 *Teneræmondã* cedit,
189 & *Belgicã*.
190 *Teneræmonda* rurſus penes Ordines.
191 Eorum de hac urbe conſilium,
192 de exauthorando *Ryhovio*,
193 Detectum:
194 & impeditum.
195 Scaldis Wetteræ aggere frenatus,
196 cauſſa colloquii.
197 Obſides.
198 *Embiefii* hoſpites,
199 eius machinatio,
200 impedita,
201 eam morte luit,
202 non ſolus.
203 *Teneræmonda* præſidio firmata,
204 à *Parmenſi* obſeſſa.
205 à Prætore deſerta,
206 derivato Tenerã,
207 bis oppugnata,
208 tandem dedita,
209 ejus deditionis *Romæ* memoria.
210 Præſidiarii dimiſsi.
211 (Eman. de Meteren errores)
212 Miniſter ſtrangulatus.
213 Ciuium in fidem catholicam, & Principem ſtudium.
214 de Ciuium fide *Carolo V.* teſtimonium.
215 de eâdem Epigramma.

LIB. I. CAP. VIII.

1 Confirmatio legũ, & conſuetudinum.
2 Confirmatio privilegiorũ Textoriæ,
3 de iure Aſyli,
4 de immunitate ab areſtis,
5 de Telonio Antverpienſi,
6 de munis publicis.
7 Iterum de telonio,
8 nundinæ anniverſariæ,
9 earum tranſlatio,
10 de danda Civitate,
11 de evocationibus,
12 de aſſiſiis,
13 de purgatione foſſarum,
14 de reſidẽtia Canonicorũ,
15 de Iudicio feudali,
16 de cudendo numos,
17 de coctione cereviſiæ.
18 de exoneratione cereviſiæ
19 de optimo cathallo.
20 *Teneræmondã* non eſſe Comitatus Flandriæ,
21 de Sodalitate *D. Georgii*,
22 de venditione feudorum,
23 de Carcere civis.
24 Immunitas à fiſco,
25 de novandis magiſtratibus.
26 Forum hebdomadale,
27 de non areſtandis qui annonam adferunt.
28 de ædibus Mortuariis,
29 de Sodalitate *D. Andreæ*,
30 de excubiis nundinarum
31 de tranſmittendis litibus in ſcriptis,
32 de monopoliis,
33 de exoneratione mercium,

34 de judice civili.
35 Iurisdictio in hos cives Gandensibus erepta.
36 de munitione opidi,
37 de Sodalitate D. *Sebastiani*.

LIB. II. CAP. IX.

1 Quæ hîc summa dignitas.
2 *Praetoris* munus.
3 *Praetorum* ab anno 1364. ad hoc ævum series.
4 Controversia sedata inter *Grutythusios*, & *Bonnos*.
5 *Philippus Masminius Teneramondæ* obsellus,
6. ejus uxor,
7 utriusque in Obituario Teneræmondæ memoriæ,
8 & Epitaphium.
9 *Ioan. Vyterzvaene cujus filius*,
10 Maritus,
11 parens,
12 avus.
13 *Simonis Rym* Patruus.
14 Furore civili supplicio affectus.
15 *Symonis Rym* duellum.
16 *Ioan. van Zickele* apud Meyerum elogium.
17 *Simonis Rym* obitus,
18 & monimentum.
19 Gens *Rymia* unde,
20 unde illis Symbolum *Bysservelt*.
21 *Rymiorum* Gandavi vicus,
22 & ædes gentiles.
23 Gentis *Steenlandiæ* privatū bellum,
24 gentis nomen unde.
25 *Ioannis van Hamayde uxor*,
26 liberi,
27 sepulchrum,
28 familiæ nobilitas.
29 *Guidonis Ghistellani* uxor,
30 altera.
31 *Ghistellanæ* gentis nomen unde.
32 *Fulcenii Vtenhovii* commendatio,
33 & Epitaphium.
34 gentis *Vtenhoviæ* antiquitas
35 *Ioannis de Proost* pater,
36 uxor,
37 obitus,
38 *Henrici vander Eycken* uxor,
39 liberi,
40 monimentum.
41 *Iacobi Donche* obitus, & sepulchrum.
42 *Ioannis Coutreau* uxor,
43 & gentes consanguineæ.
44 *Olivetii van Royen* obitus, & uxores,
45 gentis *de Betteo* origo,
46 auctoritas,
47 domicilium Gandavi,
48 huic genti *Flandriæ* quid debeat.
49 *Iacobus de la Trouilliere* ubi conditus.
50 *Francisci Pottelsbergii* pater,
51 uxor,
52 sepulchrum.
53 gentis *de Mortmorancy* antiqua nobilitas,
54 & prisca insignia.
55 gentis *de Bacnst* antiquitates, & origo.
56 *Ludovicus de Bleis* Treloni dominus, quare captus,
57 & præturâ privatus.
58 *Amptmanni* munus,
59 cujus olim gentis.
60 *Decanus Hallæ*, (tur.
61 *Senatores* a quibus eligan-
62 Senatus *Assessor* Iurisconsl.
63 & *Actuarius*,
64 *Senatorum* munus,
65 quæstor.
66 Magister Fabricæ,
67 prisca vini pretium statuendi consuetudo.
68 Condendi decreta:
69 Civitatem dandi:
70 Causas civium cognoscendi:
71 eas & cives reos ex alieno Tribunali & carcere evocandi:
72 Controversias judicandi: id unde,
73 Sanctiones *Roberti*.
74 *Teneramondæ* domini,
75 de vulnere,
76 de citatione,
77 de assultu ædium,
78 de iis qui assultui præsentes,
79 de eo qui aliquem armis fugauerit,
80 De eo qui vim vi depellens lædit.
81 De cæde exulis,
82 de rapinâ,
83 de conciliatione exulis,
84 De eo qui hospitio accepit exulem,
85 De fore factis inter extraneos,
86 De eo qui fuste percusserit.
87 De eo qui pugno, palmâ, &c.
88 De eo qui alium per terrā traxerit,
89 De convitiis,
90 De treguis, sive pace,
91 de pugnis civium,
92 de eo qui pacem renuit,
93 de eo qui Scabini testimonio vel sententiæ dedixerit,
94 de eo qui Scabino vim inferet,
95 de vi feminæ illatā,
96 de homicidio lex talionis,
97 de gestādo gladio in urbe
98 de eodem,
99 de banno panis vini, &c.
100 de judicanda lite Actore peregrino,
101 de falso testimonio,
102 de Scabino falsi convicto
103 de actione in Scabinum,
104 de nova lege.

105 Civis immunitas
106 *Index Civilu* quis.

LIB. I. CAP. X.

1 Populi hujus indoles,
2 mores,
3 sermo.
4 Cur hîc nihil de nobilibus familiis.
5 De *Nobilitate* dissertatio,
6 quod proprium Sapienti.
7 unde Hominis dignitas,
8 qui verè nobiles,
9 qui etiam posteris,
10 quæ nunc circa Nobilitatem consuetudo, una,
11 & altera,
12 quid in clarorum hominum posteris sæpe vitii.
13 præposterum de Nobilitate judicium.
14 Stulta ambitio,
15 ea repressa,
16 tutum, honestũ, utile consilium.
17 Nobilium posteri degeneres pœnâ digni.
18 de Nobilitate Phalaridis Epistola.
19 *Populi* divisio in Locupletes, & Opifices.
20 Altera *Populi* divisio, in Collegia Armatorum.
21 Georgiani Balistarii.
22 Ægidiani sive Sebastiançi Sagittarii,
23 Andreani Bombardarii,
24 Collegiorum Politia.
25 Tertia *Populi* divisio, in Collegia Rithmicorum.
26 Iidem an aptè vulgò dicantur *Rhetores*.
27 *Factores* qui,
28 quid præstent.
29 Cur Comœdi magis quam Tragœdi.
30 Lingua Flandrica majestatis capax.
31 ejus exempla.
32 Collegia hîc quæ.
33 *Rosiani* auctores,
34 ætas.
35 *Laudanorum* origo,
36 eventus in Scœna rarus,
37 *Cardinalis* quãdo primùm.
38 Collegiorum Politia,
39 exercitatio,
40 peritia,
41 de Rithmorum antiquitate.

LIB. II. CAP. I.

1 De Incolarum religione.
2 Christianam à *D. Hilduardo* esse, non est vero simile.
3 ejus rei argumentum à locis vicinis,
4 & Cœnobiis,
5 & loci opportunitate.
6 Cujus Diœcesios hoc Dominium.

LIB. II. CAP. II.

1 Quot olim hac urbe Parochiæ,
2 templi ætas.
3 *DD. Hilduardi*, & *Christiane* Reliquiæ.
4 *D. Hilduardus quis.*
5 *D Christiana* quæ
6 quis Templum restaurarit.
7 *Ringotus* quare dictus hujus *Ecclesiæ Conditor.*
8 ejus alia ratio.
9 Quis Canonicorũ Auctor,
10 quâ dote.
11 Confirmationis diploma.
12 *Gulielmi* & *Machtildis* liberalitas,
13 aliæ tres Præbendæ à quo, & unde,
14 ea de re diploma.
15 Electio Sacellani domino Teneremondensi reservata
16 tres postremi Canonicatus à quo.
17 *Blanca* Andegavensis.
18 Ecclesiæ reformatio.
19 Reformationis cõfirmatio
20 quis horarum usus.
21 *Decani* ætas,
22 Privilegium.
23 Exiles Decanatus proventus.
24 magna onera,
25 emolumenta aucta.
26 *Decani* electio.
27 In ea olim *Antverpienses* & *Mechlinienses* Canonici.
28 Cantor à quo.
29 Scholasticus à quo tempore.
30 Sacellaniæ Ecclesiæ.
31 Collatio penes quem.
32 ubi insuper Canonici habeant jus patronatus.
33 *Archipresbyter.*
34 ejus munus.
35 Canonicorum privilegiũ
36 Societas,
37 ea qualis,
38 eadem iterata.
39 Canonicorum Privilegium II.
40 Privilegium III.
41 Necessitas residendi.
42 Quis hinc lectus Præsul.
43 Sacellum D. Virginis.
44 Inibi Sodalitas,
45 de Curatoribus.
46 Sacelli Privilegiũ cudendi numos æreos,
47 quo pretio,
48 quo numero,
49 nomen,
50 genera.
51 inscriptio,
52 Sacellum V. Sacramenti,
53 à quo structum.
54 Inibi condita *Cornelia Lalana.*
55 ejus epitaphium.
56 quando sepulta,
57 ejus filii.
58 Maritus.
59 Mariti mors.
60 Arma familiæ,

61 & gentium consanguineārum.
62 Locus exsulum ubi.
63 Templi Latina monimēta
64 *Henrici van Damme.*
65 *Catharinæ Pottelberghe.*
66 *Agapiti Fossani.*
67 *Henrici Cares.*
68 *Livii Marcei.*
69 *Iacobi vander Meeren.*
70 *Gulielmi Bayfi.*
71 *Mariæ Sexagia.*
72 Ad eamdem Anagramma Chronicon.
73 In illud Carmen.

LIB. II. CAP. III.

1 Templum B. Ægidii à quo conditum.
2 quomodo Parochiale factum.
3 Parochia quomodo antè dicta.
4 Ad superiorum fidem diploma unum,
5 & alterum.
6 Sacellum Anachoreticum ubi,
7 quid olim,
8 quamdiu steterit.

LIB. II. CAP. IV.

1 Quę hîc Cœnobia desierint
2 Monasterium *Cappucinorum.*
3 Ibidem lapidis Inscriptio.

LIB. II. CAP. V.

1 D. *Brigittæ* Cœnobium.
2 unde huc.
3 *Isabellæ* Principis adventus.
4 nuptię *Caroli Audacis*, & *Margaretæ Eboracensis* quales.
5 Prima Abbatissa quæ.
6 Monasterii nomen.
7 Quare hîc sequior sexus imperet.
8 D. *Brigittæ* quæ,
9 ejus liberi.
10 peregrinatio.
11 Ad Pontificem scriptio,
12 qui in Gallia sedem Pontifices habuerint.
13 Avenionis emptio.
14 Sedem quis Romam transtulit.
15 Pontificū absentiam quid in Italia secutum.
16 liberum Episcopi responsum.
17 D. *Brigittæ* mors.
18 Monasterii restauratio.
19 Abbatissarum series,
20 & Confessorum Brigittani instituti Cœnobia.

LIB. II. CAP. VI.

1 Abbatia *Syvretana.*
2 Fundatrix,
3 eā de re diploma.
4 Cœnobii translatio,
5 ejus causſa.
6 *Margaretæ de Teneramonda* liberalitas,
7 & *Roberti Teneramonda* dñi,
8 ejusque Consanguineorū, & Affinium,
9 series Abbatissarum.

LIB. II. CAP. VII.

1 Abbatię *VVaesmonsterana* cur hîc mentio.
2 ejus auctor.
3 Abbatissarum series, longo tempore brevis,
4 unde huc,
5 veteris Cœnobii restitutio.
6 An à monasterio pago nomen *VVaesmonster*,
7 ejus nominis antiquitas,
8 & olim amplitudo.
9 Kemsecæ olim Cœnobiū, à quo.

LIB. II. CAP. VIII.

1 *Beghinæ* à quo tempore hîc.
2 earum genus vitæ.
3 domicilium cur nuncupatum,
4 & quando.

LIB. II. CAP. IX.

1 *Nigræ Sorores* unde huc,
2 & quando,
3 ubi olim,
4 cum translatæ,

LIB. II. CAP. X.

1 Hospitale D. *Blasii.*
2 De eo *Gulielmi Teneramondæ* domini decretum.
3 A quo confirmatum; & cur
4 ibi Sorores olim quales,
5 quales nunc.

LIB. II. CAP. XI.

1 Xenodochium *B. Mariæ.*
2 Ibidem turris à quo tempore,
3 quâ lege.
4 Ibi olim Sodalitas.
5 Sacellum à quo ævo.
6 Xenodochium S. Ioannis Euangelistæ.
7 Ibi sacellum ex quo.

LIB. II. CAP. XII.

1 Domus *S. Spiritus* à quo.

LIB. II. CAP. XIII.

1 Sacellum S. Ioannis Euangelistæ à quo ævo.
2 Ibidem Sodalitas una,
3 & altera
4 de exiguo congiario annotatio.
5 Sacellum D. Rochi.
6 Ibidem Sodalitas.
7 Sacellum D. Virginis,
8 unde translatum,
9 quando structum.
10 Sacella ad huc profanata
11 ea quorum,
12 & cujus ævi.

LIB. III. CAP. I.

1 Totam ditionem Imperialis esse soli.
2 *Castrum Othonianum Gandavi* quo solo.
3 (*Oudegherste* error)
4 Monasterium *D. Bavonis* quo solo.

5 super eo controversia,
6 ea definita,
7 huic Territorio finitima.
8 flumina,
9 ager,
10 prata,
11 Sylvæ,
12 pagi.
13 Principis Tribunalia quot

LIB. III. CAP. II.

1 *Zele* commendatio varia.
2 Ibidem olim Præpositura
3 Gens Marsilaere unde.
4 *Hamme* quale dominium.
5 cujus.
6 Domini jura.
7 Templi antiquitas,
8 in templo mirandum os.
9 narratio de gygante,
10 via gygantis,
11 de illo osse dissertatio.
12 Sagittariorum Sodalitas,
13 *S. Annæ* vicus,
14 de agro compascuo,
15 diploma unum,
16 & alterum.
17 *VVettere* situs,
18 amplitudo,
19 Prætorium vander Most.
20 *VVettere* quale dominium,
21 primus dominus.
22 ibidem memorabile feudum.
23 *Lichterveld VVettere* appendix,
24 ejus nominis familia.
25 *Iodocus Lichterveldius*.
26 ejus erga Principem meritum.
27 *VVettere* cujus familiæ.
28 Situs *Oprwijck*.
29 Ibidem *Flandriæ*, & *Brabantiæ* limes.
30 de templo *Lebbeca* memorandum.
31 *Denderbella* etymon.
32 ruinæ antiquæ arcis,
33 ea cujus,
34 rara narratio de capta lupa.
35 Pagi *S. AEgidii* vetustum nomen,
36 unde *D. AEgidii* dictum,
37 de Swevis conjectura,
38 quorundam nominum origines.
39 *Grimbergæ* situs,
40 ejus etymon,
41 in templo monimentum.
42 *Berlaere* quale solum.
43 loci situs.
44 Ibidem naturæ miraculum,
45 varia apud Plinium miranda,
46 mirandi lacus.
47 *Baseroda* nomen quantum complectatur.
48 de qua *Baseroda* hic sermo,
49 ejus tribunal,
50 *Baseroda S. Vrsmari*.
51 *Baseroda S. Mariæ*.
52 *Baseroda S. Amandi*,
53 hic Domini *Teteramonde* jura,
54 & leges,
55 de conviciis,
56 de colaphis,
57 de sanguine,
58 de fustigatione,
59 de vulnere capitis,
60 de eductione gladii,
61 de ictu gladii,
62 de mutilatione per iram,
63 de mutilatione ex consulto.
64 de fuzatione,
65 de assultu ædium,
66 de læsione,
67 de treguis,
68 de limite,
69 de pecore ablato,
70 de violatione arestj,
71 de jurisdictione Scabinorum,
72 de eundo ad enquestam,
73 quis primus hic feudalis dominus,
74 gentis *Villanæ* domini,
75 *Adrianus Villanus*,
76 ejus majores,
77 uxor.
78 monimentum,
79 liberi,
80 *Margareta Villana* cui nupta
81 *Colardus Baseroda* dominus,
82 ejus liberi, & nepotes.
83 *Comes Palatinus Baseroda S. Amandi* dominus,
84 ejus iura.
85 Incolarum immunitas,
86 & ob eam onera,
87 *Nouburgh* vicus,
88 (In nomine *Meyeri* error)
89 eius situs,
90 templum,
91 Leprosarium,
92 eius occasione dissertatio.
93 de Podagra,
94 morborum cum sæculis mutatio unde.

LIB. III. CAP. III.

1 De Dominiis hereditariis,
2 Dominorũ communia iura
3 de servato hic ordine excusatio
4 *Schelle-bella* etymon.
5 ibidem vetus Prætorium.
6 & novum.
7 forum,
8 mercatus annuus,
9 Hebdomadalis.
10 Cœnobium *Præmonstratense*
11 olim ubi,
12 cur huc translatum.
13 Initium ordinis Præmonstratensis.
14 *Schellebella* appendix,
15 Dominus,
16 Domini uxor, & liberi.
17 *Merodiæ* gentis privilegium.
18 Trieś huius Dominii olim cuius familiæ.

19 de gente *van Belle* annotatio.
20 *Ioannes Proost* dominus in *Belle*.
21 ejus Parentes,
22 uxor.
23 liberi.
24 Præsens illius trientis dominus.
25 *Franciſci Coutreau* memorabile facinus.
26 *Moerſeca* ſitus.
27 Ibidem rudera,
28 cujus ædificii,
29 de Scabinis.
30 ſtatio navium.
31 *Baſeroda Moeſeca* feudum,
32 Principi *Baſeroda* domini gētis *Raſſenghemia*.
33 *Maldeghemia*.
34 *Villana*.
35 *Baſeroda* vendita.
36 quem ad modum gentis *Halowina*.
37 (*Meyeri* error)
38 *Iodoci Halowini* Epitaphiū.
39 Item conjugis ejus *Bone d'Antoing*.
40 & alterius *Ioanna de la Trimoille*.
41 *Peenenſe* Cœnobium olim ubi.
42 *Iodoci* ſucceſſores.
43 *Baſeroda* quomodo *Comitis Palatini*.
44 Inde *Caroli Maſnvelda* Principis.
45 Iterum *Comitiū Palatini*.
46 *Bugghenhouti* directus dominus quis,
47 *Baſeroda* domini jura,
48 *Teneramonda* domini hic
49 *Baſeroda* ſitus. (jura.
50 Ibidem navium ſtatio.
51 A *Scalde* detrimentum.
52 Ibidem Prætorium.
53 Plebeus error de dominio *Peenenſi*.
54 *Peena* ubi.
55 *Ghaſtella* aliud in *Moerſeke* Dominium.
56 Idem familiæ nomen.
57 Ibidem ſacellum.
58 *Ghaſtella* celebritas unde.
59 Conventus judicri narratio.
60 ejus origo.
61 Auctoris excuſatio,
62 de *Moeſecani* Dominii exordio.
63 (Gaillardi error)
64 an à *Gulielmo de Grimbergis*.
65 antiquius eſſe,
66 argumentum unum,
67 & alterum.
68 *Grimbergenſis* familiæ *Moeſecæ* domini.
69 *Clariſſa de Mirabel* cujus uxor.
70 *Gerardi de Grimbergii* epigr. ſepulchralis.
71 Item *Mariæ*.
72 Domini gētis *Maldeghemiæ*.
73 *Philippi Maldeghemii* monimentum,
74 ejus uxor,
75 ſorores,
76 Sororius, ejuſque poſteri.
77 *Franciſcus Cavalcanti* cujus maritus.
78 *Moeſeca* vendita.
79 Iure ſanguinis retracta.
80 *Moeſeca* gentis *van Opbem*.
81 gentis *van Berchem*.
82 gentis *de Bernage*.
83 gentis *Serraets*.
74 de *Moeſeca* Dominio controverſia.
85 ea finita.
86 *Moeſeca* gentis *vander Borgh*.
87 Præſens *Moeſeca* dominus.
88 *uytberghe* etymon.
89 *Overmeera* etymon.
90 *uytberga* ſitus,
91 cur alteri prælata.
92 Prætorii commendatio,
93 ibidem *Boniveti* refugium quando.
94 *Gandenſii* in *Overmeere* clades.
95 qui ibidem creati equites.
96 Ibidē monimentū cujus.
97 ejus inſcriptio.
98 Item hoſpitale à quo.
99 Ibidem Epigraphe,
100 an *Overmeere* ſeorſum poſſeſſum,
101 ejus rei indicium,
102 *Ioan. de Overmeere* an *Nieuova* dominus.
103 domini hic peculiare jus
104 de hujus dominii origine quæſitum.
105 Dominorum ſeries.
106 *Gulielmus Nivellanus* cujus familiæ.
107 Monaſterii *Ten-boſche* cōditor.
108 *Sophiæ de Beaufort* monimentum, cum epigraphe.
109 Item filii ejus *Guidonis*.
110 Familia *de Beaufort* ornamentum.
111 *Maſminiæ* gentis *uytberga* domini.
112 *Augerii Maſminii* ſepulchralis epigraphe.
113 gentis *vanden Houte* dñi.
114 præſens *uytberga* & *Overmeera* dominus.
115 ejus uxor, & liberi.
116 *Robertus Maſminius* aurei velleris eq. an *uytberge* dominus.
117 cujus hic filius,
118 ejus uxor,
119 liberi,
120 ejus Dominii triens ſeorſum poſſeſſus.
121 A quo, cui venditus,
122 exin qui poſſederint,
123 quis nunc.
124 *Calkena* ſitus,
125 Ibidem notanda,

126 à quo, cui datus hic pagus.
127 donationis tabulæ.
128 *Masminia*, *Calkene*, *Laerne*, ad quod tempus iuncta.
129 Difficultas in genealogia gentis *Masminæ* detecta, & soluta.
130 *Masminiæ* gentis *Calkena* domini.
131 *Villana*, sive *Gandensis* familiæ domini.
132 Præsens dominus,
133 uxores ejus, & liberi,
134 de gente *Villana*, sive *Gandavia* cur hic multus sermo,
135 ejus origo, & priscũ nomen,
136 antiquum imperium.
137 de ea gente quæ hic dicenda.
138 Præsentis *Calkena* domini parentes, majores, & alia in iis singularia.
139 *Isenghemi Comitis* titulus unde.
140 *Philippa de Gominies* à *Tenetamonda* dominis origo.
141 *Adriani Villani de Gandavo* singulare munus unum,
142 & alterum,
143 ejus cædes, & auctor: cum cædis caussa una,
144 & altera.
145 ea expiata.
146 *Tamisia* à quo, cui vendita
147 *Martinus Villanide Gandavo* Cyprius eques.
148 quis *Gandensium* primus *Calkena* dominus.
149 *Antonina Masminia* quomodo ex *Tenetamonda* dominis oriunda.
150 *Gudulæ Villanæ* posteri.
151 Item *Margaretæ*.
152 *Ioannis Villani* uxor quomodo gentis *Tenetamondanæ*.
153 de eodem *Ioanne* verba Meyeri.
154 In ejus virtute quid momenti.
155 Alterius *Ioannis Villani* laus.
156 Fratris ejus *Rogerii* posteritas.
157 Tertii item *Ioannis Villani* cum *Guidone* Comite captivitas.
158 *Tamisia* Xenodochium unde,
159 de *Ripelmondana Arce* annotatio.
160 *Hectoris Villani* virtus militaris.
161 Familiæ *Gandēsi* unde *Villanum* nomen.
162 Familia *de Gandavo* & *Villain* eadem.
163 *Gandaviæ* gentis, & *Villanæ* eadem insignia.
164 Origo novi *Castelli Gandensis* unde *Comites*, *Castellani* hujus familiæ, & *Vicecomites* hodierni.
165 Illi *Castello* quæ loca obnoxia,
166 quis primus *Comes*,
167 à quo *Gandavia* familia.
168 ejus frater,
169 uxor.
170 ex fratre neptis cui nupta
171 qua dote,
172 ejusdem à calumnia defensio.
173 (Chronographi Bavonenſis, & Meyeri error)
174 ejusdem elogium,
175 & liberi,
176 (illius erroris causſa)
177 II. *Comes*.
178 III. *Comes*.
179 (Oudegherſti error)
180 IV. *Comes*.
181 (in Sigeberto erro:)
182 V. *Comes*.
183 VI. *Comes*.
184 *Flandri* cum *Cæsare* bellũ.
185 Novum *Castrum Cæsari* quomodo ereptum.
186 *Castellanorum* origo, & eorum quis primus,
187 de eodem *Castro Cæsaris* cessio.
188 *Comitis* nomen cur omissum.
189 (Chronographi Bavonēsis error)
190 ex Chronographi narratione de *Lamberto Castellano* annotatio,
191 ejusdem mors,
192 de iis qui vulgò inter *Lamberti* successores judiciũ
193 vera series *Castellanorum Gandensium* ex diplomatibus
194 *Lamberti* filium *Tenetamonda* fuisse dominum conjectura.
195 *Arnulpho Gandensi* uxor ex *Carolimagni* stirpe.
196 quis Ecclesiam *Bornehemi* curarit libertate donari.
197 *Castellani Insulenses* ex *Gādavia*.
198 *Comitum Flandriæ Gandavi* domicilium, ubi.
199 Arcem *Ottonianam Gandavi*, stirpis fuisse *Gandaviæ* argumentum,
200 gentis *Claerhaut* origo.
201 *Sigerus Castellanus Machtildis Tenetamondæ* dominæ consanguineus.
202 *Machtildis Tenetamondæ* dominæ cognomen.
203 Advocatia pagorũ *Mendonck*, *Vvondelghem*. &c. gentis *de Gandavo*.
204 Castrum *Bornehem* unde ad *Flandrum*.
205 *Castellania Gandensis* quomodo stirpis *Sottenghemiæ*.
206 *Arcem Ottonianam Gandavi*, *Comites Flandriæ* quomodo acceperint.

207 *Gerardus de Gandavo* dictus *Diabolus Castellana* tutor.
208 An idem qui *Maurus* dictus est,
209 quomodo dictus *Praefectus Castelli Gandensis*.
210 eumdem longævum fuisse,
211 ejus *Gandavi* ædes quæ,
212 ibidem turris.
213 de eâ fabula,
214 Pro *Castellano*, quis *Burggravium* primus se dixerit.
215 *Castellania* quomodo familiæ *de Antoing*.
216 *Castellani Vicecomites*.
217 *Castellania* gentis *de Melun*.
218 Præsens *Gandensis vice Comes* quis.
219 Familia *de Gandavo*, cur *Alostensis* dicta.
220 Comitatus *Alostensis* origo.
221 *Comitum Alostensium* series.
222 *Foreestensis* Cœnobii auctor quis.
223 Comes *Alostensis*, dictus *Gandensis*.
224 Idem dictus *Alostensis*, & *Gandensis*.
225 Comes *Flandriæ Alostii* Comes,
226 quo jure.
227 *Lauretta Theodorici Alsatii* filia, quâ dote *Ywano Alostensi* nupta.
228 *Alostum* jam olim quomodo *Flandriæ Comitis*,
229 & simul gentis *Gandaviæ*,
230 In hujus possessione unde *Theodor. Alsatio* jus.
231 Gentis *Gandaviæ*, sive *Villanæ* symbolum,
232 eadem cur pro signo utatur XIIII. ratio una,
233 altera,
234 tertia,
234 *Laernæ* situs,
235 arx,
236 à quo tempore Dominium.
237 *Roberti Teneramondæ* domini donatio.
238 Post illam domini.
239 *Gerardi Rassenghemii* conjux,
240 & liberi.
241 *Philippi Masminii* uxor.
242 *Philippi Masminii* monimentum.
243 *Ioannis Masminii* uxor.
244 familiæ *de Vos* Laernæ domini.
245 ejus gentis antiquitas.
246 *Balduini de Vos* monimentum,
247 item alterius *Balduini*,
248 ejus socer & socrus,
249 *Margaretæ Slanghen* monument.
250 De *Balduino de Vos* narratio.
251 gentis *vander Moere* Laernæ domini.
252 *Nicolai vander Moere* monimentum.
253 *Ioannæ vander VVoestyne* Laernæ domina: ejus maritus.
254 liberi,
255 alter maritus,
256 liberi.
257 *Adriani de Gavere* monimentum.
258 *Francisci de Schouteete* Laernæ dominus.
259 ejus captivitas.
260 uxor,
261 liberi,
262 præsens Laernę dominus
263 ejus uxor.
264 liberi,
265 De gentis *Schouteete* origine & maioribus.
266 *VVArnardus Zuylanus* unde & cur in Flandria.
267 ubi decesserit,
268 ejus liberi.
269 *VVasia* quomodo ab Hollandis ad *Flandros* concesserit.
270 *Arnoldus Zuylanus* unde dictus *Schouteete*.
271 uxor.
272 Liberi.
273 Cur hic de *AEgidii* posteris sermo.
274 ejus possessiones,
275 uxor.
276 liberi.
277 *AEgidius secundus*,
278 ejus uxor,
279 liberi.
280 *Romanus*,
281 ejus inscriptio,
282 uxor,
283 liberi,
284 dominus *de Saemslach*,
285 *Balduinus*,
286 ejus uxor,
287 liberi.
288 *Balduinus II.* ejusque uxor
289 liberi.
290 *Adrianus*,
291 ejus uxor.
292 liberi,
293 *Florentinus*
294 ejus uxor.
295 liberi.
296 *Petrus*,
297 ejus uxor,
298 liberi.
299 *Franciscus*
300 *Carolus*.
301 gentis insignia.
302 Eorum auctor.

LIB. III. CAP. IV.

1 Scabini capitales unde & à quo legantur,
2 eorum munus,
3 & sententiæ capitales.
4 Eę à quo tempore extra usum,
5 De iis præceptum.

6 Scabinorum antiquitas.
7 eorũ Conventus olim ubi.

LIB. III. CAP. V.

1 Singulorum pagorum, amplitudo, & in Flandriæ tributa collatio.
2 Census Flandriæ quando constriptus,
3 cur Transportum vocent.

LIB. III. CAP. VI.

1 Appels unde dicatur,
2 cujus sit,
3 de ea re diploma.
4 Ibidem alta Iusticia cujus,
5 ea de re diploma,
6 Ibidem trajectus cujus,
7 de eo verba deplomatis.
8 Alter ibidem trajectus,
9 nunc unicus.
10 Canonicorum ibidẽ jus,
11 *Oudeghem* an Alodium an Feudum.
12 Alodium cujus & à quo,
13 donationis diploma.
14 Feudum, cujus & à quo,
15 ejus feudi jus,
16 in Allodium & feudum Teneræmondę domini jus.
17 Tabulæ Conventionis *Roberti Teneræmondæ* domini cum Canonicis Cameracensibus,
18 de decimis emptionum,
19 de constitutione Scabinorum
20 de mulctis. (rum.
21 de judiciis ob debita,
22 de judicio quoad mobilia vel immobilia,
23 Cathallo estraiers,
24 de terra estraiers.
25 de manso sive alluvio,
26 de judicio fore factorum & querelarum,
27 de eodem,
28 de judicio capitali vel mutilatorio.
29 de auxilio ad faciendam Iusticiam.
30 de juramento servientis & Scabinorum Ecclesię.
31 de custodia captorum.
32 de alimento captivi,
33 de appellando Reo,
34 de eodem,
35 de eodem,
36 de judiciis de hereditate,
37 de apprehendendo.
38 Quæ forefacta communia.
39 de levando forefacto & recipiendo judicato.
40 de eodem,
41 de eodem,
42 de captivatione Rei extra *Odenghem*.
43 Obligatio ad militiam,
44 quatenus,
45 de missione à militia,
46 de enquestis sive consultationibus,
47 de jure domini Teneræmondensis,
48 de partitione à morte servorum vel Ancillarum.
49 de jure Majoris,
50 de jure Messarii.
51 Prædictorũ confirmatio.
52 hanc conventionem de Alodio esse non de feudo.
53 de invento nuper thesauri dissertatio.
54 Incolæ de fossionęm Turcis tribuunt,
55 cur illis ignoscendum,
56 Alii Gothis
57 cur non recte,
58 quid propius vero,
59 ejus rei indicium.
60 Fossa munitionis caussa.
61 vbi,
62 Incolarum de ea error,
63 Romanorum in muniendo mos,
64 de numero & pretio numorum.
65 Inventoris ingenium,
66 qui numi consequenti serie,
67 quo auri pretio.
68 aliquot Inscriptiones,
69 Eegene cujus.

LIB. III. CAP. VII.

1 Tria *Canonicorum* Alodiaque.
2 ubi sita,
3 *VVieſa* vetus nomen,
4 quatenus *Alodium* cujus,
5 quatenus feudum cujus,
6 *Tedeghemia* gentis origo,
7 antiqua nobilitas,
8 & prisci affines.
9 *Tedéghemii VVieſa* domini,
10 eorum conjugia cujusmodi.
11 *Tedeghem VVieſe.*
12 *Tedeghem de Luu.*
13 *Tedeghem Liedekercke.*
14 *Tedeghem Schoutetten* aliàs *Zuylen.*
15 *Tedeghem Halowijn.*
16 Yedeghem *vander Dilft.*
17 *Tedeghem, Ghyſelin* aliàs *Buſbeke,*
18 insigne privilegium,
19 *Tedeghem. Thiennes.*
20 Yedeghem *Corteryille.*
21 *VVieſa* templum à quo auctum.
22 *Moorſela* cujus,
23 ibidem immunitas,
24 & *D. Gudula* sacellum,
25 olim cœnobium.
26 à quibus eversum.
27 *D. Gudula* corpus à quo translatum.
28 Ducum ubi olim Bruxellę aula.
29 *D. Gudula* templum Bruel. à quo.
30 Super *Moorſela* donatione annotatio.
31 *Maſmina, & Merendra* feuda Curiæ Teneræmondanæ.

32 *Moorsele* partitio.
33 *Gheuerghem* cujus.
34 ibidem sacellum,
35 Conventio Roberti Teneræmondæ domini cum Canonicis Teneræmond.
36 de Constitutione Majoris & Scabinorum.
37 de eorum juramento.
38 de eorum potestate,
39 de mulcta in caussa hereditatis.
40 de aliis mulctis,
41 de terris judicio ereptis.
42 de jure emptionum.
43 de judiciis forefactorum,
44 & inquestis.
45 de ceteris judiciis & inquestis,
46 de exsecutione sententiæ Criminalis,
47 de cathallis damnatorum
48 de compositione in caussa criminali.
49 de dicendo jure,
50 de bannis & proclamationibus,
51 Dei immunitate incolarum.
52 de obligatione ad militiã.
53 *Philippi I. Austriaci* privilegium.
54 de Obligatione ad militiã, tabula.

LIB. III. CAP. VIII.

1 Cur hîc *Bornebemi* mentio,
2 *Bornebemum* quomodo *Flandria Proprietaria.*
3 nunc beneficium *Flandriæ.*
4 ejus amplitudo.
5 fines,
6 *Bornebemiorum* quoad judicia privilegium.
7 Incolarum *Maria-kercæ* leges,
8 loci donatio qua lege.
9 item terra ad ignem.
10 in hoc cautela.
11 de profugo ob crimen.
12 de effusione sanguinis,
13 de percussione citra sanguinem, & conviciis,
14 de mulcta extranei.
15 ubi & quâ linguâ in judiciis utendum.
16 qua in re Domino succurrendum,
17 de commigratione extranei.
18 Extraneus quo modo hic heres,
19 de theloneo,
20 qui hic privilegiorum exsortes.
21 de compensatione passi injuriam.
22 Extraneus quo pretio liberæ villæ capax,
23 de actione injuriarum.
24 census quando solvendus
25 de liberatione Incolæ alibi detenti.
26 privilegium Scabinorum.
27 hæ leges quando datæ.
28 *Mariæ-kercæ* privilegium.
29 Prisci domini,
30 hæc ditio quando *Flandriæ* juncta;
31 ea de re tabulæ.
32 Ibidem Cœnobium *Canonicorum,*
33 quomodo mutatum,
34 quando conditum.
35 quando mutatum.
36 Conditoris monimentum.
37 de conditore conjectura.
38 alterum ibidem monimẽtum,
39 ejus inscriptio,
40 hæc ditio cui oppignorata
41 (veteris libræ Parisiensis pretium)
42 à quo tempore & à quibus hereditarie possessa.
43 Præsens loci dominus,
44 ejus uxor,
45 Idẽ novi Cœnobi auctor,
46 Ibidem arx,
47 in ea turris,
48 de ejus origine.
49 Gygas à Brabone ubi cæsus.
50. Arx Flandriæ iamlolim feudum,
51 ejusdem situs,
52 de mutatione olvei Scaldæ observatio.
53 *Coudenburgi* dominium ubi & cujus,
54 ejus prope dictam arcem duo loca,
55 eorum olim situs,
56 & inde conjectura.

CORONIS.

1 Blandinii Iubilæum millenarium quando.
2 Ægidius Boele quotus Abbas D. Bavonis.
3 ejus structuræ,
4 tempus mortis,
5 Raphael de Marcadellis quis.
6 *Ivannii Teneramondani* scripta.
7 Dominici Cacaert monimentum,
8 in muliere mirandum.
9 *Ioannis Livinei* opera.
10 Epitaphium.
11 *Iacobi van Longhenhaghe* Scripta.
12 de *Petro vanden VViele* notãdum.

OPERIS EPILOGVS.

INDEX FAMILIARVM
quarum hîc ſparſim mentio.

l. librum indicat. c. Caput n. Capitis numerum.

Lib. 1. cap. 6. num. 77. l. 3. c. 2. n. 53. 54. c. 3. n. 16 6.

Abbeville l. 3. c. 3. n. 217.
Abcoude l. 3. c. 3. n. 301.
Ackere l. 3. c. 3. n. 246. 247.
Adorne l. 3. c. 3. n. 99.
Algoet l. 2. c. 5. n. 20.
Ally l. 2. c. 2. n. 41.
Almaraz l. 1. c. 7. n. 3.
Aloſt lib. 1. c. 6. n. 94. l. 3. c. 3. n. 196. 197. 219. & conſequenter.
Amboiſe l. 1. c. 3. n. 6. c. 4. n. 11. c. 6. n. 151. 153. 154. c. 7. n. 29.
Ameronghe l. 1. c. 9. n. 43. l. 3. c. 3. n. 97.
Amſtel l. 3. c. 3. n. 275.
Andrieſſens l. 1. c. 9. n. 111. 44.
Angherel l. 3. c. 3. n. 145.
Antoing l. 3. c. 3. n. 215.
Appels l. 3. c. 6. n. 7.
Archies l. 3. c. 3. n. 256. 297.
Aſſche l. 1. c. 6. n. 6 l. 2. c. 6. n. 9. l. 3. c. 2. n. 3. c. 3. n. 63. 68. 78.
Audenaerde l. 1. c. 6 n. 71.
Axele l. 3. c. 3. n. 160 242. 246.

B.

Baenſt l. 1. c. 9. n. 48. 54. 55. l. 3. c. 3. n. 97. 200.
Baex l. 2. c. 2. n. 67.
Bairlemont l. 3. c. 3. n. 115.
Bailleul l. 3. c. 3. n. 18. 264.
Banck l. 3. c. 3. n. 99
Bar l. 3. c. 2. n. 82.
Barbançon l. 1. c. 6. n. 79. l. 3. c. 3. n. 156. 217.
Baroute l. 1. c. 9. n. 43. l. 2. c. 2. n. 3. l. 3. c. 3. n. 112. 122.
Barre l. 3. c. 3. n. 76.
Baudringhien l. 3. c. 3. n. 114.
Bauwens l. 3. c. 3. n 250.
Bayſt l. 2. c. 2. n. 70.
Beaucy l. 1. c. 6. n. 79.
Beaufort l. 3. c. 3. n. 105. 108. 109.
Beaufart l. 3. c. 3. n. 217.
Beke lib. 2. c. 5. n. 19. l. 3. c. 3. n. 234.
Belle lib. 1. c. 9. n. 57. c. 10. n. 34. l. 2. c. 13. n. 2. l. 3. c. 2. n. 77. c. 3. n. 1 & 19. 34. 121.
Bentinck l. 1. c. 9. n. 43.
Benton l. 1. c. 9. n. 43.
Berchem l. 1. c. 9. n. 43. l. 3. c. 3. n. 80. 81. 84.
Berghen l. 1. c. 6. n. 79. c. 7. n. 133. l. 3 c. 2. n. 76. c. 3. n. 133. 222.
Bernage l. 3. c. 3. n. 81. 82. 84.
Berſtō l. 1. c. 6. n. 16. c. 7. n. 62.
Berthout l. 1. c. 6. n. 155.
Bette l. 1. c. 9. n. 45. 46. 47. 48. l. 3. c. 3. n. 15.
Betune l. 1. c. 6. n. 44. & conſequenter l. 2. c. 6. n. 3.
Bevere lib. 3. c. 3. n. 142. 231. 266.
Biling l. 3. c. 3. n. 134. 166.
Biron lib. 1. c. 7. n. 185. l. 3. c. 3. n. 30.
Blaeſvelt l. 3. c. 3. n. 241. 242.
Blanchefort l. 1. c. 7. n. 177.
Blois l. 1. c. 7. n. 158. c. 9. n. 56.
Blauwere l. 3. c. 6. n. 14.
Boba l. 1. c 6. n. 85.
Boccard l. 2. c. 6. n. 14. 52.
Bochout l. 1. c. 6. n. 16. l. 3. c. 3. n. 133. (n. 266.
Boclaere l. 1. c. 6. n. 71. l. 3. c. 3.
Boele l. 3. c. 9. n. 1.
Bois l. 2. c. 5. n. 19.
Bonin l. 1. c. 9. n. 1.
Bonnieres l. 1. c. 7. n. 153. c. 9. n. 51. 55.
Bonnivet l. 3. c. 3. n. 93.
Boot. l. 3. c. 2. n. 82.
Borgh l. 3. c. 3. n. 2 84. 86. 87.
Borluyt l. 1. c. 9. n. 47. 48.
Borshagnen. l. 2. c. 7. n. 3.
Boſſard l. 1. c. 6. n. 81.
Boſſche l. 1. c. 7. n. 62. 76. l. 2. c. 2. n. 35.
Bouloigne l. 1. c. 6. n. 8 5. l. 3. c. 3. n. 202.
Bouquet l. 3. c. 2. n. 7.
Boulyes l. 3. c. 3. n. 264.
Bouterſem l. 3. c. 2. n. 76.
Braderick l. 3. c. 3. n. 279.
Braem l. 1. c. 4. n. 10.
Brederode l. 1. c. 7. n. 47.
Brians l. 1. c. 6. n. 134.
Bricquegny l. 1. c. 8. n. 22.
Briele l. 2. c. 13. n. 9.
Brienne l. 1. c. 6. n. 67.
Briſeteſte l. 3. c. 2. n. 76. c. 3. n.
Broecke l. 2. c. 5. n. 19. (154.
Brughdam l. 1. c. 7. n. 29.
Brugny l. 1. c. 7 n. 177.
Brunel l. 1. c. 9. n. 57.
Bul l. 3. c. 3. n. 250.
Busbeke l. 3. c. 7. n. 17.
Byns l. 3. c. 9.

C.

Cacard l. 3 c. 9. n. 7.
Cabelliau l. 3. c. 3. n. 130.
Caelebaert l. 1. c. 5 n. 20.
Calkene l. 3. c. 3 n. 125. 246. 276
Camerem l. 1. c. 3. n. 196.
Campman l. 3. c. 2. n. 2.
Capple l. 1. c. 9. n. 4.
Cares lib. 1. c. 3. n. 30. l. 2. c. 2. n. 67.
Caſand l. 1. c. 9. n. 48. l. 3. c. 3. n. 97. 200.
Caſele l. 3. c. 3. n. 259.
Caſſellier l. 2. c. 3. n. 95.
Cats l. 2. c. 2. n. 65.
Cavalcanti l. 3. c. 3. n. 77.
Caudron l. 1. c. 10. n. 31.
Cauwerburgh l. 3. c. 8.
Champigny l. 3. c. 3 n. 259.

Chimay l.1.c.7.n.194.
Claerhout l.3.c.3.n.133.200.
Clerck lib.1.c.9.n.2.l.3.c.3. n.259.
Cleves l.3.c.3.n.143.264.c.8. n.42.
Cnibbe l.3.c.3.n.99.
Cnijf l.2.c.2.n.28.c.11.n.5.
Coks l.3.c.3.n.81.
Coleners l.3.c.9.
Coloma l.3.c.7.
Coolhem l.3.c.2.n.3.
Coppenole l.1.c.7.n.130.
Cordelle l.3.c.6.n.13.
Cortenay l.1.c.6.n.113.
Cortewijle l.3.c.7.n.20.
Cortrozijn l.1.c.6.n.75.l.3. c.3.n.76.129.140.160.240.
Coudenberghe l.2.c.7.n.3.
Coudenhove l.2.c.2.n.52.c. 3.n.36. & conſequenter.
Coutreau l.1.c.9.n.42.43.l.3 c.3.n.23.24.25.
Croy lib.1.c.6.n.186.l.3.c.3. n.156.
Cruminghen l.3.c.3.n.150.
Culenburgh l.2.c.2.n.61.l.3. c.3.n.301.

D

Dacle l.2.c.7.n.3.
Dalaval,l.c.7.n.136.
Daman l.3.c.3.n.79.
Damme l.2.c.2.a.64.c.6.n.9.
Dampiere lib.1.c.4.n.22.c.6. n.99.& conſequenter c.7. n.1.& conſequenter.
Dampmartin l.1.c.9.n.43.
Danckaert l.2.c.13.n.5.
Davalos l.3.c.8.
Daveluz l.1.c.9.n.40.
Daubermont l.1.c.7.n.197. c.9.n.59.
Davre l.3.c.3.n.16.
Dauwere l.1.c.7.n.167.
Dauxy l.3.n.3.n.264.
Deſſeldonck l.3.c.3.n.160.
Deſtourmel lib.3.c.3.n.263. 264.
Dichem l.3.c.3.n.266.
Dielbeke l.3.c.2.n.3
Dilft l.3.c.7.
Dixmude l.1.c.6.n.161.3. c.3.n.113.
Doignies l.3.c.3.n.200.
Doncre l.1.c.9.n.40.41.l.3. c.6.n.9.
Dorpe l.1.c.7.n.139.177.178.
Doverloope l.3.c.2.n.5.
Douve l.3.c.3.n.16.
Doux l.1.c.9.n.57.
Drieſſche l.3.c.3.n.35.
Dronghene l.3.c.3.n.287.
Ducke l.1.c.4.n.10.
Duffle l.3.c.3.n.84.
Duvle l.3.c.3.195.

E.

Ede l.2.c.6.n.9.
Eenham l.1.c.5.n.52.
Eertvelde l.1.c.7. n.37.73.l. 2. c. 6.n.9.
Eetveld,l. 3. c.3.n. 18. 121.
Egmond, l.1.c.7.n.135.138. l.3.c.2.n.34.
Embieſe,l.1.c.7.n. 198.l.3. c.3.n.93.259.
Emery,l.1.c.6.n. 186.
Enghien l.3.c.3.n.199.
Erpe l.3.c.3.n.76.119.288.
Eſpaigne l.3.c.3.n.216.
Etten l.3.c.8.n.54.
Everaerts l.2.c.6.n.9.
Everwijn l.2.c.6.n.9.
Eeycken lib. 1. c. 9.n.34.38. 39.40.

F.

Farneſe l. 1. c. 3.n.31.c.7. n.210.
Fiennes l.1.c.6.n.134.
Figueroa l.3.c.3. n.113.
Flandres lib.1.c.6.n.116.l.3. c.3.n.290.
Fleurville l.3.c.3.n.78.
Foix l.2.c.3.n. 217.
Formelles l.3.c.2.n.248.
Foſſa l.2.c.2.n.66.

G.

Gand l.1.c.6.n. 18.27.93. 94.l. 3. c. 2.n.21.c.3.n. 132. & conſequēter n.224. 227.252.266.c.8.n.
Gavere l.1.c.6.n.86.c.9. n.2. lib. 3. c.2.n.75.c.3.n.18.34. 151.159.196.203.255.c.8.n
Gaesbeke l.3.c.3.n.278.
Ghaſtelle l.3.c.3.n.56.
Ghendt l.1.c. 9.n.11.l.3.c.3. n.18.
Gheerts l.3.c.7.n.54.
Gheylins l.3.c.3.n.107.
Ghiſtelle l.1.c.6.n.86.c.9.n. 28.31.l.2.c.6.n.9.l.3.c.2.n. 99.c.3. n. 34. 76. 111. 119. 127.130.145.156.246.256. 257.c.8.n.
Ghyſelin l.3.c.7.n.17.
Goede l.3.c.3.n.107.
Gominyes l.3.c.3.n.140.
Gouy l.1.c.7.n.177.
Gracht l.3.c.3.n.253.264.
Gramaye l.1.c.1.n.3.
Grimberghe l.3.c.6.n.75.77. 79.82.l.2.c.6.n.8.l. 3.c.2.n. 3.41.c.3.28. 63. 68. 70. 71. 101.129.c.6.n.3.c.7.n.
Griſper l.1.c. 7.n.153.l.3.c. 2.n.80.c.3.n.34.249.
Groeſdonck l.3.c.2.n.3.
Grutere l.1.c.9.n.47.
Gruythuyſe l.1.c. 7. n.3.4.c. 9.n.47.l.3.n.142.242.246.
Guyſe l.3.c.2.n.41.

H.

Haex l.2.c.6.n.9.
Haerlebeke l.1.c.9.n.10
Hale l.1.c.9.n.12.l.3.c.2.n.3.
Halle l.1.c.9.n.42.
Halowijn l. 1.c. 9.n.3.4.25. l.3.c.2. n. 79.82.c.3.n.18. 34.36.38.39.40.42.43.62. 140.145.200.c.7.n.
Hamale l.2.c.2.n.58.60.
Hameydē l.1.c.9.n.25.28.
Hannart l.3.c.3.n.284.

Ha-

Hánoult, l.3.c.3.n.203.
Happaert l.3.c.2.n.3.
Harduyn l.1.c.9.n.2. c.10.n. 3.1.l.3.c.9.n.2.
Hasselbroeck l.1.c.6. n.71.
Haveskercke l.1.c.6.n.86.l. 3.c.3.n.264.c.7.
Heelbeke l.2.c.2.n.278.
Helmont l.3.c.3.n.156.
Helst l.2.c.5.n.1.
Herdincfem l.3.c.3.n.202.
Hersele l.1.c.7.n.47.63.
Hertoghe l.3.c.3.n.87.
Heusden l. 3.c.3.n.291.
Heyman l.1.c.7.n.192.
Heyens l.1.c.7.n.29.162.
Hoecke l.1.c.10.n.33.
Hoegaerts l.2.c.6.n.9.
Hofstadt l.1.c.3.n.33.c.66. n.190.
Holten l.1.c.6.n.25.
Hole l.3.c.3.n.76.c.7.n.
Homey l.1.c.9.n.25.
Hoochstraete l.1.c.7.n.135.l. 3.c.3.n.150.
Hooghe l.1.c.5.n.25.
Hoorenbeke l.1.c.9.n.57.
Hoorst l.1.c.9.n.4.
Horne l.1.c.7.n.135.l.3.c.3. n.150.
Houte l.2.c.6.n.9.l.3.c.3.n. 111.112.113.c.5.n.2.
Humieres l.1.c.7.n.98.
Hurne l.3.c.3.n.76.
Hyens l.1.c.9.n.24.
Hyons l.1.c.7.n.29.

I.

Iacops l.2.c.13.n.2.
Iaucé l.3.c.2.n.2.c.3.n.140
Idiaques l.2.c.4.n.3.
Immersele l.1.c.9.n.43.
Inghels l.2.c.7.n.3.
Ingloſenberghe l.3.c.3.n. 10.11.162.
Inkers l.3.c.3.n.196.
Inxhem l.1.c.5.n.20.
Iorck l.1.c.7.n.198.

K

Kerchove lib.1.c.5.n.49. l.3.c.3.n.212.c.9.n.2.
Kets l.2.c.5.n.20.
Kethulle l.1.c.7.n.160.c.9. n.57.l.3.c.3.n.259.
Keysere l.2.c.2.n.35.

L.

Laere l.1.c.5.n.19.
Laenen l.3.c.2.n.3.
Laerne l.3.c.3.n.236.
Lalain l.1.c.7.n.98.102.l.3. c.2.n.54.60.& consequenter l.3.c.3.n.150.
Lannoy l.1.c.7.n.98.133.l.3. c.3.n.140.164.
Lavall l.1.c.7.n. 185.
Laviefville l.3.c.3.n.264.
Leeuwerghem l.1.c.4.n.10. l.3.c.2.n.76.l.11.118.
Lembeke l.3.c.6.n.8.
Le-mire lib. 1.c.5.n.42.c.6 n.201.
Lens l.3.c.3.n.202.
Lesbaux l.2.c.3.n.61.
Lescuyer l.3.c.8.n.44.
Leyshot l.2 c.5.n.9.
Lichterveld l.1.c.9.n.3.l.3. c.2.n.24.25.26.
Liedekercke l.1.c.7.n.55.l.3. c.2.n.8.264.294.c.8.
Liefveldt l. 1.c.6.n.79.c.10. n.31.
Lievens l.3.c.9.n.8.
Lilers lib.1.c.6.n.16.
Lille l.1.c.6.n.74.
Lion l.1.c.7.n.29.
Linden l.1.c.13.n.2.l.3.c.3. n.84.111.
Lips l.1.c.6.n.201.
Loecke l.1.c.4.n.22.
Lombaerts l.2.c.5.n.19.
Longin l.1.c.7.n.47.l.3.c.3. n.84.
Loo l.1.c.7.n.177.178.
Los l.1.c.6.n.10.l.2.c.2.n.58.
Loven l.1.c.3.n 216.221.
Lovendeghem lib.3.c.3.n. 247.252.
Loughenhaghe l.2.c.9.n.11.
Lulib.1.c.9.n.58.l.3.c.2.n.3. c.8.n.
Lutzenburgh l.1.c.6.n.103. 134.l.2.c.8.n.61. l. 3.c.3.n. 156.217.c.8.n.
Lyndale l.1.c.9.n.55.

M.

Maelstede l.1.c.7.n. 170.l. 3.c.3.n.157.161.
Maerschalck lib. 1.c.9.n.12. l.3.c. 3.n.76.241.
Maldeghem l.1.c.6.n.73.74. 86.c.9.n.28.l.3.c.2.n.41.c. 3.n.33.72.77.117. 128.229. 233.239.241.283.288.c.7.n.
Mansfelt l.3.c.3.n.43. 150.
Malart l.3.c.3.n.81.
Marcatelle l.3.c.9.n.
Marceo l.2.c.2.n.68.
Marchant l.1.c.1.n.1.
Marche l.1.c.7.n.132.
Marcke l.1.c.6.n.155.l.2.c. 2.n.72.l.3.c.8.n.
Marſſelare l. 1.c.6.n.79.l.3. c.2.n.2.3.
Maſſeme l.1.c.6.n.74.75.c.7. n.49.c.9.n.45.78.9.12.40. l.3.c.2.n.33.79.c.3.n.19.34 72.73.76.111.112.116.121. 129.130.140.145.240.241. 242.243.246.247.249.288. c.7.n.
Maſtaing l.3.c.3.n.140.
Mauwe l.3.c.2.n.34.
Meere l.2.c.2.n.69.
Mendonck l.3.c.3.n.214.
Melun l.1.c.7.n.128.l.3.c.3. n.217.
Merode l.3.c.3.n.16.17.133. 200.
Meyere l.2.c.2.n.192.
Mewerve l.1.c.6.n.81.
Meyne l.3.c.3.n.259.
Mirabel l.1.c.9. n.8.12. l.3.c. 2.n.69.129.
Moere l.3.c.3.n.113.145.247 249.251.252.

Moerkercke l.3.c.2.n.77.78. c.3.n.34.149.
Moerske l.2. c. 6.n.3.8.l.3.c. 2.n.41.c.3.n.66.67.202.
Mol l.3.c.2.n.3.
Molenne l.1.c.9.n.43.
Molin l.1.c.9.n.43.
Mondragó l.1.c.7.n.142.151.
Monpenlier l.1.c.7.n.185.
Montmorency l. 1.c.9.n.52. 53.54. l. 3. c. 3. n.139.150. 217.260.
Montigny l.1.c.7. n.195.
Moriamez l.1.c.6.n. 96. l.3. c.3.n.17.
Morisele l.1.c.6.n.83.
Mortaigne l.1.c.7.n.205.l.3. c.3.n.242.284.
Mosl l.1.c.9.n.9.l.3.c.2.n.19
Mulart l. 1. c. 9. n.13.l.2.c.7. n. 3.

N.

NAeldewijck lib. 3.c.3.n. 214.
Namur l. 1. c. 6.n.134.c.7.n. 64.l.3.c.3.n.160.
Nassau l.1.c.7.n.135.139.l.3. c.3.n.145.
Nederwijck l.3.c.3.n. 266.
Nedoncel l.3.c.3.n.264.
Neelle l.1.c.4.n.9.46.c. 6.n. 128.& consequenter.
Neve l.1.c.7.n.142.
Neufchastel l.1.c.2.n.15.
Nievelt l.2.c.3.n.301.
Nieulant l.3.c 9.n.12.
Nieuwenbrugghe lib. 3.c.3. n.97.
Nievele lib. 1. c. 4.n.10.l.2. c.13.n 5.l.3.c.3.n.105.110.
Nivers l. 1.c.6.n.134.
Northout l.1.c.9.n.54.
Noyelles l.1.c.9.n.56.

O.

OFfemont l.1.c.6.n.145.
Ophem l.3.c.2.n.3.c.3. n.78.79.80.
Orange l.1.c.7.n.135.169.& consequenter l.3.c.3.n.46.
Os l.2.c.5.n.2.c.19.
Ost lib.1.c.7.n.114.l.2. c. 5. n.20.
Ostende l.3.c.2.n.82.
Otteren l.2.c.5.n.20.
Oudenem l.1.c.9.n.34.
Oudenhove l.1.c.9.n.29.l.3 c.3.n.111.130.246.
Overmeere l.3.c.3.n.98.101. 102.162.
Oyenbrugghe l.3. c.3.n.84.

P.

PAce l.1.c.7.n.208.
Pels l.3.c.3.n.113.
Penneman l.1.c.13.n.5.
Pethem l.3.c.3.n.18.
Picavet l.3.c.3.n. 76.
Pincy l.1.c.2.n.195.
Pieters lib.1.c.9.n.4.l.2.c.6. n.9.
Pipenpoy l.1.c.6.n.134.
Pointe l.1.c.9.n.12.
Pointinc l.1.c.9.n.12.
Ponterave l.2.c.3.n.270.
Polwyler l. 1.c.7.n.156.157.
Pottelsberghe l.1.c. 9. n 44. 49.l.2.c.2.n.65.
Potterc l.1.c.9.n.57.
Praet l.2.c.3.n.145.
Proost lib.1.c.9.n.32.35.36. 37.43.l.2.c.3.n.20.69.
Pruneau l.1.c.7.n. 53.54.
Putte lib.2.cap.6.n.9.l.3.c.3. n.214.

Q.

Queville l. 1.c.9.n.35.

R.

RAmesdonck l.1.c.6.n.33.
Rantere l.1.c.9. n.39.
Rassenghem l.1.c.6.n.72.73. 74.c.7.n. 49. l. 3. c.3.n.18. 32.118. 142.143.144.239.
Raveschoot l.3.c. 3. n.145. 156.
Ravestein l.3.c.3.n.1.42.143.
Recourt l.3.c.3.n.258.
Rennenbergh l.2.c.2.n.61.
Renthy l.1.c.7.n.98.
Requesenes l.1.c.7. n. 154.
Reyghersvliet l. 1.c.6.n.73.
Ridders l.2.c.5.n.19.
Robais l.3.c.3.n.156.
Rode l.3.c.3.n.202.
Rodoan l.1.c.5.n.71.
Roelants l. 1.c.7.n. 153.l.3. c.3.n.86.
Roellelaere l.3.c.3.n.18.
Roffin l.3.c.3.n.77.
Rokeghem l.3.c.5.n.2.
Romerswaele l. 3. c.3.n.82. c.3.n.145.
Rops l.1.c.9.n 44.
Rosenbos l.1.c.7.n.111.
Royen l.1.c.7.n.136.185.c.9. n.43.44.l.3.c.2.n.82.
Rous l.1.c.6.n.42.
Rubenpre l.3.c.3.n.260.264
Ruter l.2.c.2.n.42.
Rijcke l.3.c.2.n.3.c.3.n.282.
Rijckenburgh l.3.c.3.n.156.
Rijhove l. 1.c.7.n.160.161. 162.190 & consequenter.
Rijm l.1.c.9. n. 13.& consequenter l.3.c.3.n.192.

S.

SAelaert l.1.c.9.n.22.28.31
Saeghere l.3.c.6.n.10.
Saemslach l.3.c.3.n.145.284.
Saint. Omer lib.3.c.3.n.294. 298.
Saint-pol l.1.c.6.n.164.
Salis bery l.1.c.6.n.86.
Samillan l.2.c.7 n 3.
Sanders l.3.c.3.n.205.
Sarrebrusle l.3.c. 3.n.217.
Sauvage l.1.c.7.n.49.
Sbiën l.2.c.6.n.9.
Sbots l.2.c.7.n.3.
Schendelbeke l.3.c.7.n.7.
Scheppere l.1.c.7.n.160.
Schoorman l.3.c.9.n.
Schoubroeck l.2.c.n.9.
Schouteete lib. 3. c.3.n.126. 253. 258. & consequenter, c.7.n.14.

Schynclaers l.3.c.3.n.246.
Schuddemarc l.1.c.7.n.177.
Sempy l.3.c.3.n.156.
Senghien l.3.c.3.n.156.
Serpieters l.1.c.9.n.40.
Serraets l.3.c.3.n.82.83.84.
Serfsanders l.1.c.9.n.47.
Serfimoens l.1.c.9.n.47.
Seitch l.3.c.2.n.71.
Seton l.1.c.7.n.203.
Sigura l.1.c.7.n.197.200.
Sinnebeke l.1.c.4.n.10.
Slabbaert l.2.c.13.n.5.
Slanghen l.3.c.3.n.247.248.249.
Smunters l.2.c.6.n.9.
Snaers l.2.c.5.n.19.
Somere l.1.c.7.n.192.
Sonfort l.1.c.9.n.31.
Sonnevelt l.1.c.7.n.177.
Sotteghem l.1.c.6.n.55.69.72.l.3.c.3.n.126.127.129.140.195.196.205.214.237
Soyson l.2.c.6.n.9.
Specken l.1.c.7.n.114.
Spot l.1.c.9.n.41.
Stavele l.3.c.3.n.140.
Steelant l.1.c.7.n.144.c.9.n.43.49.l.2.c.6.n.9.c.7.n.3.l.3.c.2.n.43.c.3.n.227.6.286.c.7.n.8.
Steenhuse l.3.c.3.n.111.
Steghen l.1.c.9.n.31.
Straeten l.1.c.6.n.9.l.2.c.6.n.9.l.3.c.3.n.84.
Swaeghen l.3.c.3.n.111.
Sweens l.1.c.10.n.31.
Sweerts l.3.c.3.n.86.

T

TAsse l.2.c.5.n.19.
Taxis l.1.c.7.n.208.
Tempel l.1.c.7.n.203.
Temseke l.1.c.3.n.100.
Tenremonde l.1.c.6.n.4.& consequenter l.2.c.6.n.3.6.8.
Thiennes l.3.c.7.n.19.
Thines l.2.c.7.n.3.
Tollinck l.3.c.3.n.284.
Tralle l.3.c.3.n.153.
Tresigny l.3.c.3.n.156.
Trielt l.1.c.7.n.192.l.2.c.7.n.3.l.3.c.2.n.82.
Trimoille l.3.c.2.n.40.
Trovilliere l.1.c.9.n.48.49.
Turpin l.3.c.3.n.252.

V.

VAlois l.1.c.6.n.148.c.7.n.8.174.& consequenter l.3.c.3.n.93.
Vaernewijck l.1.c.4.n.10.c.7.n.30.c.9.n.31.l.3.c.3.n.69.
Varen l.3.c.6.n.67.
Velde l.2.c.13.n.2.
Veranneman l.1.c.3.n.33.l.3.c.2.n.82.
Vermeulen l.3.c.2.n.34.
Vermuyden l.2.c.5.n.2.
Verpletsen l.1.c.7.n.142.l.2.c.5.n.20.
Verreycken l.1.c.7.n.153.l.3.c.2.n.5.
Veste l.2.c.7.n.3.
Vilele l.1.c.7.n.139.
Viane l.3.c.3.n.301.
Vielville l.3.c.3.n.264.
Vientem l.1.c.9.n.43.
Villain lib.1.c.7.n.29.c.9.n.31.l.3.c.2.n.21.74.75.76.77.78.79.80.81.82.c.3.n.18.34.131.132.138.& consequenter 283.c.8.n.29.
Villenove l.1.c.7.n.177.
Virson l.1.c.7.n.13.16.
Visschere l.3.c.3.n.111.
Volmerbeke lib.3.c.3.n.76.247.
Voorde l.3.c.3.n.245.
Vos l.1.c.9.n.30.l.3.c.3.n.244.245.246.247.259.
Vranx l.3.c.9.n.1.
Vrient l.1.c.5.n.49.
Vriese l.1.c.10.n.33.
Vten-eechonte l.1.c.9.n.57.
Vten-hove l.1.c.n.31.32.33 34.43.l.3.c.1.n.3.c.3.n.97.121.122.
Vter-zwaene l.1.c.9.n.6.8.9.l.3.c.2.n.33.

W.

WAele l.3.c.5.n.2.c.7.n.44.
Waesberghe l.1.c.6.n.190.c.7.n.142.
Walne l.1.c.6.n.96.
Wassenaere l.3.c.3.n.301.
Wavrin lib.3.c.2.n.41.c.3.n.74.
Wedergraete l.3.c.3.n.243.
Wentike l.3.c.3.n.266.
Werchin l.3.c.3.n.156.217.
Wiedeschoot l.1.c.7.n.64.
Wiele l.3.c.9.n.12.
Wiense l.2.c.6.n.9.
Wiese l.3.c.7.n.10.
Wignacourt l.1.c.9.n.52.
Wintre l.3.c.3.n.97.99.
Woestijne l.3.c.3.n.252.253 255.257.258.264.
Wouteren l.2.c.5.n.2.
Wijngaert l.3.c.9.n.7.

Y.

YEdeghem l.1.c.9.n.8.40.55.l.3.c.2.n.33.c.3.n.289.c.7.n.5.& consequenter.

Z.

ZAedelaer l.1.c.9.34.
Zantberge l.3.c.3.n.111.
Zeebroeck l.3.c.3.n.18.
Zickele l.1.c.9.n.13.16.
Zuylen l.3.c.3.n.126.253.c.7.n.14.
Zijpe lib.3.cap.2.n.53.c.3.n.114.

FINIS.

AD LECTOREM

AMice Lector, per continuam Auctoris absentiam, & operarum præcipitationem, alibi hic literarum antitheses, alibi metatheses, in quibus ejam sine Mercurio non errabis: quæ autem sensum turbant, aut mutantur, hic habe. Lib. 1. cap. 2. num. 12. relevagium libr. *lege* relevagium X. libr. n. 21. potest. *lege* poss. c. 3. n. 13. tantum, *lege* tantam; n. 24. nundinationis *adde*, tempore. c. 6. n. 48 fidei. *lege* fieri. n. 83. quaod. *lege* quand. n. 86. viti, *lege* viri. n. 13. infecta, *lege* infesta. n. 18 utroque, *lege* ultroque. n. 72. sacrasmo *lege* sarcasmo. n. 111. Nosenbos, *lege* Rosenbos. n. 114 fessi? *lege* fessis. n. 137. meritas, *lege* meritos. n. 337. duram, *lege* durum. n. 142. Nerpletsen, *lege* Verpletsen. n. 142 Ludov. van Nivele, *lege* Aegidium Veulekens Canonicum n. 185. Lavae, *lege* Laval. c. 9. n. 34. potissimos, *lege* potissimas. n. 47. MERCEMERS. *lege* MERCENERS. n. 53. Bollone, Bollo, *lege* Rollone, Sollo. c. 10. n. 24. Guld, *Lege* Hulde. lib. 2. *titulo* c. 1. invenerit, *lege* invexerit, c. 2. n. 2. urbs, *lege* urbis. n. 14 VVassenbrouck, *lege* Vlassenb. c. 3 n. 2. D. Aegidianum, *dele* D. c. 4. n. 3. Dominicis Idraquez, *lege* Dominicus Idiaques, c. 6. n. 3. Betuniæ, *lege* Betunæ. l. 3. c. 2. n. 1. structum, *lege* structa. c. 2. n. 2. Maerssaelere, *lege* Marssalare n. 7 postea, *lege* Pastor, n. 46 aliqua, *lege* aqua. c. 1. n. partione, *lege* partitione. n. 18. Parma, *lege* Arma n. 19 pontem, *lege* pontonem. n. 50. S. Paulli. no, *lege* S. Paulli. n. 121. Hetveldiæ, *lege* Eetveldiæ. n. 136. Teneræmondam, *lege* Teneræmondana. n. 138. Domini, *lege* divi. n. 151. freno sui, *adde* equi. n. 160, Filius erat Alexandri, *præpone*, VValterus. n. 170. sed Lotharingiæ, *lege* ied & Lothar. n. 180. dux ad eum *adde* debellandum ab l. n. 192 Scaldis. *lege* Schædis. n. 197. habeat, *adde* inveniendibus. n. 202. nuperi, *lege* nuper. n. 203. quondam, *lege* quodam n. 213. signo *lege* ligno. n. 218. Hoc finis, *lege* Hæc finis. n. 227. petione, *lege* petitione. n. 233. illud, *lege* illum. n. 242. Maerschaeck, *lege* Maerschalck c. 5. n. 1. Boraria, *lege* Bonaria c. 7. n. 12. Marike, *lege* Marcke. n. 54. occiduo, *lege* assiduo, c. 8. n. 3. anno, *lege* banno. *Corrasd.* n. 3. loco, *lege* Loo. n. 12. virum, *lege* vivum.